



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.


We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

C 3 9015 00346 522 9
University of Michigan - BUHR



Vente Piot
2^e Partie
N^o 1082

879.8
B3
1794

Basini, Basinio

BASINI PARMENSIS
POETAE
OPERA PRAESTANTIORA

NVNC PRIMVM EDITA

E T

OPPORTVNIS COMMENTARIIS

IN LVSTRATA

TOMVS PRIMVS.



A R I M I N I
EX TYPOGRAPHIA ALBERTINIANA
MDCCCLXXXVII

CANDIDO ET BENEVOLO
LECTORI
LAVRENTIVS DRVDIVS

PHIL. ET MED. ARIMINENSIS

S. P. D.

Prodeunt tandem in lucem, Lector benevole,
praestantiora BASINII PARMENSIS Opera, publi-
co Programmate dudum promissa, diu expecta-
ta, ac conviciis prope dixerim efflagitata. E re
quidem nostra fuisset maturius, ut animo con-
ceperamus, ea in lucem emittere: plurima vero
interciderunt, quae non evitabilem interpone-
rent moram; quaeque ut te rescire supervaca-
neum, sic de operis totius oeconomia tibi ra-
tionem reddere ducimus pernecessarium: pau-
cioribus tamen, quam fieri poterit, verbis, ne
operis ipsius legendi voluptatem diutius diffe-
ramus.

*

Opus itaque universum divisum est in partes duas; quarum alteram in partes iterum duas dissecuimus, ne crassiori ac graviore voluminum mole nimio tibi esset impedimento: de quibus singillatim, quae scitu necessaria sunt, paucis habe.

Quatuor igitur Poëmatibus, *Hesperide* nimirum, *Astronomico*, *Meleagridae*, et *Argonautico* pars prima continetur: eaque quatuor Poëmata in Bibliothecarum pluteis, paucisque admodum rerum harum curiosis visa, delitescebant: digna profecto, quae prae tot aliis spuriis omnino, horridisque Musarum foetibus, quibus scombri piperque merito amiciuntur, tineis blattisque eriperentur. Hinc nunquam satis mirari potuimus, operum **BASINII** edendorum consilium hucusque cepisse neminem, si modo unum Hieronymum *Ferrium* V. cl. et in Ferrensi Athenaeo graecarum latinarumque literarum jam professorem excipias, qui de Astronomico typis edendo cogitaverat; ac fortasse etiam V. cl. Andream *Mazza* Abbatem Cassinensem, et jam olim R. Parmensis Bibliothecae

Librarian
Bocca
7-16-27
15090
2 vols.

III

Praefectum, qui quaecumque ad **BASINIVM** spectarent monumenta summo studio undique quisiverat, ejusque vitam, quae inter **Mss.** ejus Bibliothecae codices habetur, accuratissime conscripserat.

At ne a proposito recedamus, *Hesperis*, et *Argonauticon* ex Autographo chartaceo, quod in publica Ariminensi Gambalonghia Bibliotheca adservatur, descripta sunt. *Hesperidem* vero, quod praecipuum **BASINII** opus est, etsi ad autographi fidem exigimus; nihilo tamen minus cum elegantissimo et picturis ditissimo exemplari Bibliothecae PP. Minorum Conventionalium, uti appellantur, Bononiae; quod fortassis *Sigismundo Pandulpho Malatestae* Ariminensium Regi, cuius laudes continet, a Poëta fuerat oblatum, et a quo picturarum quarundam specimina aeneis tabulis incidi summa fide curavimus; itemque cum alio Parmensi codice a cl. P. Irenaeo *Affò*, pro singulari ejus erga nos humanitate accuratissime, simulque liberalissime conlatum, priori loco protulimus; eique librorum singulorum argumenta, non modo

ad poëmatis totius oeconomiam , verum etiam ad ea quae in unoquoque excellerent , uno veluti oculorum intuitu , cognoscenda , non exiguo sane a nobis labore conscripta , praemisimus .

Epico Hesperidos Poëmati , Didascalicum , quod *Astronomicon* inscribitur , placuit subiicere , quo nullum operosius , nullum elegantius , nullumque contractius desiderari possit ; quandoquidem duobus tantum libris universam astrorum scientiam , quam ex Hygino , quem *BASINIVS* presso sequitur pede , mutuaverat , complexus est . Id vero ex chartaceo codice seculi xv . rudioribus caelestium signorum imaginibus exornato , ac manco , quod cl . Hieronymus *Ferrius* commodavit , exscripsimus , et cum alio Marucelliano codice , non sine graviori impensa , a cl . Angelo Maria *Bandinio* ei Bibliothcae Praefecto , conferri et suppleri impetravimus . Huic pariter argumenta , et rectam , ni omnino fallimur , interpunctionem , operoso sane labore , adposuimus , ut legenti cuique , ac potissimum veteris astronomiae peritis facile patescat .

Tres porro *Meleagridos*, qui sequuntur, libri, quos **BASINIVS**, dum adhuc Ferrariae esset tamquam studiorum suorum specimen ad Leonellum Estensem scripsit, quibusque Hesperidi quodammodo videtur praelusisse, Caii Sylvani Germanici, qui eos ab interitu vindicavit, ad Leonem x. Pont. Max. epistola, et metricis argumentis exornati, ex Mediceo-Laurentianae Bibliothecae membranaceo codice exscripti, et cum antiquiore alio R. Parmensis Bibliothecae chartaceo codice, alicubi tamen mendosiore, conlati, nunc primum in lucem producuntur.

Postremum denique locum tenent *Argonauticon* fragmenta, suis et ipsa argumentis instruta, simulque minutiori typorum forma excusa, ne inelimati atque omnino imperfecti operis mole te plus aequo gravaremus. In eo tamen non exiguum, uti speramus, voluptatem capies, cum plurima ex Apollonio Rhodio **BASINIVM** trans tulisse, latineque per quam eleganter reddidisse comperies: quemadmodum ex Hesperide et Meleagridide Homerum nocturna diurnaque versatum manu in succum et sanguinem convertis-

VI

se animadvertes. Ceterum imperfecti hujus poëmatis a **BASINIO** sub extremum brevioris heu! vitae suae finem incepti nullum certe aliud existat exemplar, quam Autographum ipsum Ariminense, quod lituris, expunctionibus, emendationibusque adeo refertum impeditumque est, ut Apolline Delphico propemodum opus fuisse, nisi ejus acumen, assidua meditatione, longoque usu acquisita Basiniani ingenii, stylique cognitione; quin et operosa cum Apollonio ipso conlatione, compensari posse existimassemus. Hactenus de priori parte, in qua diligentiam nostram recte adhibitam esse, tibique acceptam futuram confidimus. Liceat jam de reliquis quoque pauca, at non minus necessaria, praefari.

Non equidem diutius, L. B., dissimulare possumus, nostrum in edendo inlustrandoque **BASINIO** consilium fuisse praecipuum *Sigismundi Pandulphi Malatestae Ariminensium Principis* res domi forisque gestas superiori seculo incuriosius literis mandatas, accuratius multo conquisitas atque perpensas in hominum memo-

VII

riam revocare: quas cum **BASINIVS** Epico Poëmate, cui *Hesperidos* nomen fecit, tredecim libris celebrasset, nec, illaesis Epopejae legibus, Historiae fidem servare, et perpetuam rerum, quo quaeque essent ordine aut tempore gestae, narrationem prosequi potuerit, eam inter se provinciam cll. *Battaglini* fratres in eruendis patriae monumentis atque inlustrandis soller-tissimi, partiti sunt; quorum alter *Sigismundi Cohortem*, ut ipse inscripsit, *Literariam* com-mentario bipartito descriptis, quo clarorum vi-rorum tam exterorum quam Ariminensium, qui ea tempestate Arimini florebant, memoriam pu-blicis privatisque tabulariis et rarioribus libris indefesso labore perlustratis, ab longa homi-num oblivione vindicavit; ignotisque, ut ita di-cam, civibus literariam rempublicam fecit fre-quentiorem. Et si de uno **BASINIO**, qui apud eum Principem primum procul dubio locum tene-bat, paucis egisse videbitur, id eo fecisse scias, quod cl. Irenaeus *Affò R. Par. Biblioth. Praef.* qui, ut supra innuimus, adjutrices et ipse huic operi praebuit manus, Poëtae vitam in se sum-

VIII

sit, quam priore loco in prima secundi voluminis parte conlocavimus.

Alter vero *Sigismundi* ejusdem res domi militiaeque gestas, totumque vitae cursum perpetua, satisque prolixa commentatione complexus, ut magnam Hesperidi adtulit lucem, sic multa prorsus ignota, multa male ab aliis relata, non minore styli concinnitate et elegantia, quam judicii severitate, in medium protulit; ut merito inter optimos aetatis nostrae historiarum rerum scriptores haberi, et Malatestae historiae scriptor jure dici mereatur. Ne porro dictis fidem denegare quispiam possit, non parvam sane monumentorum vim, ingenti sumtu undique comparatorum ad ejus calcem congesit. Quia vero ea commentatio in satis amplam voluminis molem excrevit, eam a superioribus consulto disjunximus, numerorum serie tamen retenta, quo brevis, quem supposuimus, rerum indiculus universae huic secundae parti posset inservire

Sed jam de totius operis oeconomia accuratam satis rationem tibi, L. B., a nobis redditam

I X

esse censemus. Duo tamen adhuc restant nobis expedienda; de quibus paucis. Et primo quidem: cur *Sigismundi Pan. Malatestae Historiam* non omnino solam, sed cum **BASINII** Hesperide, aliisque ejus Poëmatibus conjunctam ediderimus: secundo autem, quare, cum **BASINII** Poëmata latine sint conscripta, reliqua in secunda operis parte rejecta commentaria italice potius quam latine fuerint exarata.

Etsi, L. B., nos ii non sumus, qui, ubi inedita quaelibet in lucem educunt, divinis ea laudibus extollunt, ut vel ingentem operi aestimationem concilient, vel labore suum legentium plebi (sapientibus siquidem non queunt) summopere probent; vel, quod caput est, lucro consulant suo; de Epico *Hesperidos* Poëmate aequo sane judicio adfirmare non dubitamus, id primum omnium post amissas literas ad Eopojae leges elaboratum ceteris omnibus ad sua usque tempora confectis palmam praeripuisse; neque cum eo quodquam, sive artificium, sive styli robur et elegantiam, sive poëticos colores aequa lance perpendas, posse comparari.

**

Quod si quaedam in eo reprehensione digna nobis obiicias; non modo non inficiabimur, sed ultro citroque dabimus; addemusque praeterea, **BASINIVM** ipsum talia plura in suo Poëmate animadvertisse, quae profecto, nisi eum mors ante diem praeoccupasset, erat emendaturus: sicut ipse supremis tabulis (quas ne tam singulari *ἀνεκδότῳ* careas ad Praefationis hujus calcem subiiciemus) ingenue fassus est; quibus cavit, ne quisquam operi suo emendatrices adhiberet manus, quinimmo Virgilium aemulatus flammis comburi jussit voluitque. At *Sigismundus* Augusti Caesaris in paribus omnino conditionibus consilium imitatus, tanti laborem pretii interire ac deleri neutiquam passus est. Id igitur hac de causa in dias luminis oras revocare operae pretium duximus; et quo epicum **BASINII** ingenium magis magisque bonarum literarum amatoribus innotesceret, alia quoque ejus Poëmata subnexuimus. Nihil porro nobis obstatre opinati sumus, quin commentaria italico sermone conscripta cum latinis **BASINII** Poëmatibus conjuncta ederemus (quae eorum aucto-

X I

res aequae eleganter latine exárate poterant);
tum quod seculi nostri ingenio, quod latina mi-
nus avide excipit, inserviendum erat; tam etiam
quod consulendum erat multitudini, quae, et-
si latinas non calleat literas, historicorum tamen
lectione summopere delectatur.

Denique, L. B., te etiam atque etiam rogatum
volumus, ut erratis quibusdam, parvi sane mo-
menti, quae in tam longo opere vitari nulla ra-
tione potuerunt, pro tua humanitate non suc-
censeas; quin potius laborem hunc nostrum,
quo tuae voluptati, ac cultui prospeximus, ae-
qui bonique facias.

Datis Arimino Idibus Februarii, quae dies
est anniversaria Creationis SS. D. N. Papae PII
SEXTI. Anno M. DCC. LXXXIII.

X III

*Supremae Tabulae Basinii Parmensis in publico
Archivo Ariminensi ex Actis Casparis
Donati de Fagnanis.*

In Xpi Noī Amen. Anno a Nativitate ejusdem millesimo
ccccLVIJ Indne quinta et die vigexima quarta mensis Maij
Cum unicuique semel sit statutum mori etc.

Ideo Dnus Baxinus qd Vincentij de Parma sive de Ti-
ciano Civis Arimin. predicta considerans etc.

In primis Animam suam recomitens omnipotenti Deo
sueque gloriose Matri Virgini Marie apud Ecclesiam Sti Fran-
cisci de Arimino rogans Magnificum Dnum Nrūm Sigismun-
dum ut debeat ac velit et dignetur facere unum Sepulcrum
in quo sint. hec omnia vid.^t

Parma mihi patria est, sunt sydera carmen et arma
Item reliquit pro passu ultramarino solidos duos
Item reliquit pro cuncio portus Ari solidos duos
Item reliquit pro male ablatis solidos quinque
Item reliquit Johanni qd Luce de parma Civi Arim. li-
bras tres den. quas dari voluit Fribus et Conventui Ste Ma-
rie de gratia de Arimino pro Missis Sti Gregorii dicendis

XIV

Item reliquit jure Legati Ex.^o D^o suo D^o Sigismundo pandulfo de malatestis Hesperida opus nondum ultime lime impositum quod est maximum omnium sui bonorum hac lege ne corigi patiatur si vero ipse Dⁿus corigi aut emendari voluerit per alunos et indoctos viros qui omnes hodie viventes in hac arte parum valent jubet omnino aut flammis comburi aut profluentiis dissipari melius enim hoc opus sic se habet quam si a pluribus emendetur novit enim testator que sint in hac arte ut superius ait ingenia

Item reliquit quod Equus ipsius Testatoris vendi debeat et de ejus pretio solvantur expense ejus Funeris

Item reliquit jure Legati Petro Dominico Filio D^{ne} Antonie ejus Uxor et ipsius Testatoris Filiastro unam ipsius vestem nigram sericam

Item reliquit Antonio et Manfredo suis Fratribus vestem roseam sive rosati et vestem nigram foderatam taffeti nigri et omnia ejus Bona mobilia et imobilia propria et emphitheotica et jura et actiones ad eum spectantia et spectantes ex hereditate d^ti sui Patris et D^{ne} Margarite ejus Matris in quibus sibi heredes instituit d^tos Antonium et Manfredum

Item reliquit Petro Alberti de Papia ejus Famulo unum Clamidem panni nigri

Item reliquit prefato D^o D^o Sigismundo pandulfo li-

X V

brum Homerij et Appolonij in litteris grecis et deinde duobus se comendat populis Parmensi et Ariminensi

In omnibus autem suis bonis mobilibus immobilebus iuribus et actionibus p̄ntibus et futuris ubique sint vel reperiri poterunt et propriis et emphitheoticis Dñam Antoniam qđ spectabilis millitis Dñi Petri de Gualdis millitis de Aro sibi heredem universalem instituit et esse voluit pleno jure

Hanc autem etc.

Cassans etc.

Actum lectum et publicatum fuit dtūm Testamentum in Civitate Arimini in Contā Stē Innocentie p̄ntibus Dño Francisco q. Gasparini de Stramazzis de Penna Feret. millite Jerosolimitano

Dño Johanne Francisco ī Michaelis Can.º Arim. Capellano Eccle Stē Innocentie ac Rectore Stē Marie Inerguminis M° Paxio Nicolai de Mantua Mercario hātore Ari in Contrata p̄ta

Jacobo S̄r Coradi et } de Contā Stī Simonis
Johanne ejus filio }

Andrea Mateo Olfi de Arimino hātore in Contā Stī Simonis
Dominico qđ Matei Picinini molendinarii de Aro et M°
Antonio ī Gniudi

Et ego Guaspar Donati de Fagnanis Not. Arimin. de
p̄tis rog' fui etc.

Vidit

Pro Illmo et Rmo D. D. Vincentio ex Com. Ferretti
Episcopo Arimini, Petrus Archip. Morri Theologus.

Imprimatur

Die 3. Augusti 1792.

Fr. Thom. Franc. Roncalli Inquisitor generalis S. O. Arimini.

BASINI PARMENSIS
HESPERIDOS
LIBRI TREDECIM

EX AVTOGRAPHO.

IN LIBRVM PRIMVM HESPERIDOS BASINI P.

ARGUMENTVM.

BASINIVS Poëta Sigismundum Pandulphum Pandulphi Malatestae filium, in cuius aulâ plurimis, iisque maximis beneficiis cumulatus Musis vacabat, Epico poëmate celebraturus, occasionem capit ab eo bello, quod Alphonsus Aragonum et Neapolis rex potentissimus, qui rebus in Italiâ turbatis omni ope operâque enitebatur, ut regni sui fines extenderet, Florentinorum Reipublicæ indixerat, quo, Italiae sin minus universae, Hetruriae saltem dominationem sibi compararet. In cuius quidem belli initio cùm Florentini res sibi minus prospere aliis sub ducibus cadere fuissent experti, Sigismundum auxilio ad vocarunt, eumque Hetruscarum copiarum Imperatorem constituerunt: qui bello fortiter, feliciterque confecto, fugatoque Alphonso, a Florentinae Republicæ Senatu laureâ et triumpho donatus fuit. Verùm Alphonsus propositi non minus, quād odii tenax, quatuor post annos arma iterum in Hetruscos sumpsit: ejusque belli summam Ferdinando filio, summo cum imperio tradidit. At Sigismundus a Florentinorum Senatu Imperator secundū renuntiatus, pluribus Ferdinando illatis clîdibus, eum quoque turpiter fractum expulit ab Hetruriâ; atque ita bis de Alphonso victor evasit. Haec ad historiam satis.

Poëti igitur Homerum imitatus, sub ipso poëmatis initio Musam ad Sigismundi Pandulphi praelia et triumphum de Alphonso canenda invitat, bellique causas exquirit ac enumérat, simulque portenta bellum ominantia enarrat *a v. 1. ad v. 42.* Alphonso itaque Hetruriam armis invadente, Jupiter Mercurium ad Sigismundum in somnis mittit, ut morâ omni abiectâ Italos cogat sub signis, et Alphonsum expellat ab Hetruriâ. Mercurius jussa exequitur Jovis, illique Deorum omnium, tum etiam Junonis ipsius favorem pollicetur. *v. 72.* Sigismundus Jovis admonitu exergefactus, cunctisque probe persensis, Hetruscarum copiarum imperium sumit, Alphonsoque per praecones indicit, ut ab Hetruriae finibus iuste occupatis abscedat. *v. 108.* Dein Pallade comitante loca explorat, Alphonsumque investigat, atque infestat. Sed nocte ingruente dum curis distentus unus vigilat, Venus Soporem in eum immittit; Jupiter vero Iridi mandat, ut eum nectare ambrosiâque reficiat. *v. 244.* Alphonsus Sigismundi praeconibus superbe indignanterque respondet, atque optionem dat, utrum collatis signis depugnare, an singulari certamine rem velit dirimere *v. 260.* Sigismundus Jove, Marte, et Minervâ exortis, singulare certamen eligit, simulque jubet totum exercitum in armis esse, et dolos malos praecaveri; tum excitatam ignoti cuiusdam odio in Italico exercitu discordiam compescit. *v. 332* Antiphates Alphonsi consiliarius, cui Sigismundi virtus erat explorata, Regem a proposito studet revocare: ejus tamen consilium Alphonsus, Phorbantis vatis augurio fidens, superbius contemnit. *v. 419.* Duobus ergo exercitibus ad fundie jactum compositis, ac militum ardore utrinque per Imperatores compresso, Sigismundus aequas singu-

laris certaminis conditiones coram exponit, quas Alphonsus accipit, amboque sacrificio et jurejurando firmandas decernunt v. 468. Jupiter Italis favens, suam Junoni aperit voluntatem, ut nempe Iberi foedus rumpant. Quare Juno Irim dimittit, quae Phorbantem falsis visis illusum in remotum locum seducit, ejusque speciem induita Biaonem Libycum adit, suadetque ut faveat Apolline Sigismundum per insidias teli ictu interficiat. v. 540. Sacris rite peractis, statisque conditionibus sacramento utrinque sancitis, Duces certamen ineunt, quod hic graphice describitur: dumque Sigismundus Alphonsum in suum tentorium victum, vitamque deprecantem trahit, Biaon Sigismundum jaculo fecit in humero; quam ab rem Alphonsus elibitur, se seque ad suos recipit incolumis. v. 659. Sigismundus sortem suam cum Jove conqueritur, eumque ut nefarii adeo sceleris ulti velit esse deprecatur; tum ab Apolline sibi uni viso ad suos adducitur. qui se et sceleris vindicem. et, cum tota acie dimicabit, auxiliatorem futurum promittit. v. 686. Sigismundus Apollinis praesentia recreatus, ut Paeonem, Jove tamen annuente, ad se mittat etiam atque etiam exorat: quod item Apollo in se recipit, statim ac Jupiter post dies duodecim ab Oceano, apud quem in finibus Aethiopiae convivandi gratia diversabatur, se se ad Olympum retulerit. v. 713. Totus liber iste Descriptionibus et Comparationibus elegantissimis refertus est.

.9=9=9=9=9=9=0=0=0=0=0=0=0=0=0=0.

IN LIBRVM SECUNDVM.

IBERI, violato per Bizonis proditionem foedere, ex improviso in Italos im-
petum facciunt, quo hi fortasse disiecti fugatique fuissent, nisi si Sigismundus,
sauciatus quidem, non animo percusus, suos continuisset, atque a pugna commit-
tendá prohibuisset, donec ipse recuperatá salute, se suosque ulcisci queat.
Quod profecto Alphonsus non sine astu factum esse arbitratus, et ipse rece-
ptui canit. Sigismundus itaque ut suae consulat valetudini Volaterris se reci-
pit cum suis, Jovemque deprecatur, ut poenas facto pares ab Iberis repo-
scat. *a v. 1. ad v. 49.* Interea Alphonsus Populoniam cum omnibus copiis
terrā marique obsidet, impetitque. Vates pugnam, caesosque enarraturus Mu-
sam interpellat, primoque Dystichium in fossis devolutum, et ab Alfonso
interfectum laude luctuque prosequitur. Atrox pugna committitur, quie non
minori styli elegantiā, quam vario comparationum ac descriptionum appara-
tu ob oculos ponitur. Iberi cuniculos agunt, scalas apparant, igneisque mis-
silibus globis infestant: Itali se se defendunt, hostes e muris deturbant et
necant. Tarchon Populonius Lycum, Targumque sternit, Haemophagus quo-
que occiditur cum aliis compluribus. Inter haec nunciatur Alphonso in gres-
sum in urbem, muris mare versus pene dirutis, patere: hinc illorum impetum
facit, sed frustra: quare advesperascente die receptui canit, urbisque expu-
gnationem in crastinum jactabundus differt. *v. 204.* Dum noctu Iberi cun-
eta ad Populoniae expugnationem necessaria disponunt, Apollo vadit ad
rva beata Oceani, quae hic describuntur, petitque a Jove, ut Paeonem

* * * * *

ad Sigismundum mittat: quo annuente, Paeon Sophoeni speciem indutus, Sigismundum adit, eumque pristinae integritati restituit. Denique discedens se Paeonem esse, atque ab Apolline missum profitetur. v. 294. Sigismundus tali erectus nuncio, et Deorum ope confisus, ira et furore aestuans, poenas ab Alphonso reposcere constituit, suamque aciem ex diversis Italiae populis conflatam instruit. Iberis postero die Populoniam omni castrenium machinarum, et novo praesertim tormentorum genere oppugnantibus, dum Lydi, quamvis hosti impares, parati cum patriâ potius occumbere, quam cedere, acriter resistunt, Fanum Sigismundus mature cum auxiliaribus mittit, qui eos ad patriam animosius tutandam incendit, et Sigismundi citato adventuri spe erigit; quare moeniorum partem tormentorum ictibus, non sine oppugnantium caede collapsam, aggere facto restituunt, rejectisque deditio[n]is, quas Alphonsus proponebat, conditionibus, aquas e proximis stagnis in cuniculos derivant, hostesque in iis latentes, felici sane artificio, submergunt. v. 440. Ingentem suorum jacturam indigne ferens Alphonsus, rabie impotenteri urbem terrâ marique adoritur, duasque triremes, quae in obsecrum subcidium venabant, praedatur. Magna fit utrinque caedes. v. 478. Hie inter Sigismundus, ut Alphonsum a Populoniae obsidione revocet, die noctuque properato itinere, montem urbi adversum occupat, nobilissimoque stratigemate suos oriente sole per recurvi montis litera ire redire agmine perpetuo jubet, ut plures numero hosti appareant; equitesque praemittit, ut eum interturbent, ac retardent. Lydi acie Sigismundi cominus prospectâ animos erigunt. Alphonsus vero timore percellitur, et quid potius agat in eo rerum statu ambigit v. 522. Plura in hoc quoque libro summum Poëtie ingenium, et excellentiam ostendunt; tum maxime inter alia Ducum conciones, comparationes multiplices, atque ingeriosissimae; rerum descriptiones vividissimae, et quorundam in paelio cum honore occumbentium encomia.

.o=o=o=o=o=o=o=o=o=o=o=o=o=o.

IN LIBRVM TERTIVM.

DVM ea, quae superiori libro sunt enarrata, sub Populoniae modibus per-
guntur. Jupiter in summo Olympi loco considens Martem leniter compellat, et
in Sigismundi partes his praesertim de causis trahere studet, quod is a Qui-
rino ducat originem, et justum pro patriae libertate bellum gerat. Mars ra-
tionibus hisce commotus Jovi obsequitur, se ad pugnam comparat, et Sigis-
mundum in primo certamine comitatur. Sigismundus equites in Alphonsi
castra velitatum praemittit, celeratoque itinere e monte descendens in Cel-
tas impetum facit: Alphonsus rei gravitate percussus, obsidione urbis ab-
sistere, totaque acie in certamen descendere coactus est. a v. 1. ad v. 103.
Sigismundus suos adhortatus, equo incitato in hostes se se conjicit, mul-
tosque interimit: sed fracto inter pugnandum hastili, viam per medios hostes
stricto ense sibi aperit: hinc districtis mucronibus conseruntur manus, et
a 3

caedes utrinque immanis fit. Populones obsidione liberati auxilia Sigismundo submittunt. v. 185. Rymphus equus Sigismundi , dum Celtas ante se prae timore fugientes insequitur, et Alphonsi caput inter hostes repetit, teli ictu necatur: quare pedes majori aestuans irà obvios quoscumque obtruncat: hinc Celtae animis concidentes ab Alphonso eriguntur, qui equo admisso in hostes procurrens multos interficit. Quare saevius instauratur prae-
lium, plurimique ex primoribus occiduntur. Sigismundus conspecto Alphonso, eum inter hostes persequitur. Celtae ab Italib[us] undiquaque perculsi labare incipiunt v. 367. Jupiter tantae caedis misertus, Apollinem vocat, divisque omnibus adstantibus, Sigismundi atque Alphonsi sortes lancibus imponit, quarum quae Alphonsi ima, quae vero Sigismundi petit superiora. Mandat itaque Apollini, ut Alphonso significet, sibi vel bello et Hetruriā recedendum, vel succumbendum esse. Jovis mandata Apollo exequitur, apprehensisque equi regii habenis, Alphonsum invitum, iratum, tantu[m]que dedecus aegerri me ferentem ad suas naves deducit. v. 444. Ubi Sigismundus fugam rescivit Alphonsi, eum ad maris litus insequitur, agmen extrellum carpit, fusos capit, captis pareit; quorum alias cum suis commutat, alias triumpho servat, plures triremibus addicit: indictoque Florentiae in posteram diem triumpho, mortuos jubet sepeliri, et justa persolvi. v. 473. Exstructis itaque pyris inferiae militari more exsolvuntur; quibus rite peractis, Sigismundus triumphali pompa Florentiam ingreditur. v. 521. Martis se ad pugnam comparantis, et pugnae ipsius maximam libri partem complectentis, descriptio; comparationes quoque complures ad res, de quibus agit, aptissimae; Alphonsi fastus, ac desperatio, Sigismundique furor ac virtutes, ut magnam Poetae gloriam, sic ingentem lectori voluntatem conciliabunt.

.0=0=0=0=0=0=0=0=0=0=0=0=0=0=0=0.

IN LIBRVM QVARTVM.

ALPHONSVS rex per noctem cum Apolline fugiens, Tyrrhenum mare navi-
gat, et sortis sue acerbitate vexatus, modo se e navio deturbare, modo
suâ sibi ~~anu~~ mortem tentat conciscere. Verùm Apollo eum erigit, solatur-
que, quod non leve solatium est a praestantibus, et exploratae virtutis vi-
ris superari; quamē Sigismundum esse, rerum ab illo inclite gestarum nar-
ratione demonstrat. Dicit itaque Sigismundum Pandulphum supremum Romani
exercitus Imperatorem, usque a puero ingenii maturitatem, et in suâ dictio-
ne regendâ prudentiam, animique magnitudinem cum aequitate conjunctam
praetulisse; quarum virtutum ope, accidente aetatis robore, pericula et
machinationes vitaverit multas, et in ferarum venatu, athleticisque exerci-
tationibus extiterit fortissimus: praeterea que eum a frugalitate, bonarum ar-
tium studio, vigilantiâ, et pietate in Deum, ceterisque virtutibus impense
laudat. *a v. i. ad v. 71.* quirum praesidio seditionem a Lshieno imperium si-
bi vindicare molienti Arimini, Glaoro Roberto natu majori imperante, ex-
citatam, adhuc juvenis compescere valuerit; dein rerum potitus Arcem *et*

in urbe extruxerit munitissimam, experientia eductus familiari, populos non pietate tantum, verum etiam justitiâ metuque regi v. 174. Péritum ad haec artis militaris in Sigismundo Carillum Iberum, qui Piceni regionem in ejus odium vastatus advenerat, fractum fugatumque sensisse. Quibus de causis ingenti sibi famâ comparatâ, universos Italiae Principes Sigismundi amicitiam cupidissime appetivisse, ac praecipue Venetos, qui eum adhuc juvenem contra Philippum Mediolanensem ducem Perusini ope Bergomum obsidione prementem, Insubrici belli ex Senatus Consulto Imperatorem constituerunt: quo in bello strenue adeo se gesserit, ut non modo in obsecram urbem auxiliares per medios hostes intulerit, sed etiam Perusino, clavis, quam ad Montem Laurum a Sigismundo accepturus erat, ignaro, in fugam conjecto, Venetas reversus, summo cum honore et plausu ubique exceptus, Veneto Senatu cum Centauro obviam exeunte, ad regias aedes triumphali pompa donatus fuerit perductus: quo quidem honore nihil elitus, icto cum Veneto Senatu foedere, Ariminum redierit v. 374. Philippum idcirco vindictae amore raptum, Perusinum cum suis Liguriunque copiis in Picenum submisso; qui tamen a Sigismundo Venetio et Florentinis auxiliis auctoritate ingenti ad Montem Laurum clade fusus fugatusque fuerit. v. 484. Quibus bellis fortiter, feliciterque confectis, Romanam perrexisse, ut contra Philippum et Alphonsum Italiae pacem libertatemque perturbantes Italorum reliquorum Principum foedus conflaret. Quod sane consilium etsi Romano Pontifici suumopere arrideret, malletque Alphonsum prae Sfortiade Philippi filiae nupturo in foedus recipere; uni ipsi tamen foederatarum copiarum imperium committere decrevisse: v. 557. Ad haec Romanæ magnitudinis ac potentiae monumenta, Heroumque imagines temporum injuria mutilas ac labefactas aequa commiseratione invisentem, mortalium rerum inanitatem, infirmitatemque contemplatum, maluisse ad nominis immortalitatem ab insigni aliquo Poëta celebrari, quam in aere vel marmore excupi. Interaque reliquos dies septem Romae commoratum, eos in sacris aedibus obeundis. et naturalium rerum causis perscrutandis insumpsisse v. 610. Toto hoc libro Businius in Herois sui laudes excurrit: quæ vero arte, quove ingenio, ii facile intelligent, qui in maximorum Poëtarum lectione sunt versati: ut enim narrationi suae auctoritatem fidemque conciliet, Apollinem eas enarrantem inducit. Multa praeterea insunt admiratione digna, imprimisque Sigismundi Venetas navigantis ornatissima descriptio.

.o=o=o=o=o=o=o=o=o=o=o=o.

IN LIBRVM QVINTVM.

SI GISMVNDO Romae adhuc commorante (sic narrationem suam Apollo prosequitur) Philippum Sfortiadi filiam suam spoondisse, foedusque cum eo invisse nunciatur; simulque Picenum timore concussum ab Romanâ dominatione defecisse. Rei iniquitate commotus Sigismundus Neapolim digreditur, et foedus cum Alfonso Rege ferit. Sfortiades opportunitate arreptâ, Sigismundi di-

tionem conatur invadere; sed tamen a Sigismundi copiis eo usque repressus fuit, dum Sigismundus in Picenum remeavit. Atque hic Apollo, sermone ad Alphonsum ipsum converso, obiicit foedera cum Sigismundo tunc temporis aperte iis conditionibus inita, ne Hetruscos amplius impeteret, sibique Apuliam, Lucaniamque tranquillà possessione haberet. Sigismundum vero Romani, Neapolitanique foederati exercitus Imperatorem, Asculum, Arcem Contractam, Firmum, totumque Picenum, Sfortiade fugato, subegisse: qui odio in Sigismundum flagrans, bellum in ejus ditionem, Gradarià Malatestarum oppido prope Isaurum obsessà, intulit. *a v. 1. ad v. 50.* Sigismundus Piceni urbibus probe communitis, et a Summo Pontifice triunphi honore et Ecclesiae vexillo donatus, Arimicium cum paucis suorum millibus regreditur, collectoque ad Rubiconem exercitū Gradariam citissime Sfortiadem adorturus contendit *v. 170.* Magna hinc inter Deos suborta discordia, Jupiter pro Italiae pace stans, eos, Martemque in primis compescit, bellandi finem indicit: neque Sigismundo bella, vincendique opportunitates defuturas, cùm Alphonsus Hetruscos iterum adortus, ab eo fractus viciusque fugabitur. Tum se Jovis nutu in Sfortiadis equitatum pestem primo innisisse, indeque in ~~toto~~ exercitu famam morbosque induxisse, ut is Sigismundum Deorum progeniem esse cognosceret. *v. 213.* Sfortiades ubi Sigismundi adventum rescivit, illico insidiis circumvenire, Arcem scalis admotis expugnare, seque ad pugnam componere. At Sigismundus inpetu facto, eoque in fugam conjecto, insidiis vitat, districtisque gladiis persecutus, rursusque insidiis circumventus, pugnà acrius instaurata, caesis, inclinatisque Sfortianis iterum evasit: hostesque prorsus sane confeciscet, nisi superveniente nocte a pugnà supersedere fuisset coactus. *v. 320.* Nocte intempestà Sigismundus, duce Pallade, Gradariam ingressus, animos dit obssessis, jubetque ut summo mane pugnà iterum commissâ portis erumpant, Sfortiademque a tergo aggrediantur. *v. 348.* At Sfortiades fugam meditatur, et decernit: diique pro eo Jovem, ut misereatur, impense exorant. Nec minus Juno pro Sigismundo Jovem interpellat, qui eam jocose excipit; hinc illa ad jurgia convertitur, quae Jove obdormiscente dirimuntur. *v. 437.* Tum Juno thalamo egressa Somnum adit, praecipitque ut Sigismundum occupet, curis solvat, ferociorem reddat. Ille Jovis metu, Junonis mandata facessere detrectat; at illa jurejurando Jovis iram se ab eo aversuram obstringit. Ille avis Cymindis formam induit, et Soporem in Sigismundum inducit. *v. 484.* Interea Sfortiades Sigismundo dormiente, paucis sub Gradariae moenibus ad simulationem, relictis castra movet, et fugit. Sigismundus albente die fugà Sfortiadis reiecta, queritur cum Jove, quod eo evadente, novum in Italia bellum futurum sit; eoque magis, quod Alphonsus arma iterum adversus Hetruscos meditabatur. Quam ob rem Sigismundus praecones ad eum mittit, qui certiores redderent, se pro Hetruscis in aciem descensurum. Denique Apollo ad Alphonsum conversus suam illi exprobrat perfidiam, et narrationi finem facit. Alphonsus se a tanto viro divictum sentiens, adversam aequiore animo sortem fert. *v. 528.* Quid ab Homero, quem sibi in succum et sanguinem converterat Basinius, sit mutuatus, humaniorum literarum cultores facile perspicient. Descriptiones vero atque similitudines in hoc libro nec minus elegantes, nec minus vividae, quam in superioribus.

IN LIBRVM SEXTVM.

ABSOLVTA rerum ab Sigismundo gloriose gestarum narratione, Poëta illuc, unde discesserat, redit, et triumphum Florentiae de Alphonso actum hoc libro describit. Albescente itaque die Sigismundus Populoniâ discedens, et captivis Florentiam praemissis, cum parvâ suorum manu, laxandi animi causâ, venationis indulget. Post biduum Florentiam pergens, Florentini cives catervatum obviam exeunt, et Senatus ipse lauream coronam victori deferit. Hic Poëta occasionem nactus, quare laureâ coronâ Vates atque Imperatores donentur, Phoebi Pytho-nem sternentis fabulam docte eleganterque subnectens, edocet, tum etiam quod ut laurus semper virescit, frondescitque, sic Dacum et Vatum nomen aeternum vivit. *a v. 1. ad v. 91.* Florentiam tandem ingressus, ab uno e Senatorum numero, aperto capite, ob partam de Alphonso rege victoriam pro concione laudatur. Ipse vero Deorum voluntate eam sibi partam profitetur, proinde sa-cra iis fieri, templa festis coronari sertis, militibusque laureâ caput redimirâ jubet; atque triumphi omne accepto, ad eum Lydorum primores invitat. *v. 223.* Florentinorum Senatus equos albos quatuor, currumque ex pretiosâ mate-rie elaboratissime fabrefactum Sigismundo donat. Primâ ergo die victi regis tentorium, Celtarumque arma et manubia per urbem circumducuntur. Alterâ vero, pueri verbenâ coronati vasa ad sacra facienda, tum Alphonsi pocula et vestes, aliaque barbararum gentium indumenta comportant. Hos Alphonsi effi-gies curru quadrijugo subvecta subsequitur, cum captivorum militum turbâ, quam Iphitus Celtarum dux praecedit *v. 220.* Ad haec septem regnum Al-phonsi corona, ipseque Sigismundus triumphali elatus curru, ditissimâque indutus veste, in quâ Isotta phrygio opere Deorum amores affabre pictos distinxerat, olvae ramum dextrâ gerens, caputque laureâ coronâ praecinctus. Trium-phale agnèn denique cladebant victores milites Italiae liberatoris laudes conci-nentes. *v. 252.* Tali Florentiam pompâ ingressus, suorum in praelio interem-ptorum merita funebri laudatione extollit, eisque parentari jubet; tum majorâ urbis templo Divae Reparatae nomen imponit ad aeternam reparatae libertatis memoriam; quam quotannis et sacris, et ludis, et defunctorum inferiis recoli mandat: quae omnia differt in crastinum, *v. 290.* Interea Alphonsas noctu Neipolim reversus fortunam sibi adversam, et spreta Antiphatis consiliâ, con-queritur. Arcem clam ingressus, vultu ad serenitatem composito, administros moestitium negre dissimulantes solatur; tum Ferdinandum filium sevocat. et sui unius causâ se Italum non deserere, nec animum despondere: se quidem a Jove potius qu m a Sigismundo victum, sortis inconstantiam tandem expertum, alia septem regni, in quibus tute vivat, possidere *v. 346.* Sed Ferlinindus patrem solatur, promittitque se bellum Sigismundo illaturum: quod illi pater felix sau-stumque auguratur. *v. 362.* Summo mane Sigismundus per tubiciones cursu-m equestrem indicit: Rhymphus Sigismundi victor evadit. Denique praemiis in singulos datis, Senatoris aedes adit, ibique splendidissime convivatur. *v. 455.* Quid potius in hoc libro commendem nescio. Iphiti captivi querelae, Pytho-nis fabula, triumphi et cursus equestris descriptiones, Basinium optimis qui-busque Poëtis parem faciunt.

IN LIBRVM SEPTIMVM.

DVM Sigismundus meditatur, Neapolim ne, an Iberiam invadat, Pandulphu pater se illi secundum quietem objicit, mandatque ut Insulam Fortunatam a-deat, in qua Psyche regnat Zephyri filia, quae Celtas, Alphonsumque vincen-di rationem docebit, suosque amores non refugiet: esse illuc Famae templum, Campos Elysi, iterque ad Tartara: illum ad ea invisenda ducem sibi adsti-tutum. *a v. 1. ad v. 64.* Tali viso expergefictus Sigismundus, haeret primum quid potius agat; mox patris mandata animo revolvens, ad Cypri reginam agna-tam suam navigare se velle simulat; re timen verâ domum reverti. Atque plu-rimis curis distentus, nocte insomni transactâ, mane Senatorias aedes petit di-scensurus. Senatus pro redditu S. P. Q Florentino libertate gratias Sigismundo a-git, et muneribus cumulat pretiosissimis. *v. 121.* Hinc Ariminum reversus, ad ni-nistritione ditionis sue filiis commissâ, institutoque in singulis urbibus XIIvirum consilio, quoisque rediret, navim quinquaginta delectis remigibus instructam con-scendit, et post dies viginti, superatâ Siciliae insulâ, Africam versus cur-sum dirigit. *v. 157.* Sigismundo navigante, Jupiter Deorum concilium convo-cat: et Neptuno, qui apud Aethiopes convivabatur, uno deficiente, simulato sermone audacem Sigismundi ad Arva beata Oceani navigationem eis significat, simulque eorum super eâ navigatione sententiam sciscitur. *v. 195.* Juno Sigis-mundo favens, divinam ejus audaciam commendat, eamque humano generi ab Jove ipso inditum compluribus exemplis ostendit. Ejus orationi Dii omnes assen-tiuntur. *v. 226.* Jupiter vultu ad hilaritatem composito, Deos timore solvit, homi-nibusque navigandi potestatem facit, eâ tamen conditione, ne, si qua iis mala eveniant, Deos causentur. *v. 242.* Interea Alphonsus irâ curisque agititus, iter Sigismundi ad oras Tarragoniae ignorat. At Minerva sub formâ pauperis con-chas in mari litore legentis Sigismundum expectat, et hospitio excipit. *v. 281.* Sigismundus fictâ narratione, se navi, mercibus, sociisque, dum in Italiam redi-tum ficeret, in syrtibus Africae amisis, nunc ab Carthagine advenire: Tarra-conem petere velle; ac sociis simulate dimissis, et quid agant edocitis, mapale Divae ingreditur, ciboque refectus, hospitem suum de Alphonsi regnis, subdi-torum animo, locorum naturâ, viis, ac similibus percontatur. Illa vero omnia edisserit, tum præcipue Hispanis ingentem Sigismundi victorias metum incussi-se. *v. 335.* Postridie Tarraconom cum Deâ petens, Bentium cum sociis tanquam ignotos et casu offendens, multa de Alfonso, deque Sigismundi bellis inquirit: illi Italos se quidem esse; de iis nihil prorsus rescivisse: Africæ litora et urbes lustravisse. Tali astu omni a se suspicione remotâ, noctu moenibns et viis ur-bis exploratis, clam navim concendit. *v. 354.* Neptunus ab Oceano reversus, hominum audaciam indignatus, ac praesertim Sigismundi, quem ob expulsum a Piceno Sfortiadem (cujus patrem in Aufido submersum Maris Deum fecerat) odio prosequebatur, excitis ventis sub nergere conatur. *v. 383.* Repentinâ itaque coortâ tempestate, navis post novem dies obruitur: nautae cuncti pe-reunt; unus tabulie auxilio enat Sigismundus: qui litore cominus prospecto ab Ino Leucotheâ reficitur, ac consolatur. *v. 553.* Neptunus eum periisse arbitratus, Aegas petit. Pallas caelum serenat; sed mare iterum aestuat, et Sigis-

* * * * *

mundum fere seminiamem , Pallade opem praebente , ad ignoti fluminis ostia in litore deserto relinquit . Ipse terram incognitam explorat ; olvae ramis se obnubit , et in aprico litore procumbit , ac somnum capit . Hebe nectare et ambrosia eum reficit , ac recreat . v. 615 . Vates Heroem suum ad Arva beata ducturus , mirabili sane utitur artificio . Ceterum maris tempestatem , et Sigismundi naufragium ab Homeriquo Odysseae libro exacte adeo est imitatus , ut eum pene vertisse videatur .

.o=o=o=o=o=o=o=o=o=o=o=o=o=o.

IN LIBRVM OCTAVVM.

SOMNO experrectus Sigismundus , ac parum procedens , Phsychen in matris litore ambulante videt , eamque , ut opem ferat , deprecatur . Illa eum a virtute ludens , se ejus amore teneri ; verbò , eam esse , quam pater in somnis monstraverat . Zephyri filiam , quam Dii Iovit nominant ; eumque ad Zephyrum patrem ducit . Sigismundus nulam Zephyri ingressurus a quatuor Nymphis levatur . Charites crinem dulci liquore perfundunt , et purpurā vestiunt . Reuperatā priori venustate , Psyche eum deperit , amplectitur , virum facit suum . in sylvas beatas dicit , ac multa de hominum vitā , et de naturae scienciarū docet . a v. 1. ad v. 110 . Sigismundus omnia tacite contemplatus , cantum a longe obiudit , multaque à Divā sciscitatur , quae cuncta exponit , et crastinā die Elysios campos , ejusque in iis Avos , Rominos . Graecosque duces monstraturam recipit . v. 151 . Dum sylvam oheunt , filius Hesperi eos videt , atque unde ac quare venient , tum qui sint , quidve petant , exposcit . Sigismundus se Latinum esse , Pardulphi Malatesti filium . Italiae defensorem , Alphonsique victorem . Hesperus ergo eum ex ipit honorifice tissime , scutumque tribus capitibus insculptum ab Malatestā Pannonio ob puellae amorem illuc deducto centum ante annos sibi relictum ostendit . v. 190 . Pergit inde Sigismundus ad loca voluptatibus sacra , iisque parum immoratus , adit Famae templum , in cuius portis cùm sui , tum aliorum Herorum res fortiter gestas contemplatur insculptas : intus vero Orphei Musam rerum a mundi exordio serieū universam carminibus explicantem , atque Famam ipsam Poëtas ad labores et gloriam inflammantem audit . v. 256 . Hinc Famae domum , ibique in Temporis simulacro quatuor Mundi aetates reprehensatas considerat . Dein domum reversus , et Deos Erebi vincendi , iisque litandi rationem a Psyche edoctus , somno cum illa indulget . v. 299 . Gaia lotus Sigismundo fratri in somnis apparet , ac Patrem , et loca Tartari inviso , atque Stygiam paludem transituro significat , id sibi datum esse ut facilius in caelum ascendat , ad quod vias plures indigitat : se illuc pervenisse ob suam in Deum et in pauperes pietatem ; locum sibi cum patre non esse communem ; sed in lacteo circulo habiture , eoque ex loco Dei faciem videre ; secumque eos degere qui patriam fuerunt tutati , Religionem , pietatem , misericordiamque coluerunt . Sibi quidem aras templo et cultum in terris esse : suam tamen beatitatem non in terrenis illis rebus consistere , sed in certa Dei visione , quem animae corporis vinculis irretitae , nisi in ejus operibus , videre non
b. 8

possunt; quā de re mortaleū spernere, immortalem vero resumptis post mundi exitium corporibus vitam sperare praecepit. v. 356. Sigismundus viso obstupescit, petitque a Psyche num fratris sui verba auscultaverit: at illa, se omnia a principio novisse: plurimaque in Galatōi, Gentisque Malatestae laudem dicit, ac praecepit Sigismundi, cui ob praeclare facta caelum pollicetur. v. 402. Basinii in hoc libro pietatem ac Christianorum dogmatum scientiam omnes rectae persuasionis homines non minoris profecto facient, quām domus Zephyri, Templi Fannae, Beitorum sedis, ac Tartari descriptiones sa- ne multō luculentissimas.

• 9 = 9 = 9 = 9 = 9 = 9 = 9 = 9 = 9 = 9 = 9 = 9

IN LIBRVM NONVM.

SVRGENTE Aurorá Psyche Sigismundum a somno excitat, et ad sacra Proserpinae, Manibus, et Plutoni facienda in lucum Sylvano sacrum ducit. Sacris peractis antrum ingrediuntur. Basinius eorum, quae apud Inferos Sigismundus viderat, ~~nagationem~~ aggressurus, Deos infernos exorat, ut sibi vivo ea loca invisere, ac describere liceat; divinoque actus furore Musam invocat, ut sibi vera renarranti adesse velit. *a. v. 1. ad v. 47.* Percurrentes itaque sylvam suboscuram Psyche locum ostendit, in quo mente capti, pueri, senesque habitant, ibi eousque insuri, donec labe omni abstersâ ad Elysios transeant; infantibus ramem seclusis, qui non abluti perierunt, nullamque proinde neque poenam, neque praemium habituri. *v. 69.* Transeunt inde ad flumen rapidissimum, ibique Graecos, Romanosque oratores vident, atque in iis Ciceronem ac Demosthenem, de quibus plura. *v. 106.* Hinc montem myrtis consumit condescendunt, in quo Heroinas amoris vi ad mortem adictas vident, quarum aliquot Sigismundus facile internoscit, plures Psyche indigitat. *v. 142.* Superato montis jugo, ad Elysium pervenient, in eoque Musas, Poëtis, mortuos pro patriâ Philosophos, verae religionis cultores Sigismundus cernit, colit, laudibusque prosequitur. *v. 176.* Porro iterum montis cacumen ascendet, prospicitque in subjectâ plinitie omnium gentium duces, et agmina ab Historicis celebrata, in quaे Sigismundus stricto mucrone furere adortus a patre corripitur, moneturque ne frustra cum umbris depugnare velit. Agnito patre Sigismundus eum amplexari nititur; qui longe recedens nullo id fieri posse modo docet, simulque celebriores Romanorum et Carthaginensium duces, atque in iis Galatotum Malatestam avunculum indicat; tum filium a myrtis campo seducit, urbiumque et nationum conditores ostendit, interque Italiae reges, Malatestam gentis suæ conditorem, Pandulphum patrem, Galatotum, et Pannonium: quos videns Sigismundus lacrymatur, melioremque post mundi excidium priora corpora induitos sperare vitam jubet. *v. 253.* Illinc discedens, ad Chaos infernum patris jussu transit, damnatorum supplicia nosciturus. Docet itaque pater aeternis illic eos poenis torqueri, qui Deum lucem unam veram videre, ejusque legibus obtemperare noluerunt. *v. 301.* Ad haec Sigismundus ex patre sciscitus, num bella gigantum vera sint, quâque ii poenâ mulctent;

tur , respondet pater, ad eorum loca accedere nefas esse , eaque ab Tantalo eorum gnaro discere oportere. Advocatus itaque Tantalus totam ab exordio illius belli historiam , Orphei ad inferos descendantis fabulam interserens , evolvit . v. 350. Dumque alios , quos nominatim indicat , maximorum facinorum reos diversis affectos suppliciis contemplatur Sigismundus , unâque Infernos judices , Cocyteum , Phlegetontem , et Plutonis regiam , admonetur Psyche ut fugiat ; mediâ enim nocte transactâ non amplius licere ; exeunt omnes : pater quidem Elysias sedes repetit , at Sigismundus sub ipso Famae templo in sylvam fortunatam emer- git . v. 394. Psyche antequam illucescat , quamnam de sui absentia opinionem gerant Itali ab Sigismundo querit : is vero , se naufragium fecisse : at Psyche , Alphonsum quoque idem sentire asserit , proindeque arte atque astu in Italiam sibi esse redeundum , eamque a barbarorum armis totis viribus tutandam . v. 413. Sigismundus filiorum et periclitantis Italiae ergo , avet reverti ; quo ve- ro id modo , navi sociisque amissis , facere possit non videt . Sed Psyche dubi- tationem amovet omnem ; navim Liguris cuiusdam Phegei ad ea litora ejecti praesto esse , patrisque Zephyri auxilium non defuturum . Sigismundus ad litus descendit , Phegeo se notum facit , multaque pro reditu in Italiam mu- nera promittit . Phegeus ad ejus pedes provolutus , de suo infortunio solatur se , Diisque , quod tantam sibi adulterint sortem , agit gratias : magnumque sibi pretium esse Italiae defensorem Zephyro aspirante in Italiam revehere . Quare eum Sigismundus ad Psychem adducit . v. 463. Quae de superiori libro diximus , de hoc quoque dictâ aequo jure volumus . Luci Sylvano sacri , Ely- sii , Inferorumque descriptiones ; Orphei insuper ad Inferos descendantis , et Titanum fabulae , Basinum antiquioribus Poëtis non minorem probant .

.o=o=o=o=o=o=o=o=o=o=o=o=o=o=o=o=o=o=o.

IN LIBRVM DECIMVM.

ITALIS Sigismundum naufragio periisse pro certo habentibus , et prae moe- rore ab armorum usu omnino cessantibus , Alphonsus animos resumit , ite- rumque Italiam potiri meditatur . Ad arma itaque Celtae se accingunt : quapropter Italiam consternatis , Populonii a foederatis deficiunt . Veneti cum Alphon- so rege foedus ineunt contra Insubres et Ligures , qui jam pro Hetruscis sta- bunt : hinc major Hetruscorum metus . Ferdinando Alphonsi filio copiarum im erium committitur , que jam ab Neapoli discedunt . a v. 1. ad v. 88. Jupiter Mercurium in Cimmeris ad Sigismundum mittit , ut de Alfonso bellum iterum parante commonefaciat ; simulque discedere , et fortunam ex- periri jubeat , Jovisque auxilium promittat . v. 114. Nuncio accepto , Sigis- mundus Jovis oraculi Zephyro revelat , ejusque auxilium poscit . Favet Ze- phyrus , eumque itineris rationem et pericula edocet . v. 170. Sigismundus cuncta sibi maris discrimina nota esse dicit ; quod vero Jasonis navigationem spectat , se a Carino praeceptore olim suo aliter edoctum fuisse . At Zephy- rus Carini inscitum ostendit ; ejusque cauâ a Mercurio in ranam fuisse mu- tatum . Hisce prolatis open fert , ac ut Phegeum vocet et laete discedat ,

jubet. v. 235. Discessum moliens Sigismundus, Psyche gratias agit, ejusque de Alphonsi iterum vincendi ratione consilium expedit. Illa vero certam illi victoriam spondet, hostemque, etsi aliquot Hetruscorum oppida ante sui adventum expugnaverit, nihilo tamen minus, rescito ejus in Italiā reditu, fugam moliturum. v. 272. Interea dum Sigismundus prosperā navigatione in Italiā contendit, Ferdinandus multa capit oppida et solo aequat. Primā die ancipiū marte ad Folianum pugnatur, secundā vero adhuc acrius, obsessis tamen validis resistentibus. Mars Lydos inflammat ut libertatem tueantur, ostenditque Ferdinandum bellicae insciū esse artis: ipseque e muris egressus Celtae conplures necat, et Ferdinandum brachio prehensum a muris amovet. Pallus vero a Martis irā eum tuetur, Celtasque jam jam cessantes excitat, nec, Sigismundo absente, morandum esse admonet. Ii Folianum iterum ac tertio aggrediuntur, quod moeniorum parte hinc inde collapsa, tandem subigitur. v. 488. Vulgata ejus victoria fama, Italia universa timore maximo repletur. Ferdinandus Legatos ad Alphonsum mittit, qui victoriam nuncient, et belli prosecuendī rationem edoceantur. Alphonsus in terra hostili hybernare, urbemque ad id opportuniorem expugnari jubet. v. 519. Ferdinandus patris mandata cum duabus suis communicat, Venetosque Insubribus, ac Liguribus opponit, agrosque et oppidula multa late vastat. v. 550. Jupiter Ferdinandi immanitatem indignatus, Junoni ideo Italī id evenire affirmat, quod forti duce careant: nullo tamen pacto ferendum, eos, qui sacra fecerint priores, ab Celte in Deum impīis, nulloque in loco Sacerdotes, quos ad triremes damnaverant, habentibus, tam male mulctari. Sibi cordi esse Italos tutari, adeoque jubet ut Iridem mittat in Aeoliam ad Hippotidem, qui Zephyrum dimittat. v. 581. June Jovis consilii ignara, cur Zephyrum prae aliis ventis exoptet scire desiderat. Jupiter vero, se alios quidem ventos odio non habere, sed nunc Zephyro opus esse, qui Sigismundum parvo navigio ab Hispaniae oris ad Italiam navigantem tuto et mature deferat, ut Celtas depellat ab Hetruriā. Jovis consilium Junoni arridet: hinc Iridem in Aeoliam celerrime dimittit. v. 602. Poeta in hoc libro Herois sui laudes acri sane ingenio ab hoste ipso elicit. Sic etiam Ialici metus causae in Sigismundi laudem perbellē sunt excogitatae. Carini vero metamorphosis, ut grammatici ejusdam petulantiam mordeat, egregie admodum conficta est.

·8=0=0=0=0=0=0=0=0=0=0=0=0=0=0=0=0.

IN LIBRVM VNDECIMVM.

TENEBAT jam Sigismundus Tyrrhenum mare , jamque Genuam a longe prospiciebat , cum Celtarum classis mare illud infestans . insequi atque urgere : at Phegeus ventos , quos utre inclusos coercuerat , solvit , seque ab iis , Genuam quam ocissime appellens . subducit . Ignotus urbem ingreditur , explorataque Genuensium erga se voluntate , Senatui sese obtulit , a quo magnificenter exceptus , donatusque , validoque equitatu communitus , Ticinum adit , et Parmam , inde Mutinam ; denique per Aemiliam Ariminum contendit . ^{a v.} *i. ad v. 49.* Comperito ejus reditu Celtae in diversas abeunt sententias : Itali

verò exultant, eumque in Hetruriam ultrò meditantem, sollicitant: quibus Sigismundus Italicarum copiarum Imperator iterum creatus assentitur. v. 116. Alphonsus, ut eum ab inito foedere dimoveat, Oratores mittit, qui pacem, foederisque innovationem cum muneribus offerant, modo ab Hetruscorum societate recedat. Sigismundus Alphonsi pollicitationes ac conditiones despiciat; ejusque Oratores re infectā dimittit. v. 184. Alphonsus Sigismundi constantiam inique ferens, exercitum instruit; legiones supplet, et Pisas ducere molitur. v. 195. Nec minus Sigismundus se ad bellum parat, sacrisque Marti, ceterisque Diis rite factis, commilitones suos hortatur, ut armi sumant. et Tarracōnem ipsam, si res ferat, ire sint parati. v. 289. Seneucus Sigismundo inimicus, Italī bellum dissuadere nititur, multaque insulse oblocutus, consultit ut, eo relicto, Alphonso pareant: quem Sigismundus nihil faciens, virgis caesum e castris ejicit; sumptuque clypeo, quod Pandulpho patri Mīrs dono dederat, Vexillum extollit, quod sibi Roma post Asculi expugnationem tradiderat. v. 429. Conscenso Apennini vertice, Ferdinandus de Sigismundi adventu commonefactus, ingenti metu concutitur: Tagus ad naves confugere hortatur et Neapolim reverti; Ferdinandus eum corripit, et pugnare constituit. v. 60x. Inter plurima, quie in hoc libro emitent, primum certe locum sibi vindicant Apollinis Lyciā redeuntis cum Sigismundo Ariminum revertente, atque exercitus iter facientis cum Hidriaco aestuante comparationes; tun bellici apparatus, et armaturae, atque clypei Sigismundi, nec non ridiculi Seneuci descriptiones.

IN LIBRVM DVODECIMVM.

ALBENTE die Sigismundus ut hostem adoratur, iter suscepit valde salebrosum. Septimā tandem die eo cominus viso, aciem instruit, et adoritur. Ferdinandus pugnam excipit, et Sigismundum in se incurrentem vitat. *a v. 1. ad v. 84.* Pugnatur hinc inde acriter, multique caedes fit. Ferdinandus Tagum e Narnii manibus subducere nititur; vivum tamen non potest. Districtis gladiis concurritur: Celtae cedunt. Minerva Italos excitat. Iberi valide resistunt, et retro agunt ordinem. Sigismundum sibi ohviātem Ferdinandus fugit, et ab Apolline nebulā circundatus mortem vitat. Sigismundus cum Apolline eam ab rem conqueritur, in hostes incursat, multos sternit. *v. 283.* Rebus ita se habentibus, Jupiter Deorum concilium cogit, atque Alphonsum contra sententiam suam hellum Hetruscis iterum intulisse; se Ferdinando parcere quoddā patri obsequatur: non minus tamen justis Italorum votis moveri, ac praeципue Tyrrhenorum, quoddā sibi sacra faciant: proindeque Italos ab Alphonsi manibus eripere, et Celtas in fugam conjicere decrevisse. *v. 304.* At Juno ut neutrīs faveat, sed rem Fatorum ordini committat, impense effigitat. Jupiter vero, se praesentem Sigismundi victoriam nihili facere: opus tamen esse ut sic rescedat, quandoquidem Sigismundo maiores paritae sunt victorie cūm pro Graecis adversus Dardanios pugnabit. Juno, cui Graecorum res cordi sunt, Iridi mandat, ut ingenti excitata tempestate pugnam dirimat. *v. 351.* Interea dum magna

utrinque caedes fit, Iris adacto turbine caelum obscurat. Sigismundus subitá turbatus tempestate cum Jove conqueritur, quod bis letho Iberos eripuerit. Ferdinandus in montes fugit. v. 490. Sigismundus perspectá Jovis voluntate, hoste fugato, oppida a Ferdinando occupata expugnare decernit. Foliano itaque recepto, Vadim naturā et arte munitam obsidet: Pallas rationem ejus devincendae docet. Hinc Lipideis ac plumbis, ignitisque missilibus globis Celtarum naves portum tenentes pessundat, et vexat; unāque oppidum scalis ac turribus admotis oppugnat: ipseque Sigismundus ter muros condescendens, ter a Pallade Marti eripiatur v. 611. Mars Palladi iratus hastam in eam torquet, quam illa Aegidā repellit, et ab altā turri saxo immuni projecto Martem humi sternit. Sigismundus ridet, acriter pugnat, atque oppido, nisi nox incubuisset, plurimis caesis, procul dubio fuisse potitus. v. 566. Nullus cum isto & prioribus liber similitudinum copiā comparari potest: est enim refertissimus.

.0=0=0=0=0=0=0=0=0=0=0=0=0=0=0=0=0.

IN LIBRVM DECIMVM TERTIVM.

PALERMES cum Iberis noctu fugam muturare consultit; adeoque tum mor-
tem vitare, tum Sigismundo victorie gloriam praeripere: fugae vero causam
in commeatuum defectum reiwcere. *v. 1. ad 43.* Celtis ad fugam paratis, Mars
a Pallade sauciatus Venerem marinam adit, quem ut ab Olympo redeuntem
videt, orat ad se accedere, vulnusque curare sibi a Pallade inflictum, quod e
nunc Sigismundo contra Celtas pugnantи saveat. Optare se ut saltem Alphonsi
triremes salvae sint; Sigismundo sati siperque esse Celtis bis viciisse. Ese ex re
Hetruscos modo Alphonsi navibus uti non posse, adeoque praeestare relictas uris,
quam in Sigismundi potestate eudere: eam illi curam demindire, sibi ce-
tera reservare. *v. 34.* Venus Martem demulcet, vulnus tergit, incendii curam
Vulcano mandat. Mars Apennini verticem scandit, Venus domum Vulcani adit,
Navium Alphonsi in Vadie portu relictarum periculum patescitur, eirumque urendarum
negotium committit: quod Vulcanus in se recipit, et illico descedit.
v. 175. Cognito Celtarum dicensu, Sigismundus ruit ad armis, Vadie litus et
muros invadit; Celtarum nives partim fugitae, partim submersae. quatuor in-
cendio absumptae. *v. 207.* Vulcanus id sib praecepsum aegre ferens, urbem
ventorum auxilio fere omnino fl. miris absimit. Celtae evidere, ac ave deducere:
Lydi comburere: Sigismundus Vadam soi aequat, ac mortuos sepeliri ju-
bet; tum fusis devictisque hostibus in ditionem suam regrediens, Senam Gal-
lorum venit, veteranos civitate et agris donavit, Arcem extruxit ad mare,
urbem moenibus cinctit, pontem, portum, turrim, forumque aedificavit, leges
condidit, et militiam instituit. Porro Atriminum reversus Templum Deo im-
mortali in urbis medio excitat, et votum solvit. *v. 319.* Postremo hoc libro
Basinius descriptionum et similitudinum paucitatem, selectu et elegantiа com-
pensavit. Dum enim Vulcani dominum, ejusque profectionem ad Vidum, Va-
diae ipsius incendium, ac singularem Felonii virtutem describit, res ipsas ve-
luti in tabula pietas digito monstrare, atque oculis subjicere videtur.

BASINI PARMENSIS HESPERIDOS



LIBER PRIMVS.

MARTIS et arma feri,, et partum virtute triumphum
Magnanimi dic , Musa , viri , qui fortibus ausis
Dispulit invectos tyrrhenum ad litus Iberos
Intrepidus; gentem neque enim periisse Latinam
Fas erat, externoque viros parere Tyranno. 5
Quis metus exactas animis in praelia gentes
Barbaricas, Italasve novo concurrere bello
Impulit? indomitum quae causa lacessere martem
Suasit, et amborum populos aeternam subegit
Exercere odia, ac tantas consurgere in iras ? 10
Prisca fides, veterumque memor Discordia rerum .
Quod mare, quod terras romana potentia quondam
Imperiis elata suis Garamantas , et Afros ,
Auroram, et Zephyrum, nec non Boreamque, Notumque
Subdiderat pedibus, domitumque subegerat orbem . 15

A

BASINUS PARMENSIS

Hinc fluere urgenti semper discordia fato
Longius, et stimulis agitatae ingentibus irae
Misceri, totisque furor crebrescere terris,
Romanoque duces vani indignantur Iberi
Extremas populasse plagas; tempusque monere 20
Tum demum faciles Latii tentare ruinas,
Discordesque animos, bellum crudele videbant
Italiae commune scelus. Ligus omnis in armis,
Euganeusque fuit: Regem sortita potentem
Barbara gens Italas ibat sibi poscere terras. 25
Jam tum fama viros movet inclita, totaque surgit
Gloria, et antiquae jam laudis amore feruntur
Praecipites populi: veterum jam facta parentum
Inter se memorant, varioque ardore tumescunt.
Hinc decus Ausoniūm, prisciique superbia regni, 30
Et fortuna Deūm, rebus quae fida latinis
Usque fuit, dum bella domo procul alma gerebat
Italia, et virtus hominum romana priorum.
Monstra Deūm multos jam tum vulgata per annos
Signa futura dare, ac caedem et crudele minari 35
Excidium, terraeque tremor: tum coepta moveri
Praclia per populos inter se, et plurima letho
Corpora, Parcarum demesso stamine, reddi;
Defectusque polo Solis, Lunaeque recursus,
Et dirae facies, et sidera ab aethere lapsa, 40

HESPERIDOS LIBER I.

3

Omnia quae jam tum belli portenta futuri
 Signa dabant, lethumque viris stragemque parabant.

Nam ferus Ausonias veniens Alphonsus ad oras,
 Exponensque feram tyrrheno in litore gentem,
 Adventu et famâ populos terrebat hetruscos.

Cum pater ipse Deûm coelo Saturnius alto
 Mercurium arcessit, tenues qui verba per auras,
 Et mandata refert Patris: Cyllenia proles,
 Nate, vola, claroque celer delabere olymbo,
 Sismundumque moras qui nunc terit, eja age, longas. 50
 Alloquere, ut totas compellat in agmina gentes
 Italiae, et patriis Alphonsum avertat ab oris.
 Ille quidem, quamvis bello sit clarus et ipso,
 Parthenopenque suis olim submiserit armis,
 Effugiet, seseque velocibus auferet austris,
 Pontivagoque dabit sinuantia lintea malo.

Sic ait: ille pedem pulchrâs talaribus ornat,
 Et levibus pennis ventosas implicat alas,
 Tum virgam, assuetumque capit de more galerum,
 Ac pariter labens coelo se misit, et auras. 60
 Navigat aethreas, vastumque relinquit olympum.
 Olli operans longe Zephyrum aspirabat Apollo.
 Contigit accitis demum tentoria ventis
 Pandulphi magni, media qui nocte quietem
 Divinam, et placidos carpebat pectore somnos.

45

55

60

65

A 2

4 BASINII PARMENSIS

Heus, ait, an vigilas Italorum maxime ductor?
Me Pater ille Deum supero tibi mittit Olympo,
Qui freta, qui terras, atque aurea sidera torquet.
Duc, jubet, in Celtas ex omni gente Latinos:
Numina cuncta favent; neque enim tibi maxima Juno 70
Usquam aberit: dixit, celeresque elapsus in auras
Incertum Juvenem tali sermone reliquit.
Nec minus ille Jovis secum mandata volutat,
Alternatque animum curis: tum singula secum
Mente movens tacita, tristis sub corde retractat 75
Eventus varios primum, bellique labores
Assiduos, et fata Deum; tum tempore tali
Quid fortuna ferat, qua se ratione sequatur
Certa salus, animum partes mutatus in omnes,
Omnia pro patriis metuit discrimina terris. 80
Surgit, et exiles tunicas indutus, amictu
Purpureo, chlamydemque super circumdatus auro,
Peronesque pedi jungit, simul accipit ensem
Fulmineum, et gemmis insignem, auroque superbo,
Caelatum et signis, olli quem fecerat ipse 85
Mulciber, et fulvis stridentem merserat undis.
Tum sceptrum capit, Omnipotens quod tradidit olim
Pandulpho egregium munus, quo lata tenebat
Imperia, atque Italum populos, urbesque regebat.
His accinctus adest coram Pandulphi heros 90

HESPERIDOS LIBER I.

Omnibus effulgens tumulo sublimis ab alto
Chalcoboum, Eurybromumque vocans, queis talia mandat.

Ite Iovis magni praecones cura, virumque,
Alphonso et celeres jam nunc mea dicta referte:
Haud nos umbriferi montes, pelagusve sonorum 95
Dividit: ambo armis campum veniemus in aequum.
Non ego contra illum scelerata capessere bella
Regnorum, Patriâve avidus concedere terrâ
Constitui; me magna movens injuria martem
Impulit Hetruscis agitare in praelia campis: 100
Me genus Ausonidûm, me raptæ littora terræ
Sollicitant, coguntque novo concurrere bello.
Cedat, et incassum tandem male raptâ relinquat;
Post ego Maeonias linquam, velut hospes, arenas.
Sin decus Ausoniûm, atque animos contemnere nostros 105
Apparat, incipiam; neque me bellare pigebit
Donec agam invisas Italos Taraconis ad oras.
Talia mandabat magno referenda Tyranno.

Interea oceano fusis aurora quadrigis
Vecta, novo tremulos spargebat lumine fluctus 110
Aequoris, et summos lustrabat lampade montes.
Constitit, ac magni spectans nova lumina Solis,
Sol, qui cuncta vides, atque omnia maximus audis,
Summe Deûm Arcitenens, Chrysai cultor Apollo,
Qui Cyllam, et Tenedon, felicia regna, tuamque 115

Delon, et Ortygiae fontes, Cynthumque jugosum,
 Eurotamque cavum, Lyciam, Soractis et arces
 Hesperias, altaeque tenes Capitolia Romae,
 Ipse fave coepitis, Divum pulcherrime, nostris.

Sic effatus, equum pressis concendit habenis ;
 Exploratque vias, inultaque saxa, locosque
 Difficiles, facilesque oculis, Arnumque sonantem ;
 Hetruscosque amnes alios, sylvasque virentes.

Ac veluti fulvum sequitur cum forte leonem
 Saxosas inter valles, aditusque malignos
 Venator; summis Poenorum in montibus ille
 Stat ferus, et fremitum ter dentibus expuit albis,
 Murmuraque increpuit, rabidoque exhorruit ore;
 Excitum tamen Afer agit, telisque fatigat
 Usque premens, sylvisque feram vestigat opacis :
 Haud secus Alphonsum regem Pandulphius heros
 Insequitur, positisque vetat requiescere castris,
 Quem circum Italiae populi versantur, et olli
 Grata animo placidis infundunt gaudia dictis.

Illi Pallas erat comes invidiosa, decusque
 Immortale dabat, vires, animumque secundans ;
 Cara Jovis proles, medio Tritonia campo
 Ostentans angues, et Gorgonis ora Medusae
 Sibila, terribilemque aeratis Aegida monstris,
 Nubigeri Jovis arma, solo quibus eruit urbes:

120

125

130

135

140

HESPERIDOS LIBER I.

2

Atque hortata viros, cunctis in mentibus unum
Injectit bellum, tum dulcem Martis amorem.
Amplius haud ultra patriam, carosque penates;
Arma sed arma viri cupiunt, amor omnis in armis;
Arma fremunt Itali, sonat excita terra tumultu
Horrisono, fulgent auro, fulvoque orichalco.

Qualis ubi sylvam in densam furit ignis anhelas
Effundens late flamas, in montibus altis
Apparet gubernator, innumeris incendia lucem
Sparsa locis tendunt, micat hinc Vulcanus et illinc: 150
Talis ab aere dabat radiis percussa eoruscis
Lumina Solis apex surgentis, et omnia juxta
Complebat nova lux flammis geminata refusis.

Haud secus innumerae volucrum se millia gentis
Multa ferunt ad te densis jam protinus alis, 155
Mantua, cum turbâ resonant tua stagna canora,
Mincius et longas Pater accipit amne cohortes;
Cygnorum ut solet compelli ad littora nubes
Asia prata super, flavi super arva Caystri,
Ludentes tolluntur aves stridore per auras; 160
Tot fortis Itali cunctis se se undique fundunt
Urbibus ad campum, et liquidi jam flumina ad Arni.

Constituit hic primum pulchris Sismundus in armis
In campi et procerum medio, quem millia circum
Hinc atque hinc permulta virum stant agmine, ferro 165

8 BASINII PARMENSIS

Non minus accincti Juvenes, quam si horrida duri
 Martis ad arma vocet totus furor; undique clamor,
 Undique concursus; illum mirantur, et illum
 Postremi primique adeunt: velut aequore in alto
 Paullatim fremitus liquidis exsurgit in undis, 170
 Luctanti scopulo Zephyrique Notique sonantes,
 Obtrudunt fluctus, fervet mare, et ocytus omnis
 Magna tumet ponti facies, tum cana repulso
 Marmore spuma salit, cunctae se in saxa sequuntur.
 Innumeris undae cumulis, ipse imbribus atris 175
 Tunditur, in nubemque volans se condit Orion,
 Et coelo caput, atque pedes tellure recondit.

Hic ubi jussa Ducas constare silentia dextrâ,
 Tot fortis Itali secum tacitura trahebant
 Agmina, nec quisquam mortali in pectore vocem 180
 Tot populûm putet esse, nihil quos lingua iuvabat,
 Nec dulcis sociûm varia in commercia sermo.
 Tanta quies animis, adeo parere decorum.
 Toto densa die veniebant agmina tali
 Ordine, nec cessant, donec nox atra virûm vim 185
 Dividit, et placidae suadet parere quieti.
 Tum Venus ambrosium sic est affata Soporem.
 Somne, Deûm requies, hominum divina voluptas,
 Qui renovas pressos variis languoribus artus,
 Et genus humanum cuius urentibus aufers, 190

HESPERIDOS LIBER I.

,

Cernis ut ipse super Patriae stet nomine carae
Sollicitus pulchris solus Sismundus in armis?
Qui pius Hetruscas tueatur ut inclytus urbes,
Venit Arimineis instructo milite terris,
Et nunc optatis Lydorum tendit in oris.

195

I, Sopor, i Juveni fessis infunde medullis
Divinam requiem, totique illabere menti.
Hic te digna manent tali pro munere dona:
Inter enim Charites quae sit pulcherrima nostras
Grata tibi Conjur, vincloque dicata jugali, 200
Aeternos dabitur spes invidiosa per annos;
Pasithea tu connubiis utere superbis,
Nec tu Junonem speres dare posse mearum
Nymphaeum quicquam, nec si velit ipse Deum Rex
Vertet Acidalias nostro de fonte pueras.

205

Dixerat: ille graves tardis torporibus alas
Solvit, et obscuris sensim circumdatum umbris
Evolat, elapsas torquet qua plurimus undas
Arnus, et e viridi suspectat margine sylvas.
Invenit ut varios volventem pectore motus, 210
Factaque per multam repetentem plurima noctem,
Insomnemque oculis, et cuncta futura videntem,
Cur, inquit, Pandulphe, caput non ponis, et ipsum
Te reficis, grataeque negas parere quieti?
Dixit, et immensum defudit in alta soporem

215

B

Pectora divinum: jacuit Pandulphius heros
 Membra levi dejecta Deo devictus, et alto
 Corde sub increscunt magnarum oblivia rerum.

Tum Pater omnipotens aliud foecundius olli
 Auxilium parat, et variam simul advocat Irim.

220

Iri, vides quantas clades stragemque minetur
 Ausoniis veniens patrio Rex asper Ibero,
 Quem contra saevis fidens Pandulphius armis
 Crastinus ire parat, serae qui membra quieti
 Vix tandem misso potuit deflectere somno:
 Illum nulla Ceres, illum non ipse Lyaeus
 Adjuvat, at curis pascit se ingentibus; olli
 Nectar et ambrosiam jubeo referre, cibosque
 Libet homo quos Divus edet: fas noscere Divum
 Munera, fas illi divinâ vescier aurâ.

225

230

Haec ait; illa nihil contra adversata, sed alti
 Vertice lapsa poli coelo se misit, Hetruscum
 Castra petens rapido Dea magna celerrima lapsu.
 Conspicit armatos diverso in gramine edentes,
 Fumantesque locos: hos insedisse relictis
 Exploratores castris, hos ordine presso
 Membra levare solo; cuncti, quod cuique caducum
 Sorte fuit, statione suâ pro se usque morari
 Quisque volunt: tum Diva Duci divina sub alto
 Pectore defudit, validisque levamina membris.

235

240

HESPERIDOS LIBER I.

11

Pristinus extemplo magnos vigor imbuit artus,
 Dulcis odoratae spiravit anhelitus aurae
 Vivaci sub corde micans, totumque replevit
 Corpus, et antiquos renovavit in ossibus ignes.

Interea Alphonsi nivea ad tentoria Regis 245

Praecones mandata ferunt: nihil ille relatis
 Obstupuit verbis, audacique ore profatur.

Ite redite citi, Ductorique haec mea vestro
 Dicta referte: Italum nihil est quod bella virorum
 Me moveant, non usque adeo me nota fatigant 250
 Praelia: Parthenope, quam septimus addidit annus
 Imperio, hac Jove stante meo, non tale vereri
 Subsidium docuit, terris nunc quale paternis
 Duxit in Hetruscas heros Pandulphius oras:

Dicite sive velit totis exercitus armis 255

Concurrat, si mi populos conferre Latinos
 Apparat, aut nostro dirimi si sanguine martem,
 Non piget, ambo armis campo certemus in uno,
 Miles uterque vacet, positis quin spectet et armis
 Cui Deus, et cui fida ferat sua dextra salutem. 260

Talia dicta ferunt Pandulpho, atque ordine pandunt
 Omnia; at ille hilari jamdudum fronte salutat,
 Agnoscitque Jovem, simul et sic ore precatur.

Sic tu, Summe Deum, jubeas, sic horride Mavors,
 Tuque, Minerva, velis nunc tempus in arma vocari: 265
 B 2

Magnanimi gaudete viri, nam fortibus ausis
 Congredior soli solo in certamine Regi
 Alphonso, injustis Italos qui provocat armis.
 Hic finis tandem belli; me verius unam
 Hanc animam vovisse ferent pro gentibus almae 270
 Italiae quicumque volent fera bella minores
 Mirari, et veterum censeri sanguine avorum.
 Vos tamen arma, viri, vos arma crepantia cuncti
 Induite, et facto procedite in agmine, ferro
 Non minus accincti Proceres, quam si horrida duri 275
 Martis ad arma vocet totus furor; ite manipli;
 Insidias alii praelustrent, nequa latentes
 Barbara turba dolos meditetur, et obvius hostis
 Obtexat fraudes latebrosi in valle recessus .
 Dixerat: ast Itali vario tremuere tumultu,
 Et gemitum ingentem tellus dabat incita magno
 Murmure; tum fremitusque virum, vocesque loquentum
 Misceri, et varius volitare per aethera clamor:
 Haud secus atque olim cum Jupiter altus olymbo
 Intonuit, sonitus rediere per ardua vasti 285
 Omnia, tum pelago spumantia caerula tollunt
 Icaro in magno venti, zephyrique, notique
 Incumbunt, imoque crient jam Nerea fundo.
 Tum dextra in intendit, populoque silentia jussit,
 Ductoresque videns nunc hos, nunc admonet illos, 290

HESPERIDOS LIBER I.

Tum siquem sumptis clamantem prospicit armis
Ignotum, et tardo miscentem murmura vulgo,
Talibus increpitans dictis castigat amaris:

Infelix, quae tanta animo dementia vano
Venit, ut alterius nolis audire loquelas? 299
Imbellis, non hic Itali regnabimus omnes:
Unus enim Rex est, unus sit Ductor Hetruscum:
Cui Pater omnipotens sceptrum dedit, ille Latinos
Imperio regat: et tali tum voce locutus,
Arma humeris magni circumdat ponderis, omnes 300
Ante alias longe lucenti splendidus auro.

Ut canis aurati fulgens decus Orionis
Sidera multa micat superans, et crine minaci
Ipse sub ardenti moribundus nascitur aestu,
Debilibusque serit morbos mortalibus atros, 305
Multigenumque animal, permixto et sanguine cretum
Omne perit, periere canes in montibus albi:
Talis erat fulgens pulchris Sismundus in armis
Aureus, ut fulvo radiarent cuncta metallo
Agmina: nunc vires Martis tentemus acuti, 310
Ut videam validas quisquis jaculetur et hastas,
Pascat equos seu quis melius farragine pingui,
Quisve pedum melior cursu, furtoque paratus,
Aut bijugum levior currum concendat, et arma
Induat, aut galeam rapiat, clypeumque micantem. 315

Non equidem nunquam populis mandare quiescam,
 Numquam hodie; donec stellis venientibus altum
 Nox subeat coelum, currusque vecta virum vim
 Dividat, atque animis, stimulisque ardentibus iras;
 Et quoscumque procul cessantes littore cernam, 320
 Alitibus, canibusque feris dare frusta jubebo.
 Vos timidos medio constringite in agmine, fortes
 Ante illos sstant; seniores terga sequantur.
 Sic fatur: fremitum magno clamore Latini
 Ore dabant cuncti, et campos, atque arva tegebant. 325

Non secus ac liquidis si quando exsurgit in undis
 Aequor, eunt rapidi per aperta sonantia venti,
 Parte aliâ madidis infert se se Notus alis
 Turbidus, aeolio si forte e carcere missus
 Liber habet pelagus; salit unda sonantia circum 330
 Littora, tum scopulum adversum, tum saxea pulsat
 Dorsa Notus, fremit omne fretum, rupesque relinquit.

Sed jam fama volans saevos implerat Iberos
 Adventare Ducem magnum, felicior alter
 Quo neque in Italâ praesenti marte, nec usquam; 335
 Multis quippe dolor stetit imis ossibus ardens,
 Multis ira modum super addita, multus ubique
 Clamor, ubique vagans agitat discordia vulgus.
 Hos Italum virtus, illos movet inclita tanti
 Fama Ducis, movet Antiphaten, qui maximus uni 340

Ante alios comes usque fuit per maxima Regi
 Bella, bonus dextrâ, claris cui gloria factis.
 Parta dabat magnum magnae virtutis honorem;
 Consiliis haud inferior, cui fama nec usquam
 Futilis, est vanis primum quod crimen Iberis.

345

Isque, ubi magnanimum conspexit in agmine Regem
 Alphonsum, alloquitur dictis securus acerbis.

Dicam equidem, veniamque dabis, Rex optime, siquid
 Peccarim, pandamque libens quae mente locarim:

Tu desiste manum committere fortibus armis

350

Sismundi, expertis dûdum te credere factis

Desine, nos Italûm fortunae deme furenti.

Quod si nulla tuae tangit te cura salutis,

At Patriae miserere tuae, miserere labantis

Hesperiae extremis terrarum nobilis oris.

355

Quid moror? an patrios, si te mors atra, Penates,

Occupet, arripiant Itali? prius o mihi tellus

Ima dehisce; prius stygias illabar ad umbras,

Quam bonus ausoniis mōriens Alphonsus in oris

Hanc laudem Italiae, populisque relinquat Hetrusc's.

360

Sunt tibi bella gerant populi qui magna potentes,

Praeque aliis aliaeque manus: tu vince paratu

Ingenti, terrae atque maris pars utraque nostris

In manibus: quid bella times cum desider omnis

Italia? an patriis unus Sismundus in armis

365

Fuderit innumeras, multo nec milite, gentes?

Dixerat Antiphates, dictis quem torvus inquis
Alloquitur pavidum turbatâ fronte Tyrannus.

Antiphate infelix, quamquam tibi multa loquendi
Copia, mitte loqui, nec Regibus ista procaci

370

Ore velis tandem populum objurgare per amplum.

Oh pudor! Hi me igitur quondam quicumque secuti
Ad patrias remeare jubent, proh Jupiter, urbes,
Polliciti quondam, quaecumque ad bella vocassem,
Ire palam, rapidisque domos circumdare flammis

375

Ausonidum, et longo committere praelia bello?

Hos ne morae piguit? maneant, dum compleat orbem
Luna semel, populi; bellis imponere finem
Decretum Alphonso: Regem ne reddite vestrum

380

Omnibus aeternum me dedecus esse faturis.
Non tam arguerim vos, si mora longa fatigat,
Hesperidae, multos quos Jupiter altus in annos
Distulit, at patrios tamen hic rediisse penates

Turpe sit: o socii, bello durate supremo,

Aque brevi spacio videamus ut omnia Phorbas

385

Vera canat vates: etenim vidistis, Iberi,
Vidimus hoc omnes, cum navibus aequora multis
Teximus, atque Italis funesta paravimus arma.

Nec longum est: sanctos aris cum accenderet ignes
Jasius auratâ redimitus veste Sacerdos

390

HESPERIDOS LIBER I.

17

Fronde sub umbrosâ pandentis brachia quercus,
 Quam penes in sylvis surgebat plurima pinus
 Tonsa comam, et virides complexa cacumine ramos.

Ambarum in summo geminae sedere columbae

Vertice; quae viridi consederat altera pinu 395

Alitis armigeri Jovis est pavefacta volatu,
 In ramisque latens se frondibus abdidit atris.
 Illam septeno volitans premit undique gyro.

Atque ubi septenos circumvolat ales in orbes

Fugit, et aethereas it juncta columba per auras, 400

Quam sacer in mediis Jovis armiger arripit euris.
 Post autem sacrâ quae sederat altera queru
 Ocius aggreditur, pavidamque eviscerat uncis
 Unguis, et victor sublimi in vertice perstat.

Tunc Atlantiades: populi sperate superbi, 405

Hunc finem belli coelo Saturnius alto

Ostendit nobis, inquit: septem undique gyri
 Septem annos monstrant, septenaque tempora signant
 Queis bellare diu magnis continget Iberis.

Altera at Italia est, parvo conamine quam vos 410

Vincetis, vestri teneant quae regna nepotes.

Talia Atlantiades, quae nunc peraguntur, Iberi,
 Durate, o proceres, donec Saturnia regna,
 Atque solo celsas Italum exaequavimus urbes.

Dixerat, et cuncti magno clamore ruebant 415

C

Armati e vallo: veluti cum nubila tranant
 Cum rauco clangore grues, pontumque feruntur
 Trans gelidum, et longae glomerantur in agmine turbae
 Pigmaeis mala fata viris, mortemque ferentes.

Ast Italī contra secum taciturna trahebant

420

Agmina: primus erat pulchris Sismundus in armis
 Ante alios; veluti dicit cum in praelia taurus
 Diversis armenta locis, cervice lacescit
 Insurgens ventos; talem te Rector olympi
 Tum, Pandulphe, dedit populis decus esse Latinis.
 Jamque adeo vicinae acies utrinque volabant,
 Illi clamantes, Itali sine more silentes.

425

Haud secus ac monti nubem protendit opacam
 Aërio Notus, et meliorem nocte latroni,
 Pastorique gravem, tantum distabat uterque
 Iret ut in primos tectis exercitus arvis,
 Quantum tela manu dubiis committeret auris,
 Aut lapidem quisquis tortâ ferit aethera fundâ.
 Extemplo primi turbantur, et horridus arvis
 It globus, arripiunt campum, pugnamque lacesunt.
 Hic hastam ipse tenens Italos secedere jussit,
 Et firmare gradum, quamquam jactare sagittas
 Instabant Celtae, glomerataque saxa per auras;
 Quos tamen Alphonsus pugnâ revocavit ab atrâ.
 Novit enim secum quianam velit inclytus Heros

430

435

440

HESPERIDOS LIBER I. 19

Fari aliquid: tum sic Pandulphi maxima proles.

Vos haec, Hesperidae, vos haec audite, Latini:

Cesserit haec Italica victoria si bona nostro

Marte, placet patrias redeant Taraconis ad oras

Et Celtae et nati permixto sanguine Iberi:

445

Sin me me Ausoniis fortuna inimica nefando

Invideat casu, si me pater ille Deum Rex

Lumine jam cassum, jam dulcibus auferat auris;

Bella gerant Italica invicti ferrea Iberi:

Scit Pater omnipotens lethum cui pendeat atrum:

450

Sic ait Ausonides; populi strepere frementes,

Quos inter dictis Rex est effatus acerbis.

Nos quoque, si fas est, audite, rogamus, Iberi,

Et magni Ausonii, quae Jupiter ipse sub auras

Ferre jubet dulces: Sancto favet ille Tyranno;

455

Ab Jove talis honos: Sacris haec foedera firment

Hispani Ausoniique viri: vos ducite nigram

Huc pecudem, proceres; niveum mihi ferte juvencum

Telluri, Solique sacros, aliumque feremus

Nos agnum insignem Diti, ne quis Jovis audax

460

Rumpere Sacra velit, densis dum se occultit armis.

Dixerat; ast animis laeti fremuere Latini,

Hispanique simul, sperantes aspera tolli

Bella diu incepta, et nullis exhausta trophyeis:

Frenatisque feruntur equis, quibus omnis humo se

465

C 2

Turba jacit, campoque viri statuuntur in aequo.

Inter utrosque soli spatium telluris opimae

Signatur, quo meta viris, quo terminus exstat.

Tum pater ipse Deûm claro sublimis olymbo

Despectans acies, obliquo barbara vultu

470

Agmina, sed fortis meliore fronte Latinos,

Succinctam nymbo, gelidâque in nube sedentem

Junonem alloquitur: quid adhuc, gratissima Conjux,

Quid dubitamus adhuc priscâ de gente Quirites

Et superesse viros, valeant qui fortibus armis

475

Italiam tegere, et veterum superare parentum

Fortia facta; vides quali virtute feratur

Spumifero Sismundus equo? quem solus in hostem,

Solus in Alphonsum primis se praestet ab annis?

Ergo age, quandoquidem mea te te arcana fatigant,

480

Accipe, Diva, meae quae stet sententia menti.

Nunc cupio aëriam demittere nubibus Irim

Ventipedem, sacris ut foedera sacra solutis

Incipient primi violare sine omine Iberi.

Vix ea: cum fatur contra sic candida Juno:

485

Convenit inter nos, quoties arcana patescunt

Utrique alterius; neque enim dare majus ubique;

Nec praestare mihi potes, o gratissime, munus.

Namque ego progenies Saturni prima parentis,

Inde tibi genus unde mihi: tua maxima Conjux

490

Dicta diu atque Soror, superum Regina Deorum.

Jupiter huic contra: tua me tua gratia, Conjux

Flexit, et aeterno mihi te devinxit amore.

Dixit: at illa Deam vario circumdata nymbo

Caeruleam vocat, et magni mandata Tonantis

495

Pandit, et aeripedem coelo Dea mittit ab alto.

Illa volat, terras et turbine adacta revisit:

Conspicit armatas acies, atque aere micantes

Hinc atque hinc populos, et latis agmina campis.

Hos Mars armipotens, illos agitarat Enyo.

500

Illa nihil speculata viros, solumque per omnes

Ad Phorbanta venit, fuerat qui maximus illo

Tempore cunctigenum sciret qui noscere Divum

Consilia, atque modis scrutari somnia miris,

Solus et Ausonias ipsum qui duxit ad oras

505

Alphonsum augurio fretus, quem Phoebus honorem

Addiderat Vati; quoniam citharamque fidesque

Ils puer a primis olli sacraverat annis.

Hunc Dea semotum populis utrinque refusis

Longaevum opposita deludit nube, proculque

510

Amovet in solas nemorum loca tristia sylvas,

Ostendens illi populos, Regemque secutos,

Agmine cedentes simulato: talia Vati

Objectat falsis Thaumantis filia visis,

Donec eum in solas abducit littoris oras;

515

Hujus deinde capit formam, similemque figurat
 Se Dea mortali: rari stant vertice cani,
 Pendula cum cano stant labra trementia mento;
 Sunt tremulaeque genae, tremulaeque est vocis imago
 Discors; assiduo respirant ilia motu.

520

Venerat auxilio Libycâ de gente Biaon
 Insignis pharetrâ juvenis, teretique sagittâ,
 Montivagas agitare feras, cervosque fugaces,
 Nec non et fulvos solitus turbare leones
 Horridus, et rapidi perfultus pellibus ursi,

525

Cui caput hirsutum malae texere lupinae;
 Mille viros olim jaculis tremefecit acutis.

Hunc postquam videt adstantem Dea talibus Iris
 Alloquitur praestantem animo, et virtute frementem.

Q libyae virtutis honos, ubi certa, Biaon,
 Tela tibi quondam? pulsa est quo gloria famae,
 Quâ nulli Libyâ solitus concedere? ubi arcus
 Insignes olim venatibus? ergo age Phoebo
 Tela favente jace, et pulchrum pete primus honorem;
 Incipe quae cunctis facies gratissima Celtis,

535

Alphonso Regi prae cunctis grata, tuo si
 Ingenio sumtis pereat Sismundus in armis.

Sic effata, homini mentem convertit ad arma
 Insano, et nondum meditanti obscura Deorum
 Consilia, ac vires Italorum et bella potentum.

540

HESPERIDOS LIBER I.

23

Interea Ausonii, nec non Taraconia pubes
In medium lecti Divosque Deasque precati
Sacra ferunt, sacrasque incendunt ignibus aras.

Tum Rex extremis audax qui venerat oris
Stabat, et Ogygii libabat pocula Bacchi,
Sumebatque prior pateris spumantibus almi
Dulcia dona soli, puroque ardebat in auro
Nectare dulce magis Sileni munus alumni.

Tum super imperio multum rimatus anhelas
Poscebat fibras: nihil illi fibra, nec aerae,
Nec prosunt Superi, cum sic prior ipse precatur:

Haec ego sive manu, sive armis foedera rumpam;
Tum caput hoc aliena manus cervice recisâ
Auferat, et victrix alienas portet in oras.

Vix ea; at Ausonides haec tali retulit ore:
Jupiter Hetruscum nemorum sanctissime cultor,
Aethere qui celso regnas, ne cedat olymbo
Sol prius oceani liquidas prolapsus in undas,
Quam fugiant victi tyrrheno in littore Iberi,
Alphonsique caput terrâ foedare cruentâ
Avulsum nostris manibus, da, maxime Divum;
Da, Pater, et comtos in pulvere ducere crines,
Perfusos myrrâ crines, calidoque metallo
Contortos; da praedones decedere captâ
Italiâ; da ne Celtas terrâque marique

549

550

555

560

565

Horrescant Itali: tibi tum de marmore templa
 Candenti statuam miris surgentia signis,
 Daedaliis miranda modis, aedesque dicabo
 Urbis Arimineae in medio, quas barbarus omnis,
 Atque Italus stupeat; da tantum vincere nobis,
 Et removere nefas. Dixit; dulcemque Lyaeum
 Fudit humi paterâ, et breviter sic ore profatur.

Sic penitus fracti sedes elisa cerebri
 Fusa cadat, quicumque prior pia foedera telis,
 Sive manu rumpet, madidas ut vina per herbas
 Ipsa cadunt pateris numquam redditura supinis.

Talibus ante aras armati foedera dictis
 Firmabant, varioque virûm clamore fremebant.
 Nec mora: praecipites ambo, nec territus usquam
 In medium Hesperidûm atque Italûm processit uterque, 580
 Terribiles visu quassantes vertice cristis
 Surgentes galeas signis auroque decoras,
 Hinc Malatesta potens, illinc Taracanius heros.
 Spectantes populos magnus stupor occupat omnes.
 Olli indignantes secum, saevumque frementes
 Obsistunt contra dubio sub Marte labore,
 Vulneraque inter se minitantur multa, ruuntque
 Alter in alterius geminatis ictibus arma.

Ac veluti sylvam magnam petit advena taurus
 Arva aliena premens nemorosa per avia passim

570

575

585

590

- Diversis armenta locis trahit, atque ita late
 Optatos populatur agros; timet asper arator
 Omnis, et in montes alii fugere juvenci;
 Maximus ille autem sylvis dominatur avitis:
 Huic inimicus atrox, sua qui postquam arva teneri 595
 Sensit, in oppositum fertur violentior hostem;
 Tum pavidae siluere boves, siluere magistri :
 Haud aliter Taraconis honos, et gloria magnae
 Italiae ingentes duris versantur in armis.
 Hic vero Alphonsus durae fore dum putat hastae 600
 Vim solitam, stygio multos quâ miserat orco,
 Hanc jacit: illa volans clypei septemplicis orbes
 Rupit, et in medio stridens umbone pependit.
 Non tulit Ausonides, clypeumque abjecit, humique
 Cum clypeo telum defregit, et arduus ipsi 605
 Ipse manu Regi telum penetrabile torsit,
 Et summam clypei partem praerupit, et altum
 Gustavit leviter violato pectore corpus.
 Conclamat Itali, laetumque ad sidera tollunt
 Murmur, at Hesperidum solvit genua omnia torpor. 610
 Hic Malatestai certissima gloria Gentis
 Magnanimus duris fidens Pandulphius armis
 Constitit in geminas alacris duo fulmina plantas
 Arrecto capite, et socios adspectat ovantes,
 Ense manumque onerat violento, ac vulnerat hostem. 615
 D

Ter quater alternis agitantur in orbibus enses:
 Tum celer insurgens digitos Sismundus in imos
 Alte depresso habilem se flexit in ictus:
 Tum ferit ingeminans, tum pulsat anhelus utrinque
 Ardentem galeam signis auroque decoram, 620
 Buccula sed postquam de casside pene revulsa est,
 Ter ferit usque premens, fessum sed jam quater ensem
 Dum domat aere gravi, medium se frangit in ictum
 Ensis, et imprudens fragilis cadit, atque ita summo
 Fragmina delucent humero: non ipse caduco 625
 Ense, nec amissis juvenis deterritus armis
 Saevior ingreditur pugnam, et se se horridus irâ
 Suscitat, ac Regem dextrâ petit alta minantem
 Vulnera; tum manibus perstringit guttura junctis,
 Nunc galeam tenet, et conum premit; ille nec auras 630
 Nec coelum potuit captis haurire sub armis,
 Sed trahitur manibus Sismundi digna potentis
 Praeda, sed attonitus d' ubiis effatur in umbris.

Maxime Dux Italûm, cui Jupiter ipse precari
 Me jubet, et rerum fortuna celerrima, cujus 635
 Munere me victum potuisti cernere Regem,
 Parce odiis ultra; vivum, precor, optime, serva:
 Lata tibi variis quae sunt mihi regna sub oris
 Omnia victori cedensque volensque relinquo.
 Sic ait: huic contra fatur Pandulphius heros: 640

Regna meis armis, quae maxima multaque jactas,
Desine deberi: trahere huc prius ante superbos
Italiae populos, tentoria nostra subito.

Illic, nî fallor, falso nova foedera firmes.

Dixerat, et Regem dextrâ laevâque trahebat 64;
Afflictum, et misericordia urgente pectora curis.

At procul insidiis et multâ fraude Biaon
Cingitur in notas turbandi foederis artes.

Illum tum memorant incensum numine et irâ,
Arma nefanda manu et diras hausisse sagittas. 650

Arcum laeva viri, laevam citâ dextra papillam;
Hastaque prima manumque tenax, nervumque sonantem

Contigit, at laevamque fugax arcumque sagittæ

Cuspis, et horriferas it stridula lapsa per auras,

Et venit, et magni Sismundi in nobile corpus 655

Figitur, inque humero dextro pennata pependit:

Maximus extemplo magnos dolor occupat artus;

Labitur, eque manu Rex est avulsus, et usque

Liber adit laetos violato foedere Iberos.

Hic Pandulphiades, postquam dolor ossibus imis 660
Sedit, in hunc morem miserandâ voce profatur.

O Pater omnipotens, mihi cum miserabilis aevi
Tempora pauca dares, meliorem impendere honorem
Debueras: morti ne manu dimittere Regem?

An variis caruisse dolis haec foedera rebar? 665

D 2

Omnia credideram, quae nunc Notus horridus auras
 Jactat in aethereas: diris me fidere Celtis,

Me decuit Sacris sceleratam adjungere gentem?

At tu, summe Deum, triplici qui foedera sancis
 Fulmine, qui saevos potis es punire Tyrannos,

Respice mortales casus, et foedera firma

Ipse tuâ melior dextrâ: nec plura, recessit

Saucius: huic magnus magno Jove natus Apollo

Adstitit, et nullis aliis perspectus eum dux

Ipse manu juvenem socios ducebat ad ipsos.

670

Obstupuit visis Pandulphi maxima proles:

Ecquis es, o Superum, claro qui missus olymbo

Venisti in terras, nostros ut forte labores

Adspiceres primum coelo requietus in alto?

675

Filius huic contra Latonae pauca Jovisque:

680

Ipse ego progenies magni Jovis altus Apollo;

Non equidem, non te linquam Deus aequus inultum;

Nec minor insigni tua te victoria famâ

Miserit in populos, campo qui viceris isto

Congressus soli solo in certamine Regi:

685

Victor eris totas agitans in praelia turmas.

Dixerat haec magnus magno Jove natus Apollo.

Ista quidem nobis gratissima, Phoebe, tulisti:

Ab Jove cuncta, Pater; sed enim grave vulnus inermem

Me premit; ipse tuum claro quin mittis olymbo

690

Paeona, qui medicas adhibet mortalibus artes?
 Sed venia Jovis ille Patris jussuque venito,
 Ne Pater iratus stygias detrudat in undas
 Illum etiam, ut quondam; meministi cuncta, novusque
 Est meminisse dolor; curvo cum littore fractae 695
 Defudere rotae juvenem, celeresque marias
 Turbabantur equi monstris, rapidoque tumultu
 Hippolytum fusis lacerum traxere quadrigis,
 Quem tuus exanimum stygio revocavit ab Orco
 Filius; Omnipotens sed enim indignatus, ut illum 700
 Fulmine terrifico stygiis intorserit undis.
 Proinde Jovis magni quae sit sententia primùm
 Disce, decet; posthac sanctis me Paeonis ulnis
 Siste, Pater, gnati: prosit mihi laurea sertā
 Gestasse, atque artes pacid arum hausisse Sororum: 705
 Huic contra placido respondit Cynthius ore:
 Jupiter Oceanum dapibus visurus edendis
 Aethiopum ad fines primos venit usque piorum,
 Bissenosque dies, nec plus remoratus, olympum
 Ibit, ubi assiduis celebrantur limina Divis. 710
 Hic ego magnanimi quae sit sententia Regis
 Et scire, et nato possum mandata referre.
 Dixerat haec magnus magno Jove natus Apollo.

D 3



BASINI PARMENSIS HESPERIDOS

L I B E R S E C V N D V S.

INTEREA ipse furens murorum impulsor anhelos
Exhortatur equos Mars horridus, atque flagello
Sanguineo insultans, duros in praelia Iberos
Suscitat, ac multam primo certamine caedem
Quà furor, et quà saeva vocat minitatur Erinnys.
Extemplo disjectae acies, confusaque turba
Omnis, et in turmas equites sparsique manipli
Erravere locis; stetit imperterritus unus
Saucius Ausonides, quamquam dolor ossibus imis
Tardet anhela novus torpentibus ilia nervis; 10
Sed timuit dubio temberaria praelia campo
Conserere: o Socii, non haec mea foedera: dextrâ
Hac ego pro vobis communia jura refellam.
Desinite, ac differte minas, iramque sequacem
Ponite dum redeant vires, dum tela lacertus 15

Saucius hic vibret, qui vulnere pressus acerbo
 Me prohibet victum violato in foedere Regem
 Huc huc ante duces mediis subducere Celtis.
 Haec Pandulphiades: Itali stupuere morantes.

Credidit esse dolos facto Taraconius heros,
 Jussit et ipse retro populos aciesque referri.
 Tum Pandulphiades pennatâ voce profatur.

O decus Ausoniae, miles, quo sospite nondum
 Vincor, ait; proceres, expertae robora pubis,
 Barbara turba DuceM violato foedere vestrum
 Insidiis ingressa suis desistere bello.

Cogit, et invictum Volaterrae ad moenia nostrae
 Ferre pedem, et dirum curari vulnus; abite,
 Linquite jam testes disjecti foederis oras:
 Sit pater ipse Deûm testis, sanguisque sacròrum
 Agnorum, et recti mens conscientia fallere dirum
 Quam sit, et ipse Deus finem feret omnibus ulti,
 Et capiti ille suo insidias intenderit illas.

Neve futura putent sero quascumque daturi
 Supplicia horrebunt poenas; majora parabit
 Longa dies scelera infidis: ego cuncta capaci
 Mente fero prudens; animus mihi cuncta futura
 Ante oculos posuit: jam jam cum sanguine sparsum
 Litus abundantia caesis sudabit Iberis.

Ille dies veniet cum Jupiter Aegida summo 40

Aethere terrificam monstrabit, et omaibus iras
 Ipse acuet populis. Superos quicumque fefellit,
 Ille, Deo turbante, fugae se credere turpi
 Et volet, atque mori frustra tentabit: at, o Vos,
 Indigni hac mulctâ, Superi, quos sanguine nostro 45
 Vana pios Sacris violavit Iberia falsis;
 Ferte precor memori vos pectore tristia Regis
 Facta feri: vestra haec injuria: talia nunquam
 Imperfecta, precor, populis differte futuris.

Interea Alphonsus Populonia moenia duro 50
 Marte petit, pavidam cupidos qui dicit ad urbem
 Agmina tota viros, vicinumque omnibus aequor
 Viribus obtexit jam pronâ in bella carinâ.
 Parte aliâ ante equites saevos praemittit Iberos
 Laetitiâ incensus, vanoque elatus honore. 55

Haud secus atque uncis avulsus ab unguibus anser
 Altis ante sacri volitantis ab aethere praeda,
 Aëra liber habet tenerum jam tutus, et alis
 Ventisonis raucas compellit ad alta cohortes
 Flumina, sive lacus calamo crepitante sonoros: 60
 Non aliter pavidam concussit gentibus urbem
 Innumeris veniens patrio Rex asper Ibero.
 At miseri postquam est exercitus omnis Hetrusci
 Ante oculos, scandunt muros, atque alta capessunt
 Moenia; custodes portarum elaustra canoro 65

HESPERIDOS LIBER II. 33

Cardine rauca cavis stridentia turribus addunt,
Armatumque vident armati cominus hostem.

Quis canat, o Musae, caedes strage mque virorum,
Quae nunc Celta ferox, Italus quae funera fortis
Ediderit, quem quisque Duxem Dux unus adibit, 70
Aut quem quisque virum vir legerit? omnia, Divae,
Nostis enim cunctos, Vati memorate canenti.

Primus ut ante alias fuerat Taraconius heros
Vectus equo, Numidum quem Rex donat, anhelo,

Dystychium in fossis volventem ac foeda cadentem 75
Occupat, obversaque solo transfixerat hastâ.

Occidis, o Juvenum pulcherrime, clara Metauri
Progenies, quem Nympha Deo permixta fluenti
Edidit in teneras jucundi luminis oras.

Non tibi vita Patris, cui clausa est janua lethi, 80
Munere servata est; non te Driopeia Mater
Eripuit duris scelerati faucibus Orci.

Tum vero accelerant omnes, urbique propinquant,
Clamoremque ferunt convexi ad sidera coeli
Hinc Tyrrhena manus, illinc Taraconia pubes. 85

Tum procul horrifico strepitu cava concha tremendum
Rauca dedit sonum, crepuitque per aethera clangor:
Nec minus incensi bellorum pectus amore
Ingenti incumbunt omnes, atque omnibus idem
Ardor in arma simul gliscit praesente Tyranno. 90

E

34 BASINII PARMENSIS

Pars aditus coecos et moenia scandere furtim,
 Pars in aperta parant animas jactare pericla,
 Atque alii subitâ fossas implere ruinâ.
 Illis tela sonant, arcus, et Apollinis arma;
 His glandes referunt liquefacto murmura plumbo.

95

At Lydi celsis miseri pro turribus adstant,
 Missilibusque procul Celtas arcere furentes,
 Infensumque parant detrudere moenibus hostem,
 Saxaque praecipi devolvunt grandia dextrâ.
 Turbidus Haemophages cristâ praeclarus Iberâ

100

Tradit equum Clytio, comitem quem miserat illi
 Dulcis Ilerda, domus cui clara, Paterque superbo
 Sanguine natus, avis celeber; pedes ipse sub ipsis
 Moenibus et scalas in propugnacula poscit,
 Atque in procelsas subjecit lampada turres

105

Ardentem, et pariter tabulasque virosque sequentem.
 Tum Juvenum fera corda micant, percultaque vulgi
 Pectora laetitiâque fremunt, plausuque sonanti
 Seque suosque trahunt, et moenia longa coronant.

Ac veluti subito cum fulgura murmure rumpunt

110

Aethera nubiferi glomerantur grandine nimbi,
 Ante Notumque volant toto cava nubila coelo:
 Talis ubi ad muros totis discurritur arvis,
 Insequitur longe diversa per omnia clamor.
 At contra duris sudibus Populonia pubes

115

HESPERIDOS LIBER II.

35

Desuper audaces deturbat ab aggere Celtas,
 Occidit Haemophages incertis obrutus armis,
 Et Lycus ipse dedit arcum cui magnus Apollo,
 Sed non divini defensus Apollinis armis.

Namque ut tela manu demisit ab aggere Tarcon 120

Fervidus, ingenti Patriaeque incensus amore,
 Conjugis et caraे memor, alta Lycoque, Tagoque
 Vulnera bina sinit fracto non vana cerebro:

Quos ut functa vident dulci duo corpora vitâ,
 Indignata magis manus omnis, et omnibus idem 125
 Additus ardor agit stimulos, nec tela, nec hostem
 Respiciunt, sed coeca ruunt in praelia, dicit
 Quo furor, et superans semper Mavortis imago;
 Nec requies datur ulla viris: toto agmine caedes
 Alternâ virtute Italì, Celtisque remittunt
 Nunc hi, nunc illi; mora nulla volantibus hastis.

Ac velutî medio concurritur aetheris actis
 Seditione apibus, cùm tecta relinquere avita
 Est animus, cùm densa vocant in praelia Reges
 Agmina, et undantes aliae se pumice promunt 135
 In cuneos gens dura alios, contrâque remittunt
 Murmura, stridentesque crient clangoribus alas,
 Dira veneficeris mutantes spicula rostris:
 Haud secus Hesperidae atque Itali concurrere telis
 Omnibus; ante alios insignis Fanius armis 140

E 2

Impiger Hermophilum vallo dejecit ab alto,
 Atque in praecipites deturbat ab aggere fossas.
 Ast illi, ut ja cuit limosâ turpis in ulvâ,
 Surgenti frustra duro ferit ilia ferro
 Cuspide projectâ tabulatis Arnus ab altis,
 Infixitque solo, repetitâque abdidit ulvâ.

Quid tibi fama, puer, primis praedulcis ab annis?
 Quid domus, atque genus proavorum n omnia Regum?
 Tectus arundinibus nullo decorande sepulcro
 Nempe jaces: non ipse parens, non optima mater,
 Non socii tua membra legent: proh dura furentum
 Praemia! nam tantum nostrae, tua numina, Musae
 Te referent: tibi nostra satis solatia; quando
 Digna damus forsitan venturâ garmina famâ.

Nuncius Alphonso Regi defertur apertam
 Esse viam, horrisono qua proxima moenia ponto
 Diruta pene jacent: tum sic Taracorius heros
 Disiectum volat ad murum, Lydosque superbâ
 Clade premit miseros, multis et funera dextrâ
 Mittit, et e muris trahit atra in fata cadentes.

Ac velut ille lupus stabula acer adortus aperta
 Ante pecus mutum pleno detraxit ovili,
 Quam veniens pastor caulis avertat ab altis;
 Ille quidem immanis non jam minus, undique tentat
 Prendere lata manu dejectis moenia Lydis.

145

150

155

160

165

Verum ubi jam prodesse nihil fraudesque, dolosque,
 Nec videt adversis hostem concurrere fatis,
 Evocat effusas tentoria ad alta cohortes.

Illi terga suis obvertunt hostibus omnes,
 Et Regem cuncti fossis petiere relictis. 170
 Quos ubi convenisse videt, secum ante volutat
 Dicendum quodcumque putet, quâ suadeat arte
 Pugnandum, atque Italâ longùm tellure morandum:
 Atque haec in mediis sic est effatus Iberis.

Ille ego sum, proceres, frustra cui nulla voluntas, 175
 Nulla adversa cadit coepito fortuna labori:
 Incoëptis opus est audacibus: omnia cedent
 Tentanti Alphonso: quid enim memorare juvabit
 Parthenopen, aliasque urbes, quos Africa honores
 Praestet, et occiduis quâ Sol se proluit undis,
 Quâ tepet Oceani, quâ caerula Tethyos ora?
 Omnia sunt nostris loca debita marte trophaeis.

Reliquiae faciles Italae mihi Gentis Iberos
 Tardabunt toties? sua quam discordia nobis
 Objicit? id ne sat est, bellum quod triste videmus 185
 Italiae commune scelus? Ligus omnis ad arma
 Euganeusque ruit. Bello dum saucius hostis
 Abstinet, usque vices dum non volvenda timendas
 Fert fortuna, viri, fatis pugnate secundis.

O veterum Gens prisca virûm! cum crastina primum 190
 E 3

- Aurora e roseis fundet se lutea bigis,
 Omnibus qbsideo Populonia viribus urbis
 Moenia tyrrhenae, nec machina ahena volutis
 Cessabit saxis, nec ferreus excidet horrof
 Interea, et subitis lapidum tormenta ruinis 195
 Audiet Ausonius coelo crepitare recusso.
 Hanc ego si capio Fatis auctoribus urbem
 Caetera cuncta jacent manibus regna Itala nostris.
 Hic mihi regna, domo et patriâ procul urbe relictâ,
 Optanda, et placitis vivendum mollius oris: 200
 Hic artes, habitusque virum, linguaeque facultas
 Clarius, hic species, et lati Regia mundi
 Roma decus rerum, quae vos, quos vicerat olim,
 Sentiat ultores post saecula multa repertos.
 Dixerat Alphonsus; tum turba soluta vocabant 205
 Quisque suos; atque hinc tentoria ad alba redibant,
 Queis fera diversas agitabant pectora curas.
 Omnia magnanimi Regis praecepta moventes
 Mente animoque viri, vario sermone vicissim
 Multa serunt, multamque trahunt in singula noctem. 210
 Insidias alii variâ regione locabant,
 Pars aditus dubios, et moenia longa coronant,
 Occupat hos nigris lethi germanus et alis
 Somnus, et ignavâ concludit membra quiete.
 Postquam cuncta silent, magno Jove natus Apollo 215

HESPERIDOS LIBER II.

39

Fertur ad Oceani magni simul arva beata,
 Et Fortunatos felici ex arbore lucos,
 Reddit ubi assiduos tellus inarata maniplos
 Sponte suâ; incultis non ulli obnoxius arvis
 Liber purpureas ubi candidus induit uvas;
 Collis ubi aeternum flavâ vestitus olivâ
 Frangit utrinque cavas nemora inter frondea sylvas.
 Atque hic ante Jovem non inscius altus Apollo
 Adstitit, ac genua incanumque ex ordine mentum
 Amplexens, tales mittebat ad aethera voces.

220

225

Summe Pater Divûm rerum cui magna potestas;
 Tu mihi quae posco si justa, petendaque Nato
 Munera promittis, genua ista ego sancta relinquam
 Felix et voti cōpos, Natumque videbis
 Nunquam etiam ingratum, quem Delos, et inclyta sacris 230
 Cylla colit, Tenedosque ferax, Chrysaeque juventus,
 Et Patarae sedes, Gynaeaque templa, Clarosque,
 Atque Lycaoniae servit cui prisca Zeliae
 Regia: cui placido respondit Jupiter ore
 Subridens genitor: quid enim, pulcherrime Divûm,
 Non dederim? sanâ quid enim tibi mente negarim,
 Phoebe, genus nostrum, Latonae ac lucida proles?
 Filius huic contra Latonae pauca suusque:
 Nota tibi quonam statuat Fortuna loco res
 Pandulphi magni, diris quem Barbarus armis

235

240

Excipit, insidiis et multâ fraude Biaon.

Hunc ego certe Italûm Ductorem, et gentis Hetruscae,
Rebar adire Deos, et tangere sidera famâ.

Quare age, namque potes, coelo demitte sereno
Paeona, qui medicas adhibet mortalibus artes. 245

Sic ait: ille autem; quid me tua jura rogabas,
Nate, mihi aeternâ vitae jucundior aura?

Mitte tuum ad juvenem de summo Paeona coelo:
Ille quidem dignus tali cultore, sed arte

Indignus tali: sed non impune lacescent 250

Regna alienâ truces populi, Celtaeque superbi.

Paeona sed quam mox magno mittamus olymbo,
Dixit, ut omne levet Sismundi vulnus: at ille

Inde Patris celerata ferens pia jussa per auras,
Devolat in terras, docti quem forma Sophoeni

Vana tegit: non ille Deus, non ille, Coronis
Quem peperit, visus; vestes succinctus honoras

Constituit ante Virum; cui sic Pandulphius heros:

Dôcte Sophoene, dedit tanitum cum munus Apollo,
Haec ego pro vestrûm communi ferre salute 260

Non renui; fer opem: si me dimittere salvum,

Si potes Italianam solus servare cadentem,

Non auri, argenteique simul, quae copia multa
Est mihi, defuerit merito sua praemia tanto.

Vix ea; at ille nihil persuasus munere, verum 265

Imperiis majora Patris praecepta volentem
Cogunt, et variis infigunt omnia curis.

Tum sic orsus ait; dubitas an, maxime Ductor
Ausonidum, frustra? magno Jove natus Apollo
Ad tua per somnum me misit limina, cum jam 270
Nocte soporiferâ carpebant fessa soporem
Membra mihi, et placidos fundebant pectora somnos.

Eja age ne dubita magnorum ductor Hetruscum:

Nec plura; inde suo succinctus more, profundi

Vulneris inspiciens os latum, terque quaterque 275

Abstersit dextrâ leviter mulcente cruentem

Jam siccum, et dulces defudit in atra liquores

Vulnera, in Eridani quas margine legerat herbas;

Apennine tuo quas vertice vellit, et alto

Peliaco, Ossaeoque revulsa cacumine passim 280

Gramina, quas Crete, centum quae sustinet urbes,

Dives alit teneras laetis radicibus herbas.

Quos ubi composuit succos, latumque replevit

Vulnus, abit dulci pulsus dolor ipse liquore.

Ocius ille cavâ vaginâ sustulitensem 285

Fulmineum, et solitas se se explorabat ad artes

Arduus, atque rotans teneras diverberat auras.

Docte Sophoene, dedit tantum cui manus Apollo,

Adspice quam sanctâ doctaque levaveris arte

Vulnus, ait, nostrum: contra eui talia Paeon. 290

F.

Ille ego, quem genuit magno Jove natus Apollo,
Quem peperit Phoebo nimium dilecta Coronis.

Dixit, et in tenues fugit intractabilis auras,
Verticibusque vagis magnum concendit olympum.

Obstupuit visis Pandulphi maxima proles, 295
Ardet in arma magis, totamque in praelia mentem
Arrigit, et curis manifesta subire Deorum

Maxima copta ratus, multâ se suscitat irâ,
Exsuperatque animis ingentibus: ac velut ille
Saucius ante leo Poenorū in montibus olim 300

Mille animos secat impatiens, gaudetque timendo
Conscius, aut meminit capream stravisse fugacem,
Aut sperat sylvis carentem avertere taurum;

Talis in Alphonsum Regem Pandulphius heros
Aestuat ingenti furiarum flumiae et irâ 305
Terribilis, totaque vagans fremit aureus aulâ.

Hac et in urbe fremunt vario rumore superbi
Italiae populi, Martis densissima sepes,
Quique tenent dulces colles, atque arva rigantis
Annis Ariminei, valles, camposque propinquis 310
Fluctibus adjectos sueti felicibus armis.

Hic qui Flaminias vertebant vomere terras;
Quos Apennini de vertice Sapis opaco
Dividit Hadriacas fluvius proclivis in undas;
Qui nigros latices pluviis turgentis Isauri, 315

Quique, Metaure, tuas potant sub collibus undas
 Picenis in agris, et amoenos agmine saltus
 Qui cingunt, praedas soliti raptare recentes,
 Montivagisque agitare feras, aprosque furentes;
 Gallorum quos Sena gravi pavisse palude 320
 Creditur; at post hos montani protinus Umbri,
 Thuscorumque manus, quos magna Fluentia pascit,
 Quos Volaterrani misere in praelia Patres,
 Alpheaeque potens sed graja colonia Pisae;
 Caetera nam legio campis tendebat Hetruscis. 325

Talia magnanimo parebant omnia Regi
 Agmina: sed postquam stellas Aurora micantes
 Expulit, et magnum flammis implevit olympum;
 Extemplo ad Lydum muros Taraconia pubes
 Fertur in arma volans, animis audacibus ardens 330
 Stringere tela manu, mortes miscere cruentas.

Non tantum fremtit unda maris, pontique sonori
 Turbida spuma salit, cum marmora rauca reclamant;
 Non tam flamma furens summis in montibus altas
 Incidit in sylvas Boreā miscente fragorem 335
 Horrisonum; neque enim tantum lauri alta comarum
 Bractea vibrantum ventus declinat: eunti
 Subsidunt virgulta Noto, tonat humidus aether
 In gremium terrae largos cum discutit imbres,
 Cum crepitant durā glomerati grandine nimbi. 340
 F 2

Tantus in obsessos heros Taraconius hostes
 Fertur, ut ira graves animis immiscuit ignes
 Felle tumente jecur, furiisque aspersus amaris
 Terribilem rutilo succensus lumine frontem
 Evolat, et nebulis, et pulveris obrutus umbris; 345
 Cui galea ardenti cristas gerit aurea cono,
 Getulus quem portat equus, cui candida frontis
 Pars oculos supra micat aurea lora retorquens;
 Alba pedum pariter vestigia, lataque in armum
 It juba nigranti dextrum, tum naribus acrem 350
 Dat patulis flatum, et duris terit ora lupatis
 Stare loco impatiens, sonitu exsultare tubarum
 Primus, et arrectâ campi quatere aequora caudâ.
 Talis erat Balias, vel magni Xanthus Achillis,
 Quos peperit Zephyro pratis Harpyia Podarge 355
 Oceani propter depasta fluenta reposti.
 Hunc postquam ante alios duris calcaribus urget,
 Illum tota phalanx laxis imitantur habenis.
 Ut ventum ad muros, Alphonsus maxima jussit
 Muniri ad subitas lapidum tormenta ruinas. 360
 Aerea tum rigido completur machina saxo,
 Sulphure tum clauso tristi medicamine, diri
 Pulveris ardentes educit in aethera fumos.
 Tum vero ad strepitum subito tremere omnia motu,
 Dant strepitu[m] montes, toto tonat aethere fractas 365

HESPERIDOS LIBER II.

45

- Involvens sonitus tremefacta per ardua voces.
 Hoc non magnanimi jecérunt turbine Graii
 Grandia saxa super periturae moenia Trojae;
 Hoc non Roma potens rerum, fortisque Saguntus,
 Non Poeni, non magnanimum Rex laetus equorum 370
 Maximus Aeacides, cui tantum Epiros honorem
 Praestat adhuc, non Pellaeo stirps tanta Philippo.
 Edita: verum aliis inventum tale per oras
 Diversas jam tum, et totum compleverat Orbem.
 Ergo ubi terribili sonitu, subitoque fragore 375
 Saxeа flammifero moles emissa camino
 Impulit adversos titubantia moenia muros,
 Destituere metu mentes, animosque gelanti
 Corde premunt, nullamque audent sperare salutem
 Rebus in afflictis, extremoque omnia fato 380
 Seque suosque parant, mortemque evadere nulli
 Lydorum est animus; muros tamen, atque superbas
 Marte tenere minas supremam in luce recusat.
 Nemo hominum: sed enim sumtis jam Fanius armis,
 Subsidio tibi quem misit Populonia forti 385
 Milite stipatum patriis Sismundus ab oris,
 Saevus adest, pavidamque vocans in praelia gentem
 Increpat attonitos summo in certamine Hetruęcos.
 Quo metus ignavos, quo duri martis imago
 Vana refert, cives? terraque marique tuendi 390

F 3

46 BASINII PARMENSIS

Sunt nati, et dulces per amatae conjugis ignes.

Parte ab utrâque parens vobis tutandus: eundum
Per medios Celtas, et saevos agmine Iberos.

Mox Italûm ductor Pandulphi maxima proles

Ipse aderit forti cum milite: vincite primos

395

Aggressus, Juvenes: praeceps Alphonsus in ipso

Principio belli; quem si fortuna morantem

Magnanimo reddat Sismundo, moenia frustra

Vestra quatit, teneras strepitu dum territat auras.

Talibus attonitis pridem mens una furentis

400

Martis amore reddit: trepida in praecordia cuncti

Unâ igitur fremuere viri, quos ardor in arma

Unus agit cunctos nudo decernere ferro,

Machina nec prohibet projectis aerea saxis

Stare viros summo minitantes omnia muro.

405

Occidit immanis collisus pondere saxi

Euphilus ut muros tentat concendere: at illum

Magnanimi Celtae duris subducere saxis

Certabant; Itali contra detrudere summis

Viribus, invisoque viros donare sepulcro.

410

Tum pariter tabulata Itali, murumque labantem

Tormenti pulsu crebro solüere: cadenti

Fit strepitus, quantum pluvio tonat altus olympos

Jupiter ardentî cum mittit ab aethere fulmen;

Corporaque ut fuerant lapsuro subdita muro

415

Occubuere gravi casu, ignotoque tumultu.
 Tum gemitus tollunt convexi ad sidera coeli
 Et Celtae, et nati permixto sanguine Iberi.
 At vero Ausonidūm spes addita mentibus omnis,
 Omnibus unus amor coepto defendere bello 420
 Moenia, tum muro tabulasque trabesque reponunt,
 Et terram obtusi condensant aggere muri.
 Non aliter, quod fama refert, Caeusque, Pholusque
 Optavere Jovem capto divellere coelo,
 Cum pater ipse Deūm triplici cava nubila telo 425
 Rupit, et audaces dejecit ab arce Gigantas
 Frondosum umbrosae supponere Pelion Ossae
 Conatos, superisque Deos avertere tectis.
 Hic ubi destituit Celtas fortuna superbos
 Mutarunt animum, et mentem flexere priorem, 430
 Ire dolis lati subter fundamina campi
 Aggressi, occultisque domos intrare cavernis
 Dum pugnam miscent alii, dum praelia tentant.
 Agnovere dolos, et opacae fraudis hiatum
 Perspexere Itali; multaeque ut forte lacunae, 435
 Stagna antiqua, manent, latices solüere morantes,
 Barbaricas subito qui replevere latebras.
 Defluxere undae, et late oculuere latentes
 Ingressosque solo Celtas, miserabile longe!
 Mortua tum tumidis haeserunt corpora fossis. 440

Tum vero Alphonsus subitas exarsit in iras,
 Rursus in arma magis fremit, indignansque furenti
 Corde tumet, fortisque volans impingit Iberos
 Moenibus: o Juvenes, nunc nunc pugnate; quis, inquit,

Primus erit vestrūm medios animosus in hostes

445

Qui ruat, aut muros tyrrhenae protinus urbis

Scandat, et ancipites trahat atra in funera Lydos?

Talia cum dixēt, cunctis in mentibus ardor

Immensus laudum sedit: tum clamor olympos

Tollitur; irrumpunt strepitu, fremituque frequentes,

450

Rursus et obsessis incumbunt agmina muris.

Nec minus et magni Sismundi martia pubes

Opposuere aciem: prae cunctis Fanius hostem

Turbat, et hinc duris capita alta molaribus aequat.

Ille animos Italūm dictis regit; effera Celtis

455

Accensis irā Pandulphi bella minatur.

Hoc magis impulsi furii bacchantur Iberi,

Certatimque parant mediis occumbere fossis.

Fanius Alphonso misisse volatile telum

Fertur, at ille videns celeri vitasse recursu.

460

Tum strepitu ingenti revoluto machina saxo

Intonat aere gravi, vastoque remugit olympos,

Atque minas celsi contundit turbine muri,

Ingentique fugā totam penetraverat urbem.

Parte aliā densis Hispani navibus alti

465

HESPERIDOS LIBER II. 49

Littora curva maris remo veloque volantes
Attigerant, geminasque simul, quae forte triremes
Subsidio obsesis ibant, cepere cruento
Marte; Italum multos Thusco mersere profundo,
Multos remigiis servarunt tristibus aptos.

470

Quod scelus ut cives videre, labantia rursum
Corda repente cadunt; fit tristis ab aequore clamor,
Ac tellure simul: pariter fremit undique Mavors
Turbidus, inde soror Martis Bellona furentis
Sanguinolenta ruit, terrâ certatur et alto
Non sine caede virum multâ, tepet humida fuso
Sanguine terra recens, vacuas it stridor ad auras
Telorum, et duro resonant hastilia ferro.

475

Haec dum cuncta gerunt Itali, Celtaeque superbi;
Interea Ausonidum Ductor fortissimus arma
Induit, ingentesque animos attollit, et iram
Corde fero occultam volvit, totoque remiscet
Pectore tum penitus disjecti foederis aras.

480

Quippe ea causa virum victorem signat, et illum
In primis tanto suasit concurrere bello.
Ergo ubi certa animo sedit sententia, pugna
Vertere ab obsesis Alphonsum moenibus urbis,
Ipse jugo oppositi montis defertur; at illum
Cuncta manus Procerum tacitis imitantur habenis,
Perque diem noctemque viae indulgere frequenti

485

490

G

Agmine praecepit: cuneti sub nocte per umbram
 Telluris fuscae nigram sylvasque, cavasque
 Convallis penetrant, donec jubar extulit alto
 Lucifer oceano; saevos cum vidiit Iberos
 Ipse Italum Ductor, Pandulphi maxima proles; 495
 Tendentes late Tyrrhenis maxima campis
 Castra simul, simul obsessos videt undique Lydos.

Haud procul hinc collis flavâ vestitus olivâ
 Imminet insurgens, coeloque occurrit aperto
 Plurimus, et muros Tyrrhenae despicit urbis. 500

Occupat hunc Italum Ductor fortissimus iinas
 Metitus valles, oculis vigilantibus imum
 Despectans late campum: via lata recurvum

Circumdat montem: studiis ingressus et astu
 Fallere turbatos subito certamine Iberos, 505

Saepius ipse jubet captum circumdare montem
 Agmine non raro, rursumque remittit in altum
 Occulta regione viros fulgentia montem
 Agmina, quae toties redeuntia plura videri,
 Quam ferus Iliacas duxit Menelaus ad oras. 510

Ergo ubi per solem surgentem lucida cernunt
 Arma Italum Celtae, subito torpore juventus
 Barbara diriguit, fraudisque ignarus et artis
 Palluit Alphonsus prospectis eminus armis
 Ordine perpetuo fulgentibus: acrius illum 515

HESPERIDOS LIBER II.

51

Praeturbant equites missi, trepidumque retardant.
At Lydi ut primum videre micantia magni
Agmina Sismundi, clamoribus aethera complent,
Pandulphumque canunt: percusus imagine tali
Quos agat in subito venientes mussat, Iberos, 520
Anne Italos, quondam quos vicit marte superbo,
Parthenopea, tuos longo certamine Cives?



G

BASINIPARMENSIS HESPERIDOS

L I B E R T E R T I V S.

Nec minus interea Divum pater, atque virorum,
Culmine pro celso vasti sublimis Olympi
Magnanimum alloquitur sedato pectore Martem.

Nate virum extinxitor, belli violenta potestas,
Nate furor nimium mortalibus addite curis, 5
Sanguine qui fuso crudelia pectora solus
Imbuis, et muros tremefactaque moenia quassas,
Cernis in adversos heros Pandulphius hostes
Ut ruat, utque memor violati foederis, omnes
Ante alias durae properet se credere pugnae? 10
Ille quidem, ille tui de sanguine, certa Quirini
Progenies, priscâ deductus origine gentis;
Quod genus Idaeis Phrygiae Venus edidit oris
Mortali Dea mixta viro, quam junxit amore
Ipse sibi Anchises in aquosae vallibus Idae; 15





HESPERIDOS LIBER III. 53

Maximus Aeneas heros unde ortus, et unde
 Inclytus Albanae memoratur conditor urbis,
 Romanique Duces, et longi maximus auctor
 Julius imperii, nec non Augustus, et omnes
 Italiae Proceres, totum defluxit in Orbem 20
 Nobilium unde genus, nec non Pandulphius heros
 Hector eus Ductor, patriis Sismundus in armis,
 Qui pius infestos detrudere littore Iberos
 Tyrrheno, justâ juvenis contendit in irâ.
 Tu semel Aenean Aetolis eripis armis. 25
 Huic quoque, si qua Ducas tanti te cura remordet,
 Aeternum, Gradive, decus largire, laboris
 Praemia certa novi: primo in certamine soli
 Sis comes, ac trepidos turbes animosus Iberos.
 Dixerat; ille gravem thoraca indutus, anhelos 30
 Jungere jussit equos, ducunt quos tristis Erinnys,
 Et Furor, et Rabies, et pulchri gloria Lethi.
 Illi autem ardentes pariter, raucumque frementes
 Pulverulenta gravi pulsant sola concita cornu,
 Pectora lata, pari pariter vestigia gressu 35
 Prima pedum juncti; quos ut conscedit, in auras
 Provolut aethereas, vastumque relinquit olympum.
 Fulmine terrifico cristaçâ casside longe
 Fulget, et aethereis coelum secat aureus armisi.
 In mare quantum oculi possunt spectare sedentis 40
 G 3

Rupe viri vastâ coelum mirantis apertum,
 Tantum Martis equi laxis populantur habenis:
 Nec non mille viri quantum clamore supremo
 Lustra sequuntur, ubi sylvis venantur in altis
 Aut aprum, aut fulvum veniente a monte leonem; 45
 Tantum voce suâ vacuas Gradivus ad auras
 Aethera terrificis clamoribus impulit omnem.
 Tum vero tremefacta virûm quatit inscia corda
 Horror, et ancipites trahit atra in bella Latinos
 Cónscia tum ræti virtus. Sententia menti 50
 Omnibus est muris sceleratam avertere gentem.
 Contra autem Celtis venientes pellere ab omni
 Obsidione viros, Italûm quos maximus arma
 Alphonsi contra tumulo mittebat ab alto.
 At longe praemissi equites in castra ruabant 55
 Miscentes late turbatis omnia Celtis
 Congressu primo multam sine nomine caedem.
 Paulatim e capto referunt vestigia vallo,
 Quos non parva manus castris irritat apertis
 Cedentes retro: sed versis frontibus hosti 60
 Saepius, unâ abeunt; nam jam Pandulphius heros
 Agmina densa suis adjungit et obvius armis,
 Spumifero praevectus equo, secat agmina ventis
 Oeior, atque aquilam trepidâ fugiente columbâ;
 Antiphatenque volans, quo non velocior alter 65

HESPERIDOS LIBER III. 55

Venerat Ausonias Numidum bellator ad oras,
Ense gravi mediâ stravit sublimis arenâ;
Principium belli faustum; Lamyrumque, Cronumque;
Dum reddit, et medios inrumpit turbine Celtas.
Tum vero toto desaevit in aequore Mavors 70
Turbidus; addensantur enim Celtaeque, Latinique;
Hetruscique Duces, Picenisque addita turmis
Agmina Gallorum veterum, Senonumque nepotes:
Parte aliâ acre genus Celtarum, barbarus hostis;
Et Numida, et Getulus adest: Taraconia Regi 75
Tota phalanx juncta est. Halium Sismundus ovantem;
Sternentemque viros, et prima in bella ruentem
Excipit, et multâ moribundum caede reliquit.
Illum animam efflantem, vel sanguinis atra vomentem
Flu mina calcat humi rapido gravis ungula pulsu. 80
Viscera rapta pedum cornu foedantur! at heros
Vidit ut Alphonsus collatis cominus armis
Bella gari, et toto misceri praelia campo,
Deserit obsessos turbato milite muros
Lydorum, atque alios fertur violentus in hostes; 85
Ardentesque oculos nunc huc, nunc injicit illuc
Praecipitans, totamque ferens in praelia mentem
Advolat, atque Italis minitatur dura superbis
Praelia. Contra autem dictis Pandulphus amicis
Hortatur socios: Itali fortissima semper 90

Pectora, quos mecum voluit Fortuna superbos
 Hesperiae populos nostris detrudere terris,
 Hic nunc ille dies nobis speratus, et illud
 Tempus, in arma viros quo ducere justa jubebat
 Jupiter; audendum est: prima haec victoria; coepto 95
 Cedite ne socii: per vos, carosque Penates,
 Optatosque patres; dulcesque ante omnia natos,
 Per mea bella precor totum jam clara per orbem,
 Ne spolia ulla legant Itali, dum praelia latis
 Miscentur campis, neu praeda moretur Hetruscos 100
 Amittenda semel: communia praemia sunto
 Omnibus: arma viris pariter rapiamus, equosque,
 Tyrrhenumque solum. Sic fatus, in agmina magni
 Advolat Alphonsi laxis Melanippus habenis
 Magnanimus quem portat equus: tremit horrida tellus 105
 Aere recussa gravi, ac rapido strepit ungula pulsu.
 Arduus ille gerens annosam a monte cupressum
 Obvius Androphono deflexit grande cruento
 Pectore robur, equum ante urgens, thoraca, gravemque
 Loricam, et lato trajecit vulnere pectus. 110
 Ille autem foedâ jucuit dejectus in herbâ,
 Pallenti donec paulatim e corporâ vita
 Effugit ad stygias Erebi implacabilis umbras.
 Hic vero effracto hastili Pandulphius ensem
 Fulmineum ante rotans, media inter tela per hostes; 115

HESPERIDOS LIBER III. 17

Atque per arma yiam ferro facit: om̄ia cedunt
 Urgenti: huic galeam sublato cornua cono
 Bina tegunt, visu horrendum! tegit aureus armos
 Loricæ squalentis honos. Gradivus acerbūm
 Ceu fremit ante Getas, rapidoque in praelia motu 120
 Thracas agit furiis ardentes; talibus armis
 Emicat antevolans, populosque in bella Latinos
 Urget. Ubi in pugnam totis concurritur armis,
 Conseriturque manus certatim, nulla Latinis,
 Nulla reperta fuga est Celtis, admotaque dextrae 125
 Dextra, pedi pes est junctus; stridore canoro
 Ferrea tela gravi tactu, mucroque cruento
 Cessat hebes manibus ferro; seges ingruit arvis
 Aerea sanguineis, tum pectora quadrupedantum
 Pectorib⁹ rumpuntur equūm; velut aequor in altum 130
 Impiger Eridanus, torvo qui flumina vultu
 Torquet in Hadriacas fluviorum maximus undas,
 Nixus in oppositum violento gurgite pontum
 Fervet arenosis raucūm per dorsa procellis;
 Tunc obnixa cavas impellunt flamina nubes. 135
 Parte aliā insurgens paulatim excedit ab antro
 Horridior Boreas getico: cunctantur eunes
 Austrique, Zephyrique diu: dabit ecce flagorem
 Ingentem cumulis tumidarum ventus aquarum:
 Ipse caput summo Boreas aequabit olymbo, 140
 H

58. BASINII PARMENSIS

Et cava trans Libycas impellet nubila terras.

Ferrea Bellipotens in bella ruebat anhelis
Fervidus actus equis, laudumque insana Cupido,
Spes etiam, atque Dolor, tum cruda gaudia pugnae.

Ante omnes pallâ Discordia dira cruentâ,
Rara prius, sed mox partes effertur in omnes,
Et coelo caput, atque pedes tellure recondit
Semper in immensum exsuperans. Alphonsus Iöpan
Sterait humi valido fixum mucrone, sed ipso
Sanguine vita fluens stygias effugit ad umbras.

Arnus Atyn jactâ degustat cuspide: at ille
Saucius, ac parvo tardatus vulnera; quando
Lethali credit ferro se se esse petitum;
Congreditur forti medius in millibus Arno,
Et prior; o quicunque es, ego haec, tua vulnera qui nunc 155
Saucius experior, contrâ mea dona remitto,
Dona tibi diro dextrâ quae reddimus hosti.

Dixit, et antevolans validam jacit arduus hastam,
Et medium juvenem trajecto pectore terrae
Dejicit, ac mediâ revolutum liquit arenâ.
Non tulit Haemonides turbato corde Melampus;
Namque ut tela manu duro duo cornea ferro
Gestabat, contra solam non amplius hastam
Conjicit: illa leves penetrans grave stridula ventos
Frontem olli dextram ferro transfixit acuto.

145

150

155

160

165

HESPERIDOS LIBER III. 59

Quid furis Haemonide tali pro cæde Melampū,
 Actor ait? frustra laetare: tuum quoque telis
 Fata meis pectus dirâ sub sorte sacratunt.
 Sic ait: huic autem transverso pectora ferro
 Perforat ingenti præfallens vulnere Tarchon. 170
 I procul ad stygias, Vates mentite, latebras,
 Retulit Haemonides. Illum sine mente jacētem
 Magnanimi calcastis equi; tum pulvere tetur
 Corpus humi caeco foedatur. Oīlus Orontem
 Solus adit solum: gladio sed, Oile, reducto 175
 Celta ferox tibi te collatis abstulit armis,
 Eduxitque ensem trajectis pectore costis,
 Cum teloque manum pariter mens unā secuta est:
 Sanguine terra madet, tum mixta cruarib⁹ unda
 Aestuat, et portis pubes Populonia ab altis
 Auxilium vallo sociis emisit aperto. 180
 Undique tela volant, jam jam Celtaeque superbi;
 Atque Itali pariter cedunt non cedere certi;
 Hos numeri juvenum tollit fiducia tanti,
 Hos experta aliâs Sismundi dextra potentis. 185
 Ac veluti toto configunt aethere venti,
 Hinc Notus, hinc Aquilo, viresque animaeque furentum
 Nimborum oppositis concurrunt frontibus, omnis
 Pontus in ambiguum nigras eructat arenas;
 Haud aliter Latio geniti, et Taracone profecti 190
 H 2

Unà omnes certant animis insistere campum
 Optatum, arreptasque semel non linquere terras.
 Lydius Omophagum, Taracon quenā misit in arma
 Alphonsi auxilio, longā ferit obvius hastā,
 Et stomachum ferro foedatis hausit arenis.

195

Italiā, quam tu bellis, Hispane, petebas
 Nunc habe, et infelix alienas arripe terras:
 Orbem alium advenies, quo te nec classis Ibera,
 Nec ferus optatis sonipes insistet arenis;
 Inque sepultus adhuc stygios errabis ad amnes.

200

Nec minus ante alios secat impiger agmina fortī
 Vectus equo Pandulphiades, caedesque minatur
 Omnibus et Celtis, et mixtae stirpis Iberis,
 Alphonsoque Duci; veluti Jovis ales ab alto
 Aethere se mittens trepidas fugat ante columbas.
 Hic hastam ut Butae defregit pectore, crudum
 Mucronem elisā circum caput egerat aurā
 Usque rotans, duroque volans secat agmina ferro.

205

Mille viro pendent infixa hastilia laenā
 Pectora, squamiferumque auro thoraca tegenti.
 Telorum ille gravem referebat ab agmine sylvam
 Rursus; at hujus equi conjecto tempora ferro
 Dividit Alcinous, pedes ipse per arīna, per hostes,
 Per strages, per tela virūm, per sanguinis undas
 Evolat ad scios, Tyrrhenorumque phalangas.

210

215

HESPERIDOS LIBER III. 61

Rymphus (eum tali nam nominat ore) furenti
Ductus equus juveni; quem sic praefatus ovantem
Conscendit late lucenti splendidus auro.

Rymphe hodie, Ausonidūm decus et nova gloria equorum;
Aut caput Alphonsi mecum, fortissime, Regis 220

Ipse feres, Celtas captis aut cedere terris
Cogemus pariter: videat Tyrrhena juventus
Ut tua crura levi glomerentur pulvere, quanto
Cum strepitu jussis campi quatis aequora nostris.
Dixit, et arreptis sublime celerrimus armis 235
Ibat agens hosti stragem, multamque ruinam
Praecipitans; multos pressis impegit arenis.

Tum vero multo cessere labantia campo
Agmina Celtarum; quos ut prospexit ab alto
Pallantes Alphonsus equo: non talia dudum
Foedera, nec tales ventura in praelia dextras
Polliciti auxilio patriis venistis ab oris. 230

Quo vos foeda rapit segnes fuga? quove refertis
Tela Italis promissa diu? terraque marique
Claudimur, o socii; contra Populonia pubes,
Parte aliâ Sismundus agens in bella Latinos;
Nulla salus captis: ferro quaerenda salutis
Est via, vel potius sumtis moriamur in armis,
Quam pecus ut mutum gladiis jugulemur iniquis,
Atque animas ferro capti reddamus opimas, 235
H 3 240

Egregia et spolia victoribus. Haec ubi fatus
 In medios Italum densis se se intulit armis,
 Atque neci Chromiumque dedit, fortemque Thoanta
 Hyrtaciden, graja nuper qui venerat urbe
 Seditione fugax, patriaque exactus avita.
 Argos equis dives latis ubi moenia fossis
 Erigit, ille animum curis confectus amaris
 Errabat Latio desertae Conjugis ignes
 Usque pio sub corde ferens, fatalia donec
 Fila manu rumpunt Parcae; tum tristis ad undas
 Umbra fugit stygias, animusque relapsus in auram
 Aetheream. Alcithoum fortis prosternit Iolas,
 Euryalumque Gyas priscâ generosus Ilerdâ,
 Atque Gyan Telamon, Thebis quem Daphnia partu
 Nympha tulit Clytio. Salium non vitat Orestes,
 Sed longe ante alios ferro praecurrit acuto.
 Ecquis es, o Superum genus insuperabile Divum,
 Qui mea tela manu, mortemque moraris iniquam?
 Heu miseri, quorum nati mea tela, meam vim
 Experiuntur, ait Salius: cui fortis Orestes,
 Accipe nostra prius, tua quam laudâris, et illa
 Tela proba, validâ quae sint non irrita dextrâ,
 Dixit, et adducto telum jacit ante lacerto
 Viribus inventum fusis; volat ardua pinus
 Trans caput, et Salium supra: depressus humili se

245

250

255

260

265

Flexit enim Salius; nam se collegit in orbem
 Ardentis latum clypei; tum reddit Oresti,
 Adsurgensque simul, mittenisque volatile telum;
 Mercedem solitam, mediam, miserabile! frontem
 Rupit, et ante oculos telum crudele pependit:
 Haec ego tela probo validâ non irrita dextrâ,
 Quac tibi missa libens, juvenis memorande, relinquo.
 Dixerat: ille novo labefacta dolore tenebris
 Tempora operta novis, defractâ cernuus hastâ
 Non regit, undantique imbutam sanguine terram
 Ore petit, stygias sanguisque animusque latebras
 Flumine purpureo descendit, et ima pétivit
 Tartara; quem Salius mediâ pede calcat arenâ.
 Quin etiam Euryalum detortâ cominus hastâ
 Excipit, et tenero pulmone tepente refixit
 Cuspide, tum crates animosi pectoris hausit.
 Ille volutus humi fluidum vomit ore cruentum
 Vulneris ingenti: quid te latissima campi
 Jugera? quid saltus, rapidarum ac lustra ferarum
 Venatusque juvant? quid totam in praelia mentem
 Adjecisse? patris liquisse beantia rura,
 Si tibi nota satis genitorque domusque fuissent?
 Talia dum ferro Salius gerit acer acuto,
 Illum animis contra tendit Taraconius Idmon,
 Maxima pars belli, Martis densissima sepes,

270

275

280

285

290

Et peditem contra pedes obvius urget, et hastam
 Mittit in audacem Salium; sed sustinet ensis
 Fulmineus telum veniens, detortaque longe
 Hasta volans stomacho Tyri stetit acta recusso.

Ille ardentis equi fuerat cervice volutus 295
 Pronus humi primūm, revolutus deinde supino

Pectore, dum caecis conatur pulveris umbris
 Surgere, ahelanti stomacho stat vulnus aperto.

Ingemuit casum socii miserabilis Idmon,
 Et Salium arreptā contra volat impiger hastā. 300

Quem furere ut vedit Salii crudelia contra
 Fata volans, ut equo forti praevectus, acuto
 Ense ferit, mediumque caput scidit altus Homocles
 Apulus', Alphonsi crudelis nominis acer

Hostis, et infectos cui pactae forte hymenaeos 305
 Conjugis Antigones turbārat barbarus acri

Captus amore, ferosque gerens in corde furores,
 Indomitosque ignes, et caecam in pectore flammam.

Ille dolore tumens, irāque incensus amarā,
 Incidit ira animo postquam indignantis amatae, 310

Conjugis optatae Regi connubia vitat,
 Parthenopenque volens, antiquaque liquerat arva.

Idmon, ait, saevi miles vesane Tyranni
 Accipe militiae quae praemia reddit Homocles,
 Conjurē qui raptā justis ulciscitur armis 315

HESPERIDOS LIBER III. 65

Conjugium, et mores Alphonsi praelia Regis.
 Talia dicenti, Celtisque immane minanti
 Obvius it vastis fortis Polydemius armis:
 Quem simul ac vidit venientem fortis Homocles
 Talibus huic dictis contra se se arduus infert. 320
 Panhoide Polydemi animis frustate superbis,
 Manibus ac moestis comes i nunc Idmonis umbris:
 Jam tibi Tisiphone tortos invisa colubros,
 Tartareumque Chaos monstrabit terra reclusa.
 Dixerat; et jam tum castris legio omnis apertis 325
 Per campos effusa ruit, nam terga fatigant
 Lydorum primi reseratis undique portis.
 Sudor ubique virûm bellantum, multus ubique
 Clamor, ubique vagans agitat Discordia vulgus.
 Hos Sismundus agit, socios Alphonsus, et hostes 330
 Sustinet: ambo armis campo bellantur in uno.
 Ut semel Alphonsum vidi Pandulphius, utque
 Ante oculos diri crudelia foedera Regis,
 Vulnus et ante recens paulo, calcaribus acrem
 Pressit equum duris, campoque infertur aperto; 335
 Perque hostes, perque arma volans aufertur ab omni
 Ausonidûm adspectu: quo te temerarius, ajunt,
 Magne furor Pandulphe rapit? quid linquis Hetruscos
 Crudelis populos? virtus tua linquere suasit,
 Anne odium Alphonsi populos, invicte, Latinos? 340
 I

Talia jactabant miserando pectore dicta.

At bonus Alphonsum Pandulphus in agmine quaerit
Hostili, multos ferro detruncat amaro,
Usque viam sternens, populosque in terga Latinos
Celtarum, et subito palantes trudit Iberos.

345

Nuda bis urgenti verterunt terga, bis armis
Oppositis sociūm steterant; ter ab ordine Lydi
Dejectos omni expulerant, quater acrius omnes
Incumbunt Itali; toties se barbara campo

350

Implicat obpresso gens omnis: et horrida quondam
Qualia bella gerunt excitis cominus apris
Picentes cauti, clauso cum indagine campo

It fera per medios vario clamore molossos;

Illa plagā, aut densis juvēnum tardata maniplis

355

Fertur in ambiguū retro, rursumque catervā

Venantūm offensā, fugiens vestigia retro

Vana legit; toties lato Taraconia campo

Turba labat geminos dubitans se fundere in hostes.

Quam simul ac vario vidit clamore labantem

Dux Pandulphiades, multoque errore plicantem,

360

Vicimus; exclamat: fusos mihi Jupiter hostes

Ante oculos posuit: nunc nunc pugna acris adesto:

Omnis amor laudum, dulcesque ante ora triumphi

Defensae Italiae. Sic fatus, more leonis

Armento stragēm mittentis, primus in hostem

365

Se rapit attonitum; cuncti simul inde secuti
Tyrrheni, et duris praedurus Fanus armis.

Haec super aethereo Divum pater altus olympos
Humanas tristi miseratus pectore caedes,
Ipse modum tantae cupiens imponere pugnae;
Prospectat latis longe fulgentia campis
Agmina, magnanimosque Duces, missamque sub armis
Hesperiam, et duros Tyrrheno in littore Celtas
Ausonidum clausos turmis utrinque refusis.
Extemplo ad fidam sic fatur Apollinis aurem.

370

375

Phoebe, genus nostrum, Latonae ac lucida proles;
Quae fuga jam, victis patuisset libera Celtis?
Ni premat a tergo justas Populonia in iras
Gens accensa, gravi dudumque obsessa tumultu,
Barbara cui patrios pulsabat machina muros.
I celer, Alphonso mea fer mandata labanti;
Aut cedat bello, densis aut protinus armis
Occidat Ausonidum: sic stat sententia, durae
Sic Parcae statuere: tenens examina laeva
Jupiter imposui populorum fata duorum
Lancibus ambiguis; Regumque, Ducumque labor stat
Unâ in parte labans. Geminis tunc ordine sortes
Lancibus ipse gerens, Alphonsi praelia Regis,
Pandulphique vices; magnosque ex ordine Divos
Advocat, et certum cunctis ostendit honorem,

380

385

390

I 2

Dedecus ignaris nequicquam mentibus infert.

Nam simul ac steterant aequato examine lances;

Alphonsi stygias sors lubrica vergit ad umbras,

Pandulphi aethereas sublimior occupat auras.

Häm terra tremens, illam non motus olympus

395

Divisere procul. Cunctos secedere jussit

Coelicolas mursum, Phoeboque potentia rursum

Dat mandata; gravi formidine prorsus abactum

Impleat Alphonsum, vetitisque avertere terris

Imperat. Ille levi dimissus ab aethere, gentes

400

Barbaricas, Italasque novo concurrere bello

Ut procul adspectus, sortem miseratus acerbam

Magnanimi Alphonsi, felicia bella superbi

Sismundi adspectans: Italum fortissime, dixit,

Quo tua fama cadet venturo tempore saeclo?

405

Tum Jovis Alphonso crudelia jussa Parentis

Detulit: Ille ego sum magno Jove natus Apollo,

Quem peperit Latona Patri; fuge bella cruenti

Martis iniqua tibi; victor Sismundus: ad aequas

Ipse ego te naves occulto tramite ducam;

410

Ne dubitas: mellor victum fortuna sequetur

Forsitan: hoc Superis visum est. Sic orsus, habenas

Magnanimi deflexit equi, longeque retorsit,

Tyrrhenoque freto. Celtis amovit ab ipsis

Invitum, crudaes linquentem praelia pugnae.

415

Ipse malis turbata novis et pectora fluctu

Curarum ingensi percussus, ad aethera magnâ

Voce fremens miserum subitas exarsit in iras.

Ergo ego Fortunae majora, minora, trahem

Quædideram? quæ me heu cunctis immiscuit imis

Omnia summa? Igitur fugiens Alphonsus honorem

Sismundoque Duci, populisque relinquet Hetruscis

Quin peream, manesque prius delabar ad imos?

Invisamque apimam jam nunc ego fundere in auras,

Hanc animam exhalar libens crudelibus optem

Suppliciis? quo fata trahunt inimica, sequantur.

Me sine, summe Deum, medias crumpere turmas

Ausonidum; sine me Tyrrhenos reddar in hostes,

Aut lethum crudele manu: proh dedecut! omnes

Spectabunt Itali fugientem, ac terga parantem

Spectabunt Celtæ, medio quos linquere bello

Cogor, et ipse metu jam concitus unus inani

Iudecorem rapuisse fugam ferar? O mihi tellus,

O mare tartareas tumidum se scindat ad umbras!

Sed fugio interea quo me furor urget? at o jam

Si fatis trahimur, tumidoque immergere ponto

Hoc caput est visum Superis, non jam ulla recuso

Effugia: in scopulos, aut alta Ceraunia, venti,

Dividite hos artus, vastaque urgete Charybdi.

Sic ait, et lachrymis confuderat ora profusis,

I 3

435

440

Verbaque nubiferi rapiebant irrita venti,

Atque propinquabat classi, miserumque fremebat.

Accepere Ducem nautae, fidâque carinâ

Deduxere virum terris procul inde relictis.

Nuncius interea Sismundo fertur, abactum

445

Navibus Alphonsum magnis dare terga Latinis.

Exarsere animi, subitamque accensus in iram

Magnanimus Pandulphiades vocat agmina magnâ

Voce tonans: pelagi primas curramus ad undas,

Ne fugiant Celtae; quando fortuna fugacem

450

Sustulit Alphonsum, fusos capiamus at hostes.

Dixit, et in medios, cuneis urgentibus, hostes

Fertur: ut ille lupus media intra septa gregatas

Dissipat acer oves, nautum pecus omne repente

Amisso pastore cadit; sic barbara linquunt,

455

Agmina signa, capi se passa, cruentaque cessant

Vulnera; nam prohibet caedes Pandulphius heros.

At Lydi, quoqum miseri crudelia nati

Servitia expendunt, ratibus cepere redemptis

Quos mutent natis: alios Dux ipse triumpho

460

Servavit Celtas magno: tum talia Ductor

Ausonidûm magnus tumulo est exorsus ab alto.

Crastina frugiferas lustrârit lumine terras

Orta novo croceis invecta aurora quadrigis

Cum primûm, et coelô Phaëton se tollet Eôo;

465

HESPERIDOS LIBER III.

71

Magnanimi nos pompa Duces non parva sequetur.

Namque Fluentinā p̄aeclaros urbe triumphos

Defensis bello laetis ducemus Hetruscis.

Interea nunc magna virūm, quae plurima campo

Strata jacent, solitae mandemus corpora terrae,

Quò tuto stygias possint Acherontis ad undas

Ferre pedem, et vano digni decorentur honore.

Vix ea, quum lacrymis perfuderat ora decoris.

Protinus aërios colles adscendere tendunt

Abietibus similes, nec non Pandulphius heros

475

Nunc hos, nunc illos duris hortatur in armis,

Aere gravemque ciet luctans in dura bipedanem

Robora, et avulsas vertit radice cupressos.

Nec mora: praecipitant ornes, ac jussa sequuntur

Magnanimi proceres: sonat ictu sylva securis,

480

Ingentesque ruunt summis de montibus ornos,

Cornigeras pinus, et odoriferas cyparissos.

Contextas statuere pyras, atque aggere summo

Convectant gelidis collapsa cadavera membris.

Tum lamenta sonant, gemitus, lacrymaeque sequuntur, 485

Languescitque nemus, singultibus insonat aether,

Ardentesque viros, ambustaque membra sepulcris

Ferre parant subito, et cineres volvuntur inanes:

Adduntur tumuli, et tumulis insignia tela

Liquuntur, tremulosque trahunt a pectore questus. 490

Innocuae salvete Animae, salvete supremum,
 Aeternumque piae: Stygiam transite paludem,
 Elysios sperate locos, sperate reverti
 Rursus in humanos, fatis melioribus, artus.

Nec non et miseris permittunt tristia Celtis

495

Funera subter humum captivâ reddere turbâ.

Tum gemitus tollunt convexi ad sidera cœli

Et Celtæ, et nati permixto sanguine Iberi.

Iphitus ante alias multo maturior aevo:

O Patriæ devota suae prostrata Juventus,

500

Magnanimi quondam Juvenes, nunc fusa per agros

Corpora magna Italos, nec fusâ sine ante cruentis

Caedibus Ausonidum multis, quos caetera si nunc

Gens imitata ruat medios secura per hostes

Fugisset non Celta ferox, non asper Iberus.

505

Vos quoque non parvâ cum laude Acherusia Regna

Advehet ille Senex optatae portitor undæ.

Vos tamen omnis honos, quicumque refertur ademtis,

Sismundo debete Duci, qui talia reddit

Officia, haud vanum miseris invidit honorem.

510

Haec ubi fleta, petunt Lydorum tecta superba

Pandulphi ante alias belli fortissima proles,

In niveo Sismundus equo, quem mille sequuntur

Jamque ipsis heroës equis, et tecta petebant,

Et paeana Duces, et te, Pandulphe, canebant.

515





HESPERIDOS LIBER IV. 73

Sed postquam muris omnes, atque urbe recepti,
Curant equos famulūm manus, et sua corpora laeti
Et Cerere, et liquido properant explere Lyaeo. 521

K

BASINI PARMENSIS HESPERIDOS



L I B E R Q V A R T V S.

LABITUR interea mediis nocturnus in undis
Ipse ignota secans Tyrrhenos aequora fluctus,
Incertas Alphonsus aquas; tum pectore curae
Vertuntur gelido variae, mentemque recentes
Perturbant sonitus, victoremque omnia victo
Intentant simulacra, metusque iraeque pudore
Permixtae variant animum: ter in aequor opacum
Mittere, ter gelido voluit se immergere ponto:
Ter miserans animi Regem servavit Apollo.
Ille negata diu quando mors atra labantem
Deserit, aethereas sic est effatus ad auras.

O me Scylla rapax, o me indignata Charybdis,
Terque quaterque vadis per hiantia dorsa rotatum,
Sorbeat, aequoreaque vorans procul hauriat undâ.
An patrias repetam ne domos? quas ne ipse reliqui

5

10

15

HESPERIDOS LIBER IV.

78

Contentus vitam hanc alienis degere terris?
 Parthenopen igitur Tyrthenam, atque Itala regna
 Obsidione premam rursum, qui milite capto
 Provehor in solâ, proh dedecus, ecce carinâ?
 Ausonios veniam potius, Juvenemque superbum; 20
 Victoremque mei superest orare facultas.

Quin nihil est, nisi morte manum foedare cruentâ:
 Una salus haec est, haec fortibus una voluptas;
 Hic modus, haec una est variorum meta laborum:

Sic ait, et praeeceps gladium, quo cinctus, ademit 25
 Vaginâ, et forti condat sub pectore, Apollo
 Ni vetet, et placidâ soletur voce dolentem.

Magna quidem victis solatia, clara probati
 Victoris sunt facta: fugis nec primus ab illo
 Victus, ait; fugere alii quem fugeris ipse, 30
 In te laudis habet plus quamquam, caetera dum sint
 Maxima facta Viri: cessen dolor iste parumper,
 Ordine cuncta canam; neque te, Rex magne, pudebit
 Succubuisse Duci tanto, cui maxima rerum
 Roma potens Latii fasces, et munera magni
 Imperii, et priscum Romanae gentis honorem 35
 Tradidit. Ipse Puer primis maturus ab annis,
 Jamque regens placidâ populos in pace, videri
 Onnibus ante diem curas gestare viriles,
 Ingentesque animos; multos terrere nocentes

20

25

30

35

40

K ,

Dissimilesque sui, populos, saevosque Tyrannos.

Hoc concussa metu Latii pars quaeque futuri
 Sismundi jam bella Ducis, viresque tremebant
 Venturas Juveni: multi praetexere fraudes
 Adsidiui instabant; alii objectare ferinis
 Cursibus; ille levi montis petere ardua cursu,
 Atque volans hirtos deferri victor in apros,
 Saepe lupos: queritur Latio non esse leones;
 Saepe gravem dextrâ subjicit in aethera discum.

Illum nec durâ potuit superare palaestrâ
 Alter ubique puer, saltu nec vincere fossas
 Ingentes juvenum quisquam, nec frigora passo
 Dejecere nives animum; non ipse furentis
 Signa canis metuens medio venatus in aestu,
 Umbriferi nemoris latebras captabat opacas;
 Flava sed ostendens impexis colla capillis,
 Et niveis alba ora genis, cùm Lucifer almam
 Extulerat coelo faciem, tenebrasque fugarat,
 Serus ad occiduum Solem nemora alta petebat

Cum canibus, sociisque, et anhelorum agmine equorum. 60

Ast ubi Arimineam rediens venator ad urbem
 Cornigeros alte referebat ad atria cervos,
 Ipse suo partis dapibus sudore repente
 Vescitur, et parvo contentus surgit, et omnes
 Evolvit fastos veterum monumenta virorum. 65

45

50

55

65

HESPERIDOS LIBER IV.

77

Postquam grata quies miseris mortalibus esse
 Cooperat, et nigras alis amplectier umbras,
 Semper equos, placitosque ferunt insomnia ludos.

Matutinus, avis resonant ubi carmine tecta,
 Surgit, et aethereum votis Puer implet olympum:
 Templa Deum multâ visit simul omnia pompâ.

Quem postquam tantâ vidi virtute regentem
 Regna paterna, furens stygiisque excita latebris
 Invidia atra vorans ipsam se, tristia primùm
 Intulit Italiae certo vestigia gressu.

Illi Terra parens, geticis Dea nata sub antris
 Nocte quidem mediâ, diram cùm forte Megaeram
 Illa tulit partu tristi, mortalibus ardens
 Virus, et occulti monstrum crudele veneni,
 Monstrum antiquum, horrens, variis informe figuris:

Ore sonant nigri foedâ rubigine dentes,
 Lingua veneniferis ardescit squalida fibris,
 Lumina torva tument, jecur ambitione metuque
 Tunditur, insani vertunt sub corde dolores,
 Luce oculos, sed nocte animum per maxima versat

Regna, bonis hominum totos absumitur annos
 Impia, nec rebus meminit cessare secundis.
 Haec ubi magnanimi moderantem Regna Parentis
 Justitiâ getico Sismundum sensit ab antro,
 Protinus anguigeris tristis Deus evolat alis,

79

75

80

85

90

K 3

Quique volat pereunt segetes, sylvaeque feraces
 Demisere graves pomorum ex arbore foetus,
 Concussaeque metu tremuerunt funditus urbes,
 Nec spes ulla fuit venientis messibus anni.

Haec ubi semianimum victrix populaverat Orbem;

95

Italiam vario iam tum sermone replevit
 Crescere, cui, Fato volventi, pareat omnis
 Ausonia, et priscâ deductus origine sanguis
 Lydorum, Troûmque genus, veterumque Pelasgûm,
 Qui terras primi quondam coluere Latinas.
 Tum Libertati Patriae Dea facta jubebat
 Consulere Ausonias studiis ingentibus urbes.

100

Unus Arimineâ fallax Labienus in urbe
 Invidus imperio Pandulphi, in tristia cives
 Bella vocat trepidos, atque inscia pectora vulgi
 Vocibus his acuit: leges ac justa petamus
 Foedera, dum pueri Reges, dum mobilis actas.
 Sic ait, et trepido antevolans rapit agmina cursu,
 Sismundique minax circumstat tecta superbi,
 Expositque pios veniant in foedera Reges.

105

110

Pandulphi proles major Galaotus habenas
 Imperii jam tum multâ virtute regebat.
 Ipse tamen, quamvis sanctissimus, atque Tonanti
 Carus, utrumque bonus Rex idem, Numinis idem
 Cultor, ut innumeros vidit socia agmina cives;

115

Non erat ausus equos medias evadere turmas,
 Sed pavido tectos versabat pectore questus.
 Excute corde metum, turpes sepone querelas,
 Optime Frater, ait Sismundus; et ocios acrem
 Ducere jussit equum, mediosque animosus in hostes 120
 Evolat, et Zephyris et Iapygis ocior auris,
 Caesenamque celer, defensus numine Divum,
 Trans gelidas Rubiconis aquas petit: obvius olli
 Civis, et optatis jam dudum amplexibus omnis
 Turba fovet Puerum victorem, illumque frementi 125
 Prosequitur studio; dictis quos ille benignis
 Accipit, et verbis antiquum instaurat amorem.
 O Regni spes una mei, fidissima, Cives,
 Pectora, quos justis nunc primùm expertus in armis
 Agnosco videoque libens; nunc viribus, omni 130
 Nunc opus auxilio: Labienus perfidus urbe
 Victor Arimineâ potitur, fratresque paventes
 Obsidet: unus ego huc medias erumpere turmas
 Ausus, et ingenti campos transmittere cursu
 Advento: vos me scelerato evellite fato. 135
 Vos mihi fida manus, vos, me Duce, prisca Parentis
 Reddite rapta dolis Galaoto Regna propinquuo.
 Dixerat: hi lacrymis vultus lavere profusis,
 Promittuntque fidem, et terras Castella propinquas
 Finitima, et totos nudat cultoribus agros, 140

Quà pater aethereas tumet Apenninus ad auras.
 Quae super Hadriacos pendet plaga proxima fluctus
 Omnis in auxilium, ruit omnis in arma juventus
 Agresti collecta manu, pars spicula duro
 Certa gerens humero, pars longas altius hastas
 Cognita tela ferunt, campo legio omnis aperto
 Perfurit, ultoresque vocat in praelia Divos.

Tertia jamque polo gelidam lux moverat umbram,
 Cum bonus ante urbem Pandulphus in arma paternam
 Ante exspectatum praeduros dicit agrestes.

Curritur obsessis extemplo ad moenia muris,
 Sismundumque vident audentem digna futuro
 Maxima facta Viro. Sensit Labienus inquis
 Invidiae incensus stimulis sua coepta referri
 In pejus variis studiis, ignaraque vulgi
 Pectora non solitis suaderi credula verbis.

Tum fido Hadriacum concendit remige pontum,
 Caeruleaque sedens respectat moenia prorâ,
 Teque petit fidam sinuosis, Mantua, velis,
 Tutus ubi extremos senior male degeret annos.

At non hoc dudum sperabat caeca futuri
 Mens ignara mali; captâ regnare sed aulâ
 Ipse quidem, laetam sceptris finire senectam,
 Aedibus aut saltem patriis fore primus; at illas
 Evertit saxo victor Sismundus ab imo,

145

150

155

160

165

Quem reducem, et jam tum dominantem in tecta sequuntur
 Regia victores: ex illo fama, decusque
 Egregium claris accessit laudibus; inde
 Invidiam virtute premit, quem numina servant
 Magna Deum, coelo misit quem Jupiter: alto, 170
 Ex quo quid posset virtus humana pateret.

Ipse ratus posthac cives pietate, metuque,
 Justitiâque regi debere, minantia condit
 Atria, Sismundo queis nomen dicitur Arci.

Nec tantum Italiae proceres, sed Iberus honorem 175
 Invidit Puero frustra Carillus, et arma
 Intulit, antiquos populatus caedibus agros.
 Piceni multis laeti, totumque Metaurum
 Circuit: ille autem contra capit arma, Ducemque
 Reppulit, et multo spoliavit milite pulsum. 180

Ex illo innumerae cupièrunt tempore gentes
 Magnanimo adjungi Puero, Venetique priores
 Delegere Ducem, dubium qui protinus urbi
 Bergomeae ferat auxilium; namque arma Philippus
 Gallorum Dux obsessis jam moenibus urbis 185
 Admôrat, turbans miserandos undique cives.
 Maximus ille quidem populos, urbesque regebat,
 Et Genuam ante alias, magno quae adsueta labori
 Gens praedura virum, navalibus inclyta bellis;
 Atque alias urbes, Vesulus quas pinifer usque
 L 190

Fonte Padi a primo procelâ despicit arte,

Gallorumque domos, antiquaque Regna parentum.

Insubrûm gens imperiis jam fida vetustis

Ingentes animos dabat olli, fida Cremona,

Et jam semirutis vastanda Placentia muris,

Parma virûm frugumque potens, cui dedit honorem

Caetera pars Italae claris regionis in armis.

His opibus Ligurum fretus Rex inclytus urbem

Bergomeam multis obsedit millibus, acri

Obsidione premens miserandos undique cives.

195

200

Nec quisquam numero e tanto, Venetûmque catervis

Ausus adire Ducis fera castra, nisi unus ab annis

Pandulphus primis; neque te, Perusine, movebat,

Dux invicte, alias tantarum a cardine rerum.

Omnis Arimineo in Puerò metus hostibus, ingens

205

Nomen, et Ausonias vaga fama repleverat oras.

Obstupere Duces, et quas Benacus ab undis

Suspectat gentes vitreis, quas Brixia apricis

Montibus, et saxis despectat Bergomon altis.

Nam memorant, postquam saevi data copia martis;

210

Mille viros, et mille ferens ingentia saxa

Vi propriâ dum nixus adest, intrârit ut altos

Intrepidus muros. Perusini vana repente

Spes infracta Ducis capienda labitur urbis.

Namque Duces fusi Danaëius, atque superbus

215

Rubrius, amissis amborum funditus armis.
 Nec major tuus iste dolor, quam cura Philippi
 Acris erat; quoties fugientes reppulit hostes
 Magnanimus Pandulphiades, Ducas atra superbo
 Incidit ira animo toties: ubi praelia frustra 220
 Omnia sunt tentata, nihilque erat omnibus usquam
 Actum armis, mediâ tacitus se nocte recepit
 Hostili e terrâ vicinum tutus in agrum,
 Atque hac anguigerum mulcebat voce Philippum:
 Pro Sigismundo Divique, Deaeque malignis 225
 Certavere dolis; dabit haec victoria cladem
 Forsitan ignaro Juveni. Fortuna vicissim
 Praecipiti fert cuncta gradu; successus ovantem
 Nunc sine vanus alat: Padus est non ipse Metaurus;
 Non Athesis Sapis, non Abdua laetus Isaurus; 230
 Jupiter et nobis aderit pater. Haec ubi frustra
 Dicta volant victo Ductori, spes quoque tristi
 Est animo melius juveni certare furenti.
 Falleris infelix Perusinae gloria gentis,
 Falleris o nimium; nam te Mons Laureus olli, 235
 Mollis ubi colles suspectat Isaurus apricos,
 Incautum dabit: interea sperare licebit.
 Sed tibi tempus erit, quo tu mortemque cruentam,
 Fatiferumque diem supremâ optaveris horâ;
 Sanguine cùm multo tam saeva rubore fluenta 240
 L 3

84 BASINII PARMENSIS

Flaminia, Hadriacasque horrere cruoribus undas
 Perditus adspicies! Sed postquam Regna recepta,
 Hostibus afflictis defensâ cessit ab urbe,
 Nubiferaeque secans radices Alpis opacas
 Collem Aponum superat, Venetisque allabitur undis. 245

Huic Antenoridae Phrygii gens prisca coloni,
 Paphlagonesque animis occurunt obvia laetis
 Pectora magnanimi praestanti corpore cives,
 Quos ferus Euganeas Henetus transcripsit in oras:
 Parthenium fluvium, atque domos liquere superbas 250
 Qui profugi captâ quondam socia agmina Trojâ,
 Quique Cythonon habent, et Sesamon uida tenebant.
 Arva; Padum qui nunc, atque Itala flumina potant,
 Cromnanque, Aegialumque diu, celsosque Erythinos
 In patriâ coluere suâ, nunc molle Timavi,
 Et latus Eridani placidas laetissima ripas
 Gens antiqua colit; laeto quae plurima vultu:

Salve Italûm Ductor, Pandulphi maxima Proles,
 Per quem certa salus populis est redditâ nostris.

I puer, i positam mediis in fluctibus Urbem 260
 Ingredere; o quanti Puer debentur honores!
 Talia Paphlagones, dictis quos ille benignis
 Suscipit, antiquique volens Antenoris urbem,
 Et Phrygias Patavi sedes, murosque reliquit.
 Qualis ubi a Trojâ defensâ maximus odim 265

HESPERIDOS LIBER IV. 85

In specus Iliadum rediit Neptunus aquarum,
Ille Deo pectus similis, similique vagantes
Ore Deas pelagi liquidis excivit ab undis;
Cum graviter summâ clamabat Glaucus ab undâ,
Caeruleam summo protendens aequore barbam, 270
Per madidos glauco speculatus lumine crines:
Quem petitis, Nymphae, mortalem? quae ne Deum me
Spernit? ille ego sum liquidarum Rector aquarum,
Connubio natas Nereus cui tradidit: ite,
Ite maris Divae, mortales linquite amores; 275
Neve loci species, neû verba potentia suasu,
Neû capiant promissa, volant quae saepe protervis
Irrita facta Notis; ne vos fiducia formae.
Nulla fides homini: Circen Laërtius heros
Liquit homo Divam, licuit quam fallere pacto. 280
Foedere juratam, ne quid pateretur Ulysses,
Qualia dementes socios tolerare videret,
Squalida nigranti cecidit queis corpore seta
Dulcibus alloquiis, facundi et munere Ulyssi.
Aeaeaque diu pacato pectore Divae, 285
Consilio ante alios mortales clarus amantem
Deserit, ac duris religatus membra catenis
Sirenûm fluctus, et saxa canora reliquit,
Invitusque vagi calcavit pascua Solis
Intacta, atque fame vitanda vireta supremâ. 290
L 3

Sed quid ego antiquis permulta revolvor ab annis
 Saecula? post illum nemo fuit inclytus astu
 Atque dolis tantum, quantum Sismundus: abite
 Ocius in pelagus: dixit, contraque ruentes
 Reppulit. Hic aderant quaecumque tepentibus undis 295
 Humida connubia, atque udos celebrant hymenaeos;
 Dotoque, Protoque, Pherusaque, Dynameneque:
 Quae simul ac placido flexerunt lumina vultu,
 Non prius adspectu torserunt capta supremo
 Pectora, quam penitus totis arsere medullis. 300

Hic Ephyre, atque Halie, tum candida Cymodocea,
 Neseque, Acteeque, Amphionome, Meliteque,
 Et Panope, et felix it Agave, flavaque Doris;
 Post has it Glauceque, Thaliaque, Cymothoëque,
 Et Spio, et niveis perhonesta Lycorias ulnis, 305
 Quaeque cavis antris aliae Nereides omnes
 Humida tecta tenent, atque aequora caerulea servant.

Jamque adventabant Veneti, Regemque videbant,
 Plurima queis auro radiabat purpura texto.

Ut vero innumerae texerunt aequora cymbae, 310
 Undaque spumigeris incanduit eruta tonsis,
 Arrexere animum Sismundo tanta faventum
 Agmina visa procul: cunctae sine more carinae
 Tectae auro fulvis imitantur sidera velis,
 Et melius clarâ species ea fulsit in undâ 315

HESPERIDOS LIBER IV. 87

Namque videbantur tranquilli ardere profundi
Aequora, propter aquas flammis per inane refusis;
Nec non et fulvos prorâ monstrante Leones.

Classica rauca gravi resonant vada caerula cantu;
Ac laeto clamore viri; tûm Regia Puppis, 320

Centauro cui nomen erat, suscepit ovantem
Sistaundum, et multâ victoris laude triumphum
Conclamant: crebro resonant vaga caerula plausu,
Tritonesque cavâ feriunt certami na conchâ;

Atque ratem placidae pepulere per aequora Nymphae, 325

Donec in optato tenuit gravis anchora portu.

Hinc ad Nobilium miranda Palatia Patrum

Pergit, et Imperii gazas miratur eoas,
Aurea quaeque videns fulvis laquearia tignis.

Canus honos, ac certa fides, longaeva Senum vis 330

Jura ministrabat populis, legesque ferebat.

Aedibus his epulas magno struxere paratu,
Ordine cuique suo, Ductorique ilicet ipsi
Praecipuo. Ille quidem maturis dignior annis;
Sed facie insignis, multum et florente juventâ 335
Integer, egregio circumspicit omnia vultu.
Illum animis oculisque bibunt, illumque frequentes
Primum Italûm cuncti Ductorem deinde futurum
Affirmant placitis deductâ voce loquelis.

Tum vero Juveni totis stetit igneus ardor 340

Ossibus, et quae sit talis fortuna requirit,
 Quisve labor tantum cupido concedat honorem:
 Usque adeo pro laude fremit, cui laeta triumphis
 Obvia tota novis longas Urbs isset in undas.

Fixus honos alto sedes in pectore certas 345
 Ille tenet; neque enim pretio majore movetur,
 Nec jam thesauros Juvenis miratur eos.
 Major eum jam cura tenet, majorque futurae
 Laudis amor: tūm sic Venetūm justissimus unus
 Apseudes tales referebat pectore voces. 350

Optime Dux Italūm, coelo quem Jupiter. alto
 Miserit, ut terras donārit munere tanto;
 O famā jam clare vagā, sed clarior armis,
 Ausonidūm spes certa Virūm, quem cernimus omnes,
 Atque libenti animo caris amplectimur ulnis, 355
 Vive diu, memorande Puer: tua magna futura est
 Vis animi: nosco mentem, venturaque bella.
 Perge age, perge, Puer, populos saevoque Tyrannos;
 Si qua cruenta parant mihi bellā, repelle, feroce
 Tunde animos factis: tibi nostra salusque, fidesque, 360
 Res erit in manibus Vēnetorum summa tuorum.

Sic ait. Ille autem constanti pectore voces
 Retulit hās contra Seniori: Fata secundo
 Numine vota meis tua firment omnia votis:
 Certe ego non alios implorem in bella Parentes, 365

Sive illata mihi pellam, seu sponte remittam
 Infidis fera bella viris, ego vestra vocaro
 Auxilio arma libens, vos et mea Regna volentes
 Hadriacis vicina vadis accite nefando
 Marte lacesisti: si post Rex ipse Philippus. 370
 Rutsus iniqua geret tibi bella, vocare memento
 Me me iterum. Haec fatuus Venetorum cessit ab Urbe,
 Pontivagoque dedit sinuantia lintea malo,
 Victor Arimineam repetens laetissimus urbem.

Franquillos placidâ populos cum pace regenti 375
 Ex improviso subitum et mirabile bellum
 Intulit horrisico Insubrûm Dux marte Philippus
 Indignatus opem Venetis portasse subactis.
 Sismundum. Perusinus erat Dux inclitus olli
 Bellotum laudisque potens, quem miserat ipse 380
 Millibus innumeris Picenas magnus ad oras
 Insubrûm Rector magnorum laetus equorum.

Isque ubi jam ripas liquidi transcendit Isauri,
 Laureus altus ubi mons est, et pronus ab alto
 Vertice Arimineam despectat plurimus urbem, 385
 Conscendit montem Iaxis Perusinus habenis.
 Turbidus, et spissas statuit pro monte cohortes.
 Non tulit aërias scandentem maximus arces
 Dux Pandulphiades, totamque in prælia mentem
 Arrigit, ac justas animis immiscuit iras 390
 M

Agmine praerepto, montemque adversus in altum
 Tendit, ubi Insubrum positis tentoria castris
 Candida surgebant. Sed non Pandulphius heros
 Castra locare Ducem sinit: ipse simillimus Euro
 Aut Zephyro antevolans, juga montis iniqua propinqui, 395
 Securus tanti media inter tela pericli
 Arripit. Olli autem contra Perusinus, et omnis
 Insubrum, Ligurumque manus fudere maniplos
 Innumeros: veluti, cum pressit ab aethere nubem
 Jupiter, imbriferis tumefacta frementia nimbis
 Flumina praecipi volvuntur in aequora cursu.
 Talis erat durae facies teterima pugnae,
 Tantaque contiguos se miserat omnis in hostes
 Prima phalanx Ligurum. Contra Sismundus in altum
 Se recipit tumulum; socios speculatus et hostes 405
 Magnanimos, crumpit atrox, Ligurumque phalangas
 Invadit primas. Stupuit Perusinus amaris
 Concussus mentem stimulis, Juvenemque superbum
 Horruit incepti turbatus imagine belli,
 Et procul: o Socii, nostra haec fortuna; furentem 410
 Claudite dum trepidant effusis undique telis,
 Et Juvenem efficite ignotis se credere bellis
 Discat, et expertis aliás occurrere factis.
 Dixit, et innumerā dimisit in atra cohortes
 Praelia; sed contra plures Pandulphius heros 415

Flaminios, Picena phalanx quos deinde secuta,
 Hetruscumque manus, Venetumque ingentia bello
 Auxilia optato, justis quos junxerat armis
 Ipse sibi Ductor Pandulphi maxima proles.

Tum vero fremitus et equum, clamorque virorum 420
 Miseri, et varium volitare per aethera murmur
 Bellantum juvenum, studiisque in fata ruentum.

Antigonus Pandulphiades Dux magnus ovantem;
 Sternentemque viros, et prima in bella micantem,
 Sternit humi ignarum, fractoque in pectore telo 425
 Liquit equi lapsum tentantem colla caduci,
 Clamantem incassum, et socios sine more vocantem;
 Pulvere foedatum missis equus acer habenis
 Quem trahit in medios, sociis moerentibus, hostes.
 Ingemuere viri casum Ducis alta Philippi 430
 Agmina: tum Chromium venientem, illique ferentem
 Auxilium, longâ fortis Tagus excipit hastâ.

Rubrius a tergo Sismundi marte phalangas
 Invadit juvenum septem cum millibus acri
 Vectus equo, ante alios caudâ cristatus equinâ. 435
 Quem simul ac vidit venientem Martius Heros
 Obvia lecta equitum praemittit millia contra
 Vix tria; sed fortes primâ de gente Latinos.
 Ergo utrinque gravi pressos clamore lacesunt
 Insubrum, Ligurumque manus; sed Rubrius altam 440
 M 2

Non equitum potuit victus sufferre ruinam.
 Namque videbantur summo de monte cadentes
 Abietibus similes campo se infundere aperto.
 Ergo corda metu perculti cedere toto
 Aggerem, nec dubiis juvenes jam parcere fossis.
 Tum Pandulphiades dictis haec mandat amicis
 Monte sub adverso laxis praevectus habenis.

Magnanimi Proceres, mecum quos Jupiter ipse
 Esse dat Italiae decus, auxiliumque cadentis,
 Nunc nunc adversum mecum concendite montem.

Primus ego adversos apices elapsus in altum
 Provehor en campum: fugiunt confusa vicissim
 Agmina, nec potis est nostris inimicus in oris
 Hos alere angusto tendentes colle: paventes,
 Disjectosque urgete viros: nos jura, Deumque
 Cura regit; justis quoniam bellamur in armis.

Deterior neque enim numero, neque viribus hoste
 Bella gero. Dixit, summoque in vertice montis
 Mille viros, et mille ferens volitantia tela
 Constitit; at Ligurum gens omnis in obvia summo
 Arma inimica ruunt tumulo: micat aerea densis
 Rauca seges hastis; liquidas crux ater in undas
 Scarpacis in clarum se praecipitantis Isaurum
 Sanguine purpureo late descendit. At Heros
 Vedit ut infidos medio in certamine Gallos,

445

450

455

460

465

Et Ligures signis multùm cessare relictis,
 Infelix gemuit lachrymis Perusinus abortis,
 Conatusque gradum verbis frenare labantem
 Ipse sui, et Sociūm titubans; retroque recursans
 Torquet equum urgenti turbā: quō deinde bilingues 470
 Vana trahit pavidos segnes fuga? vincite vosmet,
 Et cohibete fugam: nec plura loquente, ruinam
 Ingēntem Pandulphiadae fecere, volantes
 Terga darent Ligures ut victi, ipsique feroce
 Gallorum fera corda Duces, fusique Philippi 475
 Ingentes populi; quae gens antiqua supremam
 Incolit Italiam Tyrrheno proxima ponto,
 Parte aliā duras Gallorum vergit in Alpes,
 In Celtasque mari vicinos haec et Iberos
 Tenditur, ac Libyam Tyrrhenis navigat undis, 480
 Apennine, tuum caput ultra; Alpheaque primos
 Arva tenent fines, et longos littore tractus.
 Hac regione Ligus duris fremit usque sub armis;
 Hi vecti ad Gades saevis procul usque rapinis:
 Nec potuit quondam toto commercia ponto 485
 Permutare vagus non unis hospes arenis;
 Aemilius donec bellis insignis et armis
 Abstulit ipse cavas pacatā a gente carinas.
 Ergo omnes uno populi sermone favebant
 Victori, et victum Perusinum voce notabant. 490

M 3

94 BASINII PARMENSIS

Quo, furibunde, fugis tandem? magno ne dolore
 Indignans pudibundus abis? Bis jam tibi frustra
 Praelia copta tuum decorarunt laudibus hostem.
 Tertia tela cave concurrant obvia telis.

Haec ubi magnanimus patriis conficit in oris
 Dux Pandulphiades, Romanam fertur ad Urbem
 Victor, et Eugenii sanctas effatur ad aures
 Pontificis Sumimi. Quid nos antiqua tenere
 Romula sceptra juvat, nostras si barbarus urbes
 Celta ferâ ditione premat? Proh dura furentûm
 Praelia caeca Italûm! Prisci fudere Quirites
 Hannibalem; nostri cecidit prope laeta Metauri
 Flumina germanus. Nostras Alphonsus in oras
 Rex impune feros veniens ductarit Iberos?

Nec Pater Omnipotens oculis haec viderit aequis.

Qui nunc Parthenopen invitus, et Apula Regna,
 Lucanosque gravi vastat ditione, sinemus
 Immani Italianam populari a gente? Sed hujus

Causa mali Insubrûm Princeps, quem nullus honestus
 Tangit amor, sed bella juvant infesta; premendo
 Gaudet enim, fractisque ferox exsultat in armis
 Contra hominum morem; quem nunc quia vicimus, hosti
 Non erit Alphonso duris adjutor in armis.

Nunc tibi Phorciades Picenas muniat urbes
 Aggeribus: tu praesidiis impone volentem

495

500

505

510

515

Ductorem cunctis Picentibus. Ille Philippi
 Obruat unanimes collato marte phalangas.
 Me sine in audaces Italum Dux mittar Iberos,
 Alphonsumque suâ doceam considere terrâ.
 Dixerat: haec Senior contra cui dicta remittit.

520

O Latii sublime decus, quem nulla tacebit
 Posteritas; animi Vir praestantissime, cuius
 Una reperta fides populis non vana Latinis;
 Quas grates, quae digna satis dem munera tantis
 Pro meritis? Nunc, nunc o si mihi tota duorum
 Pectora certa virum tellus Romana dedisset,
 Haud equidem extremos dubitem penetrare vel Indos,
 Aut Parthos signis etiam spoliare relicts.

525

Sed nec talis erit quisquam, nec tempore tali
 Bella nefanda alias nostris ayertere terris,
 Te praeter, Sismunde, volet; tu solus amore
 Antiquo Italiam defendis: at altera turba
 Magnanimos oblita Patres, priscumque Senatum,
 Reliquias miserae insequitur saevissima Romae.

530

Usque adeo pauci concordes: omnia versat
 Invidia infelix, totumque perambulat Orbem.
 Nec me animi fallit. Regem si in bella vocaris,
 Invideant Itali. Fama est non rara Philippum
 Phorciade natam laetis dare velle hymenaeis.
 Quae quonam usque feres? Picenas forsitan urbes

535

540

Tradiderit Socero; tua fors et Regna lacesset
 Insidiis vicina: pudet, semperque pudebit
 Haec timuisse mihi: miserum me vana timere
 Cogit inane fides nomen, majorque potestas
 Tempore in hoc virtus, et quae mensura pudoris 545
 Nulla: nec Ausoniae gentis delectus. Hetruscos
 Alphonsus populos capiat si forte Philippi
 Auxilio infidi, quonam te opponere tantis
 Cladibus? aut quonam pateris defendere pacto
 Italiam? Alphonsum potius pro tempore tali
 Jungere amicitia nobis praestabit; inquis
 Phorciadae stimulis odii permotus acerbi
 Ad nostras facilis partes flectetur: honorem
 Hunc tibi praeterea totis largimur habenis.
 Duxeris Alphonsi, nec non Romana superbis 550
 Agmina Phorciaden contra, si forte negarit
 Restitui nobis Picenas improbus urbes.
 Sic ait. Ille Senis dictis persuasus, humi ter
 Lumina, terque Senem perspexit talia fatum;
 Plura nec ingenuo meditatus pectore fatur. 555
 Cuncta placent quaecumque refers, Pater Optime, dicta:
 Jam tua jussa sequar, nec me vis ulla tenebit,
 Maxime Pontificum, clari quem Rector olympi
 Tradidit Hesperiis Rectorem Jupiter oris.
 Talibus Italiae dubiis de rebus agentes 560
 565

- Divisere gradus, vestigia uterque ferentes
 Longius. Ille Deûm templis intentus et aris;
 Ille autem veterum speculans monumenta virorum
 Usque gemit famam saxis periisse vetustis
 Majorum, Curiosque manu, totisque carentes 570
 Auribus Aemilios, antiquae nomina gentis,
 Atque alios, quos est longum memorare, Quirites
 Miratur: sed mox, quid prosunt marmora, dixit,
 Aut similes vivis vultus! me Musa secundo
 Carmine, cuncta novem referant mea facta Sorores. 575
 Marmore magnanimum nullus caelavit Achillem
 Effigiem saxis praeduram immanibus; ille;
 Moeonides quantum vates durabit, Atriden
 Terribilis notâ juvenis turbaverit irâ.
 Haec mihi, si quis erit nostro qui tempore Vates 580
 Surgat, signa velim, nec marmora dura, vetustos
 Verùm animi interpres declarat lingua triumphos.
 Felix ille quidem, magnum cui saecula Vatem
 Dant sua, qui laudes cernit sua facta futuras.
 Nam post fata quid est frustra cur talia curem? 585
 Si neque sensus inest animis, neque morte sepultis
 Manibus ullus honos Superis debetur inquis.
 Aut si vera canant, qui rentur inanja rursum
 Ire modis simulacra virûm viventia multis
 Aequore sub rapido, sylvasque intrare beatas, 590
 N.

Et fortunatos felici ex arbore lucos,
 Aut majore malo Stygiis moerere latebris;
 Quid curant fragilem Fata immortalia famam?
 Quare ego, siqua venit venturis gloria factis
 Uila meis, vivum famâ me soler inani.

595

Dixerat; et magnam multis comitantibus Urbem
 Lustrat, et humanos miseratus pectore casus,
 Esse nihil firmum miseris mortalibus altâ
 Mente ratus, levium risit ludibria rerum.

Jamque dies septem totis certamina templis
 Sollicitans, rerum de causis quaerere, quales
 Plejades Atlantis, geminaeque Lycaonis Ursae;
 Nec minus unde ruunt amnes, fontesque, lacusque,
 Et maria aeternis tumeant agitata procellis,
 Intremat ut tellus, toto sua fulmina coelo
 Jupiter inque sinum fundat telluris aquosam
 Saepe hyemem, et celsos detundat grandine montes;
 Quis dedit, ut Tellus campo penderet aperto
 Aëris, ut vasto jaceat circumdata Ponto,
 Ut supra aethereae circumstent aëra flammae.

600

605

610



BASINI PARMENSIS HESPERIDOS



L I B E R Q V I N T V S.

T Alia dum studio peragit Pandulphius heros
Adsiduo, trepidam penetravit Nuncius Urbem,
Phorciaden generum socero junxisse Philippo
Foedera: Picenas Romanis Patribus urbes
Defecisse metu Ductoris. Ut omnia sensit
Sublatis manifesta dolis contra bona ferri
Jura, metusque Deum, et Superis procedere inquis;
Parthenopen adiit. Quem postquam ex Urbe profectum
Phorciades sensit, tum fertur ad illius urbes,
Vastaturum agros minitans: sed milite multo 10
Obvia Pandulphi concurrunt agmina, donec
Picenas rediit victor Sismundus ad oras.

Foedera quae tecum percussit, novit et omnis
Italia, et populi, miseros ne victor Hetruscos
Obsidione gravi premeres; verum Apula Regna, 15
N^o 2

Lucanosque simul, devictaque jura teneres.
 Scis, Alphonse, nihil mentitum, tradis et illi
 Agmina Celtarum Romanis juncta catervis,
 Eugenius quas forte dabat. Tum maximus Heros
 Asculon antiquum, Picenis urbibus unam
 Ex priscis, penetrat, bellisque instructus, et armis
 Obsidet: illa parum contra adversata, recepit
 Victorem: hic gessit fasces, et munera magni
 Imperii, et priscum Romanae gentis honorem.

20

Arx Contracta, ferunt sic illam nomine, summis
 Montibus imposta est: trahitur locus omnis in arcem;
 Castellum est insigne tamen, magnumque, potensque.
 Hic memorant, postquam muros ingressus, et alta
 Moenia vi summâ, sibi quae restabat, ut arcem
 Agmine praecipi, duris instructus et armis,
 Mille viros, et mille ferens ingentia saxa,
 Vi propriâ dum nixus adest, adscendit, et altos
 Intrepidus muros, atque omnia turbine complet
 Horribili: cecidere virûm fera corda, simulque
 Amisit validas custodia perdita vires:
 Sanguine multa tamen multo certavit: ovantem
 Picentes Populi primùm videre, Jovisque
 Progeniem dixerat, Deûm quod solus honorem
 (Haud humana quidem, sed illa divina videri
 Omnia) Sismundus primis sit nactus ab annis.

25

30

35

40

HESPERIDOS LIBER V. 151

Auximon ejecto defecit ab hoste fugatis
Phorciadis: placidi Sismundo moenia Firmi
Reddita. Phorciades quae cuncta ut Regna resectis
Forte labare dolis, desperans vincere quamquam,
Bella nefanda tamen Superis ingressus inquis, 45
Cunctaque, Picenis quae plurima ceperat oris,
Oppida magna ferox, populos, urbesque relinquens,
Flaminias profugus terras, et Isauria Regna,
Gradivaeque gravi praecingens moenia celsae
Marte, quatit trepidos violento turbine muros. 50

Quae fama ut stupidas Sismundi fertur ad aures,
Deserit attonitas populis Picentibus urbes,
Pro Patriâ qui quisque suâ pugnare parati
Praesidio adstante fido; tum Roma secundis
Ominibus sortita Duce, felicior alter 55
Quo neque in Italiâ praesenti marte, nec usquam
Retulit antiques patrio certamine ludos;
Absentemque novi donavit laude triumphi
Victorem, Romana ferens insignia magni
Vexilla imperii miris fulgentia signis, 60
Quae memorant priscos antiquae laudis honores,
Atque ea victori dono dedit inclyta Roma.

Sed non Phorciades idcirco moenia pulchrae
Gradivae cessat saxo pulsare rotanti,
Accenditque animum furiis, et suscitat iras 65
N 3

Terribiles, fractisque iterum se tentat in armis.

Taurus uti magnâ pulsus petit altera sylvâ

Pascua, fronte minax inimicos fertur in agros,

Et stabula alta trucis victoris prima, nec ante

Victus abit, latebris idem quām pellat avitis.

Hic (tua Pandulphus nam liquerat agmina) paucis

Millibus auxilium miseris portabat amicis.

Ille tamen vario noctesque diesque labore

Pulsabat trepidos violento turbine muros.

Candida sed postquam plenum Latois in orbem

Menstrua Luna redit, puroque argentea coelo

Lampade fraternâ sacris micat aemula flammis;

Tum Pandulphiades patriâ Sismundus ab arce

Signa tulit belli; campoque exercitus illo

Constitit, unde vident Gallorum rura superbi

Ausoniae populi, Martis densissima sepes,

Quâ levis Hadriacas Rubico decurrit in undas,

Et parvo laetas humectat flumine terras.

Quae fama ut pavidas pervenerat hostis ad aures,

Traxerat unanimes desertâ e valle phalangas,

Nec sine diffcili tellus superanda periclo

Tentanti fractos animos, mentemque sinebat

Illusam, et subitâ fessam formidine: frustra

Ire datur medium in montem, pugnante sed hoste

Desuper in valles turbatur miles opacas.

Hic ubi certa animo sedit sententia pugnâ
 Vertere ab obsessis Gradiuae moenibus hostes;
 Convocat aere gravi fulgentes voce cohortes,
 Praecipuosque Duces, et pectora fida priori
 Marte reperta, bonos dextris ac talibus orsus 95
 Infit, et aetherei suspectat limen Olympi.

Jupiter alte Deûm Genitor, qui fulmina dextrâ,
 Terrificosque cies vibratis nubibus ignes,
 Quem mare navigerum sentit, quem daedala tellus;
 Tuque Deûm Genitrix, turres quae vertice gestas, 100
 Quam Phrygii laetâ vectant cervice leones;
 Tu quoque sancta Vénus, genus unde Deûmque hominumque,
 Et Nymphae fluviorum, animis gratissima nostris
 Numina; quique oculis mortalia cernitîs aequis
 Diique Deaeque simul, coeli quique atria magni. 105
 Quique procul coelo terras habitatis amoenas;
 Et pelagi rector Nereû non parve profundi,
 Amnesque, Fluviique, potens nemorum alma Diana:
 Omnia quippe Jovem quae Numina tanta precatus
 Esse teor solum; neque enim divisa potestas 110
 Numinis esse potest: unum regnare necesse est
 Numen idem coelo: justi hic Deus auctor et aequi.
 Quem quoniam Recti memorem, gratumque putamus;
 Auxilio nobis pro justis poscimus armis.
 Vos quoque ne dubios teneat fiducia mentis, 115

Ignarosque animi, Proceres, qui littore in illo
 Fudistis magni fugientia forte Philippi
 Agmina, pro causâ quoniam pugnârat iniquâ.
 Nos amor, et pietas, et nominis illa Latini
 Gloria, nos veterum moveant exempla virorum. 120
 Quid Decios vulgata loquar jam nomina? Muti,
 Quid dextram praedure tuam? quid Coclitis uda
 Vulnera? quos virtus, pro quâ pugnare decorum est,
 Aequavit Superis, altoque eduxit Olympo.
 Hic amor est laudum, quo Vos incensus et ipse 125
 Incensos pariter, studio non motus inani,
 Verùm ego non dubiâ spe concitus ocius oro,
 Este bonis animis, laetumque adsumite martem
 Quâ mea vos fortuna vocat: victoria nobis
 In manibus; votis quae si non vana secundis 130
 Laeta venit, Latium penitus servavimus Orbem.
 Phorciaden opus est Italicae decedere terris,
 Inde per Italiam pacem placidam fore: sed vos
 Demoror his verbis in maxima facta volentes
 Ire magis forsan, quos non tot euntibus annis 135
 Bella diu piguit tanto tolerare labore.
 Jamque modum exhausti, Proceres, exquirite belli;
 Ventum est ad finem: ne vos extrema malorum
 A tantis demum moveant vestigia factis,
 Reliquiaeque breves Ligurum, quos marte secundo 140

Bis fudistis: enim finis laudatur in omni
Re magnâ, Socii. Nunc nunc victricja semper
Pectora, nunc animos summis intendite rebus,
Phorciadenque meis jam nunc sperate moveri
Arcibus, aut misero peritum a milite linqui. 145

Nonne dies multos Gradivae moenia circum
Tempora longa terens, vacuas dum territat auras
Incassum Superos dictis incusat iniquos?
Scilicet Italiae Divique Deaque potentes
Vastanti Hesperias faveant, proh Jupiter, urbes? 150

Et nunc Junonis jussu Thaumantias Iris
Quod tulit auxilium obsessis, imbruesque solutis
Nubibus aequatos pleno defudit olympos,
In nubes, pluviosque jacit convicia Divos
Oriona, Hyadas, Junonem, altumque tonantis 155

Nubigeri Jovis arma, solo quibus eruit urbes,
Et nimbos coelo dextrâ ciet ater ab alto.
His se se excusat Divis oppressus inquis,
Iram, ignominiamque ferens, atrumque pudorem
Pectore; quem quoniam vobis fortuna labantem 160

Obtulit, unanimes durâ circumdate pugnâ,
Et poenas laeti tandem sumamus opimas.
Dixerat, et cuncti magno clamore ruebant
Armati ferro, et campos atque arva tegebant.
Ceu quandam obsesso dimotis aethere pennis 165

O

Idaliae densantur aves, liquidasque per auras
 Cognita tecta petunt, tacitumque per aëra lapsae
 Ingentem plausis fremitum dant eminus alis;
 Agmine sic celeri populantur concita pulsu
 Aequora littoreas uno certamine terras.

170

Jam tectis summi se se vertentis Olympi
 Adsidue, ingenti nata est discordia motu;
 Praecipuis late clamoribus insonat alti
 Regia celsa Poli: sero tum Jupiter ore
 Coelicolas firmo sedans sermone; quis audet
 Fata Jovis contrà vanis contendere verbis?

175

Quid, Gradive, meam tentas, durissime, mentem,
 Qui pacem Italiae gemis importunus? Ego, instent
 Quae tibi bella, canam, quando haec tua sola voluptas;
 Semper enim te bella juvant, tibi praelia cordi;

180

Haec quoque sanguineâ tecuna Discordia pallâ
 Exsequitur: quis finis erit? Belli ne nefandi
 Continuam seriem Latiis habeatis in oris?

Non deerunt quae bella diu, quae praelia possis
 Italâ spectare tuâ, Sismundus Iberos

185

Cùm vincet bello duros, et littore Thusco
 Alphonsum vetitâ faciet concedere terrâ:
 Illo te cernant populi inter praelia campo;
 Nunc autem Latias in pace relinquimus urbes:
 Non deerunt forti Sismundo bella. Nec orsus

190

Plura Deūm Genitor coelo me misit ab alto
 Accinctum pharetrā Lycias gestante sagittas,
 Phorciaden subitā turbarem clade yirorum
 Mortibus innumeris, et amaris corpora telis
 Magnanimūm ipse latens primūm popularer equorum; 195
 Ossibus alberent ut campi. Jussa Parentis
 Inde secutus agor claro demissus Olympo,
 Despectans longe summo fulgentia dorso
 Agmina Phorciadūm; quae postquam certa notavi
 Castra oculis, junctis deflexi cornibus arcum, 200
 Terribilisque venit nervo resonante sagitta.
 Jamque canes summis perierunt montibus albi
 Infecto coeli tractu, morbumque famemque,
 Quae duo terrificis evertunt cladibus urbes,
 Phorciadae passus totis exercitus arvis. 205
 Esse Deūm prolem Pandulphum novit ab illo
 Tempore Phorciades, steterant cui Numinia dextrā
 Parte Deūm, timuitque animis pavitantibus omen
 Infandum, bellumque viris, pestemque virorum:
 Maxima queis coelo Genitor domat altus ab ipso 210
 Ingratos hominum coetus, urbesque Deorum
 Oblitas; quales Solymos, urgente superbo
 Bellerophonte, ferunt patriis cecidisse sub armis.
 Talia Phorciades animis agitabat anhelis;
 Quem subitus certo turbavit nuncius ore 215
 O 2

Adventare ferens hostem, magnoque tumultu
 Discurri celeri populatis agmine campis.
 Extemplo tristi turbatus imagine Martis
 Venturi; praesaga mali mens talia namque
 Sensibus attonitis objectat: iniqua Deorum
 Fata retro sensit ferri; tum tristia laeto
 Dissimulans vultu, medio Dux aggere perstans
 Egregius loquitur simulato pectore verbis.

Huc volat audaci temerariis ecce catervâ
 Hostis, et aërios properat descendere montes
 Protinus; at contra nemo mihi praelia sumat,
 Usque licet medium cernatis scandere montem
 Incautos hostes: a tergo bella resectis
 Sentiat ipse dolis; vos faucibus eminus atris
 Insidias medii densis componite sylvis,
 Neve timete minas, nevâ verba superba furentis:
 Ad pugnam vocat ille, choros non dicit ad ullos.
 Altera deinde manus Gradivae ad moenia duro
 Marte ruat, terrâque ardescat pugna cruentâ.
 Protinus ille volet speculari praelia nostri
 Martis, et insidias sylvis transibit opacis,
 Circumventus et ipse dolis vestigia frustra
 Vana leget retro. Sic fatus, iniqua recurvi
 Per juga montis iter carpit, murosque superbac
 Gradivae tentat positis transcendere scalis.

226

225

230

235

240

HESPERIDOS LIBER V. 109

Tum strepitu ingenti revolute machina saxo
Intonat aere gravi, vastoque remugit olympos;
Atque minas celsi contundit turbine muri.
Audiit ipse cavo sonitum Sismundus ab antro;
Non tulit inde moras obsesis ferre petitum 641
Auxilium; campoque exercitus omnis aperto
Ut stetit, ipse manu parvâ juvenumque maniplis
Phorciadas longe speculatus, ut atra cieri
Bella cruenta videt, primos vi fertur in hostes.

Ceu ferus alta Leo permiscens funera mutis 250
Armentis, latos stragem caedemque per agros
Immittit, durosque vocans in praelia tauros;
Non videt horrendos a tergo exire molossos;
Haud aliter tantos fortis Sismundus in hostes
Fertur, et ingentes animo metitur honores. 255

Obstupuere simul quaecumque superna videbant
Agmina, quaeque cavas servabant milite sylvas,
Quique dolos clauso speculis tendebat ab altis.
Tum prono montis descendunt vertice densae
Phorciadum medio jungendis cornibus alae, 260
Et pugnâ a muris decurritur intermissâ.
Parte aliâ insidiae manifestis hostibus olli
Obvia turba fremit, mediumque utrinque coactum
Sismundum Italiae populi videre superbi
Per strages, per tela virûm, per sanguinis undas 265
O ,

• 110 BASINII PARMENSIS

Fervere sanguineâ densa inter funera dextrâ
Corpora magnanimûm sternentem caede virorum.
Euryalum ante alios, frenis qui jam ora prehensis
Magnanimi flectebat equi, cui forte lacertum
Deficit oppositas fortis Sismundus in herbas:
Inde alios septem deturbat ab aggere vasto
Agmine currentes, aditumque, viamque tenentes.
Sed postquam densos superans evaserat hostes,
Rursus in adversas celeri volat agmine turmas,
Inclinatque viros omnes, palantiaque haurit
Terga virûm gladio: veluti cùm magnus Orion
Impulit in pelagus fugientia nubila, nautis
Corda repente cadunt; neque enim procul altus ab atrâ
Morte tenet pontus, parvo discrimine vitae
Ac lethi spumis pelago canente feruntur.
Talis anhela timor fugientibus agmina cunctis
Phorciadis quatit acer; erant praemissa resectis
Insidiis longe patefacto prælia campo.
Parte ab utraque dolis clausus Sismundis iniquis
Phorciadûm mediâ duro sub Marte catervâ
Scilicet, et saevis juvenis circumdatus armis,
Incertusque animi quid agat; tamen omnia secum
Versabat subitis vigilanti pectore curis.
Tùm vero innumeris medium se millibus infert,
Speque, metuque celer, Pelagonaque sanguine multo,

270

275

280

285

290

Et Latagum domuit, ceciditque in praelia saevus
 Hippophilus, periit positis et Orestius armis
 Iapetionides, docuit quem Phoebus Apollo
 Mittere tela feris; sed non ars illa cadentem
 Sustinuit, mediâque miser raptatur arena.

295

Hos timor, atque metus, durâ Discordia pugnâ
 Fert Pandulphiaden Martis germana furentis
 Et comes una, gravi quae moenia celsa tumultu;
 Et Superûm ingratas evertit funditus urbes.

Ille adeo celeres vertebat in omnia turmas 300

Devia, quâque pedem tulerant, hâc maximus Heros
 Turbidus insequitur; geminat tum fracta virûm vox:
 In freta ceu quondam Boreâ miscente fragorem
 Horrisorum, fugiunt detecto nubilia coelo,
 Imbriferique fugam rapiunt cum nubibus Austrî,

305

Et quacumque vias tenuere, tumescere magni
 Incipiunt fluvii; sonitum de montibus audit
 Agricola infixo terris cùm fugit aratro.

Et jam devexo Sol praecipitabat olympo,
 Qui ruat Oceani liquidas nî pronus in undas, 310
 Phorciadûm avertat cunctas de monte cohortes
 Dux Pandulphiades: sed nox obscura sepulti
 Non sinit umbra soli, fuscisque nigerrima pennis
 Imperfecta opera, et ruptos amplexa labores
 Demebat curas mortalibus, atque colores

315

Rebus, et ambrosio spargebat fessa sopore
 Corpora; non volucrum, neque erat vox ulla virorum,
 Cunctaque somniferis Dea nigra quieverat alis.

Sed non magnanimi Pandulphi pectus inquis

Percussum stimulis, vñctor qui nocte soporâ

320

Cum sociâ obsessos intravit Pallade muros,

Crastinus ut subitis turbaret cladibus hostem

Incautum, et Sociis ne praelia nocte capessant

Ulla jubet primùm, cám̄po quos liquit aperto.

Mox ubi prima novae surgant certamina pugnae;

325

Protinus ardentes cogant in bella phalangas:

Se fore praecipitèm portis qui rumpat ab altis.

Haec ubi jussa, volat caecis circumdatus umbris,

Gradivamque, latens hostes, ingressus: at illum,

Praesidio fuerant omnes qui forte relictii,

330

Suscipiunt lachrymis venientem, ultroque salutant.

Ille animos juvenum dictis ita tollit amicis.

O mihi fida prius, sed nunc apprima juventus

Nota satis, nec non factis spectata supremis,

Quae fuga Phorciaden nostris avertet ab oris?

335

Aut quid opis demum victus bis ferre Philippus

Huic queat? obsessos cùm crastina vecta quadrigis

Purpureis Aurora polo se ostendet Eôo,

In medium dabimus, nec eum defenderit Auster,

Yos simul ut memorat defensos imbribus, omnes

340

Viribus atque animis defendi cernat in illo,
 Tendit ubi campo: Zephyros incuset et Austros,
 Et strepitus vasti simul exscretur Olympi.
 Illi haud verba volent, falso, cum spectet utrinque
 Jam Pandulphiadas in praelia Martis eunt. 345
 Consilio verbis opus est, certamine bello.

Dixerat haec: illi lacto sermone favebant,
 Assensusque pares pennata voce ferebant.

Jam vero in castris hostilibus alta silentum
 Phorciadum studia, et nullis audita remoris 350
 Murmura serpebant pariter, pariterque volabant
 Inter se comitum, et flamarum extincta quiérant
 Lumina: telorum crepitus, ac pulsa patumper
 Arma socum quatere obstupuit Pandulphius heros,
 Atque alii Proceres. Paucos, fidosque vocari 355
 Ad se Phorciades, et tacitos jubet ire ministros.
 Convenere Ducem trepidi sine more vocati,
 Quos inter dictis sic est exorsus amicis.

Magnanimi semper Socii, semperque vocati
 Phorciade invicto per summa pericla, per Alpes 360
 Nubiferas, frustra quos nunc certare superbo
 Sismundo, aduersis cerno et concurrete fatis:
 Bellum etiam infandum; sive hoc Fortuna secundo
 Jam mihi pulsa loco, sive hoc Jovis ira volentis
 Cuncta humana palam subitis miscere ruinis, 365
 p

Seu meruere mei mores; bellum ipse tapesso
 Fas contra, et propere carpentes stamina Parcas.
 Quot strages miseri patimur, quam lata tepeuant
 Flumina Phorciadum rubefactis sanguine campis
 Nota quidem nobis nimiùm, praeque omnibus alta 370
 Funera stant oculis, cudentesque ossibus agri.
 Namque famem, morboque Deum, quid acerba meorum
 Fata nefanda querar? quid frustra multa talenta?
 Mitto animas juvenum, stygio quas miserit Orco,
 Argenti atque auri impensas, tantumque pudorem. 375
 Quare ego, quandoquidem Superis certamus inquis,
 Castra movere paro: Sacer hoc jubet ipse Philippus
 Insubrum Domainus; sed vos taciturna sine ullâ
 Agmina quisque tubâ medios inducite campos.
 Dixit, et ambiguus medio in sermone resedit, 380
 Saucius et curis, et vulnere mentis acerbo.
 Haec ubi jussa, Deum chorus omnis in alta Tonantis
 Atria multa fremens toto concessit Olympo.
 Multa super miseris tristes mortalibus illi
 Verba ferunt; alii curas mirantur inanes, 385
 Insidiasque hominum vario sermone loquentum:
 Tum Pater ipse Deum stratis excitus ab altis,
 Ecquid, ait, mediâ Superum me nocte fatigant
 Concilia? aut quaenam tali res tempore poscit
 Sollicitum esse Jovem? Contra cui candida Juno: 390

HESPERIDOS LIBER V. 115

Nocte quidem mediâ fas est audite minores
 Te tibi, Summe Pater; neque enim dare majus ubique,
 Nec praestare tuis potes, o gratissime, munus.
 Verùm magna Deos tali tibi tempore causa
 Admoveat, neu te levitas invisa fatiget. 395

Jupiter huic contra. Quando nunc una cupido
 Me tenet, haud unquam mulier me nulla, nec ulla
 Me Dea tam cupido captum submisit amori,
 Jungamus Veneris solitae nova foedera flammæ.
 Nunquam adeo calui; nec cùm mihi cognita Conjux 400
 Magnanimi Phlegyâ geniti, quæc candida partu
 Pirithoum in teneras enixa est luminis oras
 Consilio aequalem Superis, duroisque domantem
 Nubigenas; neque enim quondam laetissima visu
 Me Danaë totis exussit fixa medullis 405
 Usque adeo, cunctis genuit quæc Persea factis
 Invictum; neque enim tanto me Europa furore
 In falso vidit pelagi freta currere tauro,
 Quæ peperit, Rhadamanthe, tibi Minôa propinquum;
 Non Semeles ardor, non conjugis Amphitryonis 410
 Magnanimi Alcidae genitricis, at hujus Iâechi
 Laetitiae cunctis mortalibus; haud ita nostrum
 Flava Ceres pectus magno distendit amore,
 Nec Latona comis insignis, et ipsa tot annis
 Hactenus ante alias unquam tu maxima Conjux: 415

Usque adeo nunc una tui me summa cupido
Incessit, gratumque dedit per membra furorem.

Hunc ingressa dolis contrâ Saturnia proles:
Scilicet hoc tempus patitur, cum plena Deorum
Atria nostra fremunt! potius terraeque recessus,
Oceanumque Deum potius, Tethynque parentes
Optat adire animus; curas ut soler avitas.

Me sine; quandoquidem nunquam tibi copia nostri.
Non deerunt cupido nostri tibi gaudia amoris.

Illi autem multo contendunt tempore duris
Vocibus, et nullo inter se revocantur amore,
Incudit ira animo postquam gravis, acor utrusque
Fluctus agit magno furiarum concitus aestu
Insurgens stimulis ingentibus. Unus eorum
Somnus adhuc tantas poterit componere lites
Forsitan amborum; qui si mihi pareat, exple,
Exple animum, patior, si te juvat ista voluptas..

Jupiter huic contra: quid enim, gratissima Conjux,
Non dederim? sanâ quid enim tibi mente negârim?

Dixit, et amplexum dilectae Conjugis ulnis
Perfusus niveis petuit, dulcique sopore
Victa dedit placidae languentia membra quieti.
Hic Juno e stratis consurgit mollibus, alti
Limina tum thalami liquit, quem filius olli
Lemnius auratis et signis fecit eburnis.

420

425

430

435

440

HESPERIDOS LIBER V.

14

Tum Dea somniferum sic est affata Soporem.

Somne comes Fati, placidoque simillime Letho,
I, Pandulphiaden madidis amplectere pennis,
In venasque viri somnos errare sepultas
Mitte levans curas, et corda ferocia fingens.
Hic te digna manent tali pro munere dona;
Aurea namque tuis pedibus talaria jungam
Laevia, Vulcani summos opus inter honores.
Huic contra dictis respondit Onirus inquis.

Haud sine magnanimi venia Jovis ista facessam:
Propter eum Oceani cupiam sopire fluenta,
Atque Deos omnes, et Tartara nigra sub umbris
Perpetuò late pallentibus: omnia namque
Consilia, et magni nota est sententia Regis
Prima tibi: sed nos aliquid nescire nefandum est.
Illexi, memini, mentem Jovis in mea quondam
Obsequia, et dulces divina levamina somnos,
Laomedonta eas cepit cum maximus arces
Amphitryoniades, praedurā Pergama dextrā;
Sigaeumque vocant, quod eo tacitura latebant
Agmina Grajugenum fera littore, ubi ille solutus
Forte sopore reddit, sua per praecordia cunctos
Coelicolas Genitor pulso turbabat Olympo.
Egregie observans præ cunctis Jupiter ipsum
Me, memini, e coelo pontum demittat in altum
P 3

418 BASINII PARMENSIS

Ni domitrixque virum Nox atra Deumque, cadentem
Servet, et umbriferis labentem sublevet alis.

Tu mihi per saevos jura Titanas, et atrae
Stagna paludis, aquas Stygis implacabile numen,
Te fore in auxilium, si quid factisve, minisve
Rursus agat mecum. Sic fatur: at illa Deum vim
Tartaream, et fontes semper fumantis Averni,
Et cava sub terras Ditis testata fluenta.

Ille autem summo paeceps delapsus Olympo

Alitis argutae similis volat infima contra:

Chalcida divinâ, mortali parte Cimyndin
Dique, virique vocant: summis in montibus illa
Vocibus adsiduis, et questibus aethera pulsat.

Huic Deus adsimilis Juvenem torporibus altis

Implet, et oblitâ perfusa papavera Lethe
Ter capiti excutiens defudit in alta soporem
Pectora divinum. Jacuit Pandulphius heros
Membra levi dejecta Deo devictus, et alte
Tradiderat dulci juvenilia pectora somno:

Cum sua Phorciades de summis agmina movit

Montibus, Hadriacosque fugax descendit in agros,
Pancaque, quae strepitent Gradivae moenia circum
Arma relicta sinit; sed cum per plana volaret
Aequora, littoras, nocturno tempore, terras,
Jam Pandulphiadum latis exercitus arvis

470

475

480

485

490

HESPERIDOS LIBER V.

119

Qui tendebat, equum strepitus, fremitusque ruentum
 Audiit, armari contra quem jussa superbi
 Sismundi prohibent. Verum orta Aurora coruscos
 Extulit ut radios, roseisque invecta quadrigis
 Jam larga arios lustrabat lampade montes,
 Frigida cum vitrea canebat terra pruinata,
 Sensit abesse feros magnus Pandulphius hostes;
 Cisalpiniaci generum petere omne Philippi
 Subsidium. Tunc ipse Deos, tunc Numinia magna
 Incusans sine more Jovis; quid me, improbe Divum,
 Jupiter, indecores voluisti valvere casus?
 Haecce nostra fides, Italica haec redditia terris
 Pax antiqua? Ligus nova bella, jubente Philippo,
 Sub Duce Phorciadu nostris geret impia Regnis
 Forsitan, et Gallos Capitolia celsa tenentes
 Roma videbit adhuc? nec tu, Pater optime Divum,
 Respicias humanos aequo, bone, lamine casus?
 Namque ubi nulla fides hominum surgente tumultu
 Restabit Latio, venient in foedera Reges
 Externi, Ausoniasque volent sibi poscere terras.
 En ferus, en nostras veniens Alphonsus ad oras
 Adventu, et fama populos jam terret Hetruscos,
 Quem Pater omnipotens bello dedit esse superbum,
 Non ut fata Deum, non ut pia foedera solvat.
 Talia sollicitis agitabat pectore curis

495

505

510

515

Chalcoboum, Eurybromumque vocans, quicis talia mandat:
 Ite Iovis magni praecones cura, virumque,
 Alphonso et celeres jam nunc mea dicta referte.
 Non ego contra illum scelerata capessere bella
 Regnorum Patriae avidus concedere terram 520
 Constitui; me magna movens injuria martem
 Nunc aget Hetruscis agitare in prælia campis.
 Talia dicta tibi referunt: tu spornis et illos
 Et mandata Ducis. Scis hoc, Alphonse, nec unquam
 Mentitum magno genitum Jove. Talia Regi 525
 Dixerat Alphonso forti Jove natas Apollo.
 Ille super magni tanto victoris honore
 Corda parum tristri laetatus mente quievit. 530







BASINI PARMENSIS HESPERIDOS



L I B E R . S E X T V S.

Exultit interea radius ardentibus Orbi
Os croceum roseis inventa Aurora quadrigis.
Jam vero ante alios fortis Sismundus, et omnes
Victores longe Populonia tecta relinquunt;
Captivosque Duces, nec non fatalia secum
Castra inimica trahunt: ante omnes maximus aevo
Iphitus ibat, eques quondam, nunc colla catenis
Vinctus, iter duris pedes arripit, omnia Divum
Increpitans saevis crudelis Numina dictis.

Haec me, saeve Parens, aevo tolerare supremo,
Jupiter, optatos donaras impius annos
Scilicet ut felix quondam, nunc sorte supremam
Vana Fluentinis spectaculá Civibus essem,
Queis coram magnum quondam Nicca subegi
Viribus indomitum? Sat jam mea vixerat aetas
Q

Cùm ferus Aysonias veniens Alphonsus ad oras
 Bella nefanda tulit populis infausta Latinis.
 Tunc ego cruda novâ cingebar cana senectâ
 Tempora; tûm poteram dubio me credere bello.
 Nunc autem, incurvo bos ut vetus aeger aratro
 Raptus, Maconias ductor mactandus ad aras.
 Felix ille, mori laetis cui contigit annis!

Dixerat, et gemitus crebros captiva remittunt
 Pectora, quos Victor dictis sic ipse benignis
 Solatur, moestumque levat sermone timorem.

Magnanimi Celtae, tuque o modo queste superbam,
 Iphite, fortunam; quae vos dementia mortem
 Vana timere jubet? non hîc mea gloria, campo
 Quo victor fueram sed eo; nec bella tulisse,
 Celta tibi, nisi Rex nostras venisset ad oras.
 Nec vobis haec est injuria debita; verùm
 Alphonso, atque animis regnantûm semper avaris.
 Sic ait, et captos denso jubet agmine duci.

Ipse autem celeri per plana, per ardua passim
 Fertur equo paucis comitantibus. Invia pulsis
 Lustra reperta lupis, et odori monte molossi
 Montivagas agitare feras, cervosque fugaces
 Surgentes longe sublato in cornua collo.

Jamque dies geminos curis avulsus amaris
 Praeteriit studio tali, longumque peregit

20

25

30

35

40

HESPERIDOS LIBER VI. 123

Laetus iter, primùm muros cùm vidit, et urbem,
 Atque Fluentinas procelsa Palatia turres.
 Obvia Victori procedunt agmina Cives
 Innumeri. Qualis nigris cùm venit ab Indis
 Liber ad Ogygias currus Pater egerat oras, 45
 Obvia Cadmaeis occurrunt agmina portis:
 Talis erat positis pulchri Pandulphius armis.
 Laurea quin etiam portabant serta Senatus
 Longaeisque Patres, Victori praemia laudis,
 Antiqui decus Imperii, Vaticus, Ducique 50
 Munera, nequaquam non affirmata favore
 Majorum; quamquam non unâ ex fronde coronam
 Innexi dignos referebant laude triumphos.
 Quippe ferum Alciden velavit populus albis
 Frondibus; insanoque hederae sua serta Lyaeo; 55
 Ille licet totum monstris subduxerit Orbem,
 Ille triumphatos primus superaverit Indos.
 Fama sed antiquis magis et magis inclyta factis
 Prima fuit, multis Phoebum petuisse sagittis
 Terrigenam Pithona; soli qui jugera centum 60
 Ventre premens, famâ Grajas tremefecerat oras.
 Ille revolventes dissolvit arundine tortus,
 Et procul incurvans divinis viribus arcum,
 Misit in horriferas telum penetrabile squamas;
 Sibila praeterea ter colla volatile ferrum 65
 Q 2

Clausit, et undanti complevit sanguine guttur,
 Ac largo latos rubefecit flumine campos.
 Ille tamen contra, quantum vel Parthus in auras
 Projicit aethereas versam post terga sagittam,
 Tollit humo capita, et vastum dat in aethere gyrum: 70
 Tum sonitu ingenti, revoluto corpore, tellus
 Obstrepit, et subitae gemitum traxere ruinae,
 Templaque concusso tremuere Themistis Olymbo,
 E campoque gravi cessit Parnassus hiatu.
 Tum vero alma Jovis Latonae ac lucida proles 75
 Phoebus, in arma magis furit, et se se horridus ira
 Suscitat, ac totam revocans in praelia mentem,
 Spiculaque accinctus, circumtectamque pharetram
 Horrendum sonat, et jaculis obsistit amaris,
 Donec eum in solitam deturbat ab aggere terram. 80
 Ex illo Arcitenens pro tanto Phoebus honore
 Perpetuam laurum juvenili in vertice gestat,
 Vatibus, ac meritis Ducibus quae praemia quondam
 Una fuisse ferunt: facundae his gratia linguae,
 Illis grande dabant quod praelia ferrea nomen. 85
 Ergo utriusque pari pariter se fronde colebant.

Quare age, cur viridi cinguntur tempora lauro
 Expediam, et verae referam primordia causae.
 Laurus ut aeternum fondescit, et alta coruscat
 Sole sub aethereo semper vergentibus umbris, 90

HESPERIDOS LIBER VI. 125

Fama Ducum, ac Vatum viret indelebile nomen.

Talia Sismundo portabant dona superbi
Italiae Populi, quos magna Fluentia pascit.
Atque illi, ut proprius Victorem cernere magni
Alphonsi potuere, ferunt ad sidera laetis 95
Vocibus unanimes nomen, Pandulphe, superbū;
Atque tuas laudes; et te, Rex magne, coronā
Circumstant properi densā: quos inter honestum
Detectus caput in mediis tot millibus omnes
Excipit eximios ignotā a plebe Quirites; 100
Atque haec in mediis sic est effatus Hetruscis.

O veterum Gens prisca Virūm, quos dulcis in oras
Lydia Tyrrhenas transcripsit, et esse Ministros
Divorum quos Roma pios agnovit, ut omnes
Vos video, amplectorque libens! Ut sancta Senatūs 105
Ora pii tueor! Quo mens mihi fervet amore
Et laudare viros, inimicaque pectora saevo
Alphonso, et duris, quae gens est barbara, Celtis!
Quos quoniam cunctos campo devicimus uno,
Dent nobis laetos captā de Gente triumphos, 110
Exemplum cunctis certantibus inde futuris
Italiae Populis externa moventibus arma.
Et quoniam auspicibus parta est victoria Divis,
Templa coronentur festis florentia sertis;
Namque Jovi libare placet. Vos tempora lauro 115
Q 3

Cingite laeta, quibus victoria laudis honorem
 Hunc dedit: ite alacres, datur haec pro laude corona,
 Excitet ut seros haec fama futura nepotes.

Dixerat, atque uno Proceres sermone favebant,
 Assensusque pares pennatâ voce ferebant. 120

Nec bonus adsperrans omen Pandulphus amicum
 Iavitat nitidis indutos vestibus ipsos
 Primores Lydos, albâque in veste Senatus
 Curribus auratis intentus, equique nivali
 Stant candore pares, et fraena sonantia duris
 Dentibus evolvunt calidis ferventia spumis. 125

Quatuor Anchisae de gente celerrima proles,
 Quod genus e rapto Ganymede volatilis ipse
 Jupiter in terras coelo demisit aperto,

Et Regi poenam Trojano, et praemia Nati
 Reddidit; acer equas Boreae de gente profectas
 Suppositas furto cupidis admovit equis Rex

Anchises hominum, clam Laomedonte: nec ante
 Victor abit, tantâ quam duxit origine plenas
 Dardanium ad fluvium, tondendaque prata solutis
 Reddidit: hinc fortes generoso sanguine nati 135

Bisseni auripedes ante Euros ire parati,
 Et pedibus siccis rapidum superare Scamandrum;
 Quem vocat et Xanthum Superum chorus: inde creatos
 Quatuor Aeneae Genitor dedit inclyta circum 140

HESPERIDOS LIBER VI.

127

Moenia Dardaniae currus agitare superbae,
 Quos Sthenelus victor magnum Diomedis honorem
 Duxit ad Argivos fortis, Grajumque phalangas.

Hos Aetholus equos profugus mox Apula praeter
 Littora, et antiquos egit Calydonius Harpos:

Hac et stirpe sati juvenes, quos Apula pascunt
 Rura, pari ingenio, veloces, certaque eorum
 Cognita progenies nostros manavit ad annos.

Sanguinis hujus erant Sismundo dona jugales
 Impavidi, et prisco generis candore decori.

His gravis argento currus juga tendit et auro,
 Tum radiis octo fulgentibus aere; sed illis
 Ferreus axis ineat; aeterna volumina curvae

Ferrea versa rotae, vestigia cana polito
 Limite, et argento fulgent capita aequa superbo

Plemnarum; at currus micat aureus, asper, et altis
 Quatuor actus equis. Talem descendere currum

Dux Pandulphiades elatus honore supremo
 Jussus erat vario a Populo: nam rumor in omnem

Italiam trepidis jam tum se fuderat alis,

Qua pater aethereas tumet Apenninus ad auras,
 Atque utrumque videt dejectum vertice pontum:

Fama virum Deus est, quae multa per ora voluta
 Ingentes Populos, et magnas fertur ad urbes

Saecula prona sequens, et in omne renascitur aevum.

148

150

155

160

165

Ergo aderat Latio e multo delecta juventus
 Conspectura Ducem, et miros visura triumphos;
 Et quacumque Virum pressis gestaret habenis
 Currus, erant passim variâ regione locati.
 Tunc et aperta sonant rauco certamine Templa.

170

Prima dies victi pandit tentoria Regis,
 Armaque Celtarum laetam monstrata per Urbem,
 Telaque capta ferunt lato fulgentia ferro.

Tum galeasque graves, tum scuta micantia fulvo
 Aere procul, clypeosque leves, ocreasque, jubasque,
 Ac thoracas, equum ter quinque sonantia fraena
 Alphonsi ex auro; una equiti quae gloria longe
 Dulcis, quoque decus quondam fuit, atque vetustae
 Caesa ferunt Celtis patriae monumenta relictæ.

175

Post haec argento solidos crateras, et auro,
 Poculaque, et miris portabant cymbia signis.

180

His consumptus abit cunctis memorabilis annis
 Ille dies; croceo sed enim cum Phoebus olymbo
 Postera frugiferis referebat lumina terris,
 Jam tum rauca procul; neque enim jam mite canebat 185
 Classica, nec tenui comitata est tibia cantu;
 At Cives hesterna petunt loca sedibus altis.
 Tum Matres studiis ingentibus, atque puellae
 Innuptae, celsis magnum per inane fenestræ
 Despectant Proceres, ipsum simul agmine Règem

190

- Vestigant oculis: pauci crateras habebant
 Tempora verbenâ praecincti candida laetâ,
 Ante aram intonos exulti flore capillos.
 Aurea quin etiam gestant carchesia sacris
 Vasa decora pîs: Alphonsi maxima post hos 194
 Pocula, quae campo cepit Pandulphius aequo,
 Tum vestes, habitusque novos, et barbara gentis
 Tegmina portabant juvenes, laetique fremebant.
 Post hos Alphonsi vehitur turbantis imago
 Quadrijugo insignis curru, fidique ministri 200
 Post currum, et capti Tyrrheno in littore Iberi.
 Iphitus ante alias Celtarum maximus aevo,
 Altera qui multis vivebat saecula lustris,
 Atque illi fuerant dudum confecta senectâ
 Mortua saecla, quibus fuerat nutritus; et ortus; 205
 Ille simul senior tali se laude superbus
 Anteferebat: ubi captos respexit Iberos
 A tergo, et miserum vidit procedere vulgus:
 Jupiter, heu patrias quantus, Pater, occupat oras
 Luctus! et extremum miseram Taracona fatigat! 210
 Quin et Getuli, nullis gens inclita fraenis,
 Et Numidae, atque alii, terris quos omnibus Afris
 Vicimus, Ausonio tandem gratesur honori.
 Nam quae firma fides? quando fortuna superbos
 Celtarum populos Latii servare triumphis 215
 R

Ausa magis, quam nos tepido domuisse sub Austro;
 Aut qua magnus Altas celso caput urget Olympo?
 Hac regione, Pater Divum, si marte domares,
 Nos periisse velim, gens est ubi barbara facti
 Inscia praeteriti, monumentis cassa paternis.

226

Sic ait: at post hos septem gestare coronas
 Regnorum Alphonsi jussit Pandulphius heros
 In niveis sublimis equis, chlamydemque rigentem
 Indutus, fulvo manibus quam texuit auro
 Diva puellarum miris Isotta figuris
 Incipiens densos Divum praetexere amores,
 Flumineaque Jovem cygni vestire figuram,
 Mollibus in squamam plumis haerentibus, alis
 Ad gremium Leda quoties lusisset apertis:
 Phoebus uti magno Daphnes incensus amore
 Flumina transierit rapido Peneia cursu;
 Illa velut passos nivea cervice capillos
 Defundi a tergo placidis dimitteret auris.

225

Hoc decus, hanc speciem variaverat arte Puella,
 Illa eadem felix Sismundo juncta superbo,
 Cujus ob egregiam formam, moresque, genusque
 Jupiter incaluit; toto discordia caelo
 Orta, Deos agitans errabat: at ipsa Puella
 Consilio Divum, dulcis dum vita maneret,
 Esset Amatoris primi, defunctaque vita

230

235

240

HESPERIDOS LIBER VI. 131

Diva Jovi aeternum caelo se jungeret alto.


Tali veste decus Latii immortale recepti
Gentibus a diris vitor, multaque verendus
Majestate sedens, ramum viridantis olivae
Signa bonae pacis dextrâ gestabat; at altum 245
Serta caput tenui mordebant laurea nodo.

Itala post celsis veniebant agmina signis,
Et classes equitum pariter, celerosque ministri,
Atque omnes pariter laudes, et carmina magno
Pandulpho referunt. Qualis cum, Phoebe, relictâ 250
Delon adis Lyciâ, resonant juga montis, et altus
Cynthus, et impulsum late fragor urget Olympum;
Talis erat strepitu in medio Dux magnus, et ora
Insignis, laetam tali penetrabat in urbem
Ordine: sic demum magni modus esse triumphi
Tum Pandulphiades curru sic fatur ab alto.

Nos alias ire ad pompas, praeconia landum
Altera, dura quidem, sed non inimica trophacis
Das, Fortuna, meis; quando licet aequa venires,
Invidiâ tamen obliquâ, cui plurima adhaeres, 265
Invidisti animas Procerum tot lecta meorum
Pectora; quos dulces possent ne cernere ludos
Abstulit illa dies, quae prima in bella vocârat,
Aut in fata magis, sic Di voluistis, acerba
Ante diem: hos equidem digno sine honore relinqui 265
R 2

Crediderim esse nefas: neque enim sine laude jacentes
 Procubuere prius, nostri quam parte triumphi
 Esse suis possent meritis. Qui sanguine mecum
 Hausta suo magnis decorarunt praelia factis,
 Indecores ne sinam dignos majore quotannis 270
 Laude viros? nullis referentur digna sepulchris
 Praemia? nullus honos? meritos nec fama sequetur?
 Hinc bona libertas ex quo reparata superbis.
 Lydorum populis nomen Reparata per annos
 Templa soneant cunctos; hujus quoque nominis esto 275
 Ille dies festus, memoret qui facta cadentum
 Finito hoc bello Procerum, ludique per urbem
 Libertate animos pro carâ in maxima semper
 Facta vocent. Primi vos hunc indicite morem,
 Praemia sint veterum, et populis quae exempla futuris, 280
 Principiumque mihi tanti nascatur honoris.
 Praeterea memores nostri, Gens aqua, triumphi
 Ferte Fluentini venturis digna quotannis
 Praemia victori; superet quicunque fugaci
 Vectus equo juvenum: verum haec ea praemia sunt 285
 Intextum villis ostri velamen et auri,
 Munere quo merito cursum dignemur euestrem.
 Sic Pandulphiades: populi laudare faventes
 Et firmare diem. Sed postera visa sequenti.
 Ordine prae cunctis celebrandis optima ludis. 290





HESPERIDOS LIBER VI. 33

Jam late somno se corpora fessa laboris
 Oblitorum hominum dederant, placideque sepose.
 Lenibant duras tranquillo pectore curas.
 At vero Alphonsus praecips, insomnis, amicam
 Parthenopen, fidusque gravi certamine testas 295
 Tendit adire: levis quamquam, tamen aura volantem
 Impedit, adversique vetat concedere venti.
 Ut tandem optatam tetigit miserabilis urbem;
 Ingemuit, moestasque fusens dedit ore loquelas.
 Hoccine principium Regnorum? Externa petebam 300
 Quaecumque, atque Italas audebam poscere terram.
 Nulla movere loco potuere superba probari
 Facta nefanda Viri; nec me jam vincere amicis
 Antiphates verbis, cuius si credere mallem.
 Consiliis, equidem nostram Rex tatus ad urbem 305
 Hanc debellatis remeassent victor Hetruscis.
 Sed fortuna Deum, et votis contraria nostris
 Fata Jovis prohibent. Dixit, celumque petivit,
 Multa gemens, Arcem muris quam fecarat ipse,
 Aeratasque fores, pontesque aptarat ahenos. 310
 Hic ubi nocturnus dubiis se condidit umbris,
 Custodes arcis primum, fidosque clientea
 Adstantes reducem circa, lacrymasque tegentes
 Solatur vultu placido; Natumque dolentem
 Post vocat a densis juvenem Pherinanta ministris, 315

Raraque deductis referebat verba loqueli.

Nate, mihi longâ vitae jucundior aurâ,
Nate, decus nostrum, quo sospite regna relinquo
Non dñum Itala externis avidus considere terris,
Non tamen unus edet cunctos Sismundus Iberos.

320

Herculea haud potuit duras vis vincere Parcas:
Usque adeo nihil est miseris mortalibus unquam
Perpetuum; nosmet vario spectemus ut aevo.

Omnia sunt nostris loca debita marte trophaeis,
Qua tepet Oceani, qua caerulea Tethyos ora,
Nunc autem paucis, succumbere nescius olim
Ter tantis, totidemque, trahor, Fottuna, tuâ vi:
Usque adeo laeta est Superûm lasciva potestas
Casibus humanis; neque enim sine mente Deorum
Mirandis alterna modis variare videmus

325

Omnia, crede mihi; verùm Pater ipse superno
Limine fixus agit sortes et fata sub alto
Aethere, tūm varias gaudet mutare figuræ

Omnipotens, ut quippe fuat qui solus, honorem
Conveniat reddi cui tantum, et praemia rerum
Omnia; nec laudi esse locum mortalibus ullis,

335

Aethereo sed cuncta Jovi debere, secundo
Quae sunt gesta Deo. Si Jupiter ipse jubebat
Surgere, cui Fato volventi pareat omnis
Italia, et priscâ deductus origine sanguis

340

HESPERIDOS LIBER VI. 33

Lydorum, Troumque genus, veterumque Pelasgum,
 Qui terras primam quondam coluere Latinas,
 Cum Jove victor eat patriis Sismundus in oris.
 Quod si Fata vetant Latio considere Celtas,
 Sunt mihi diversis septem diversa sub oris 345
 Regna, quibus liceat tutam dedicere vitam.

Haec ait Alphonsus, contra cui pauca remittit
 Filius. O Genitor, quid te fortuna diebus
 Infractum paucis jubet indubitare? fatebor
 Vera equidem, neque te diversa ambage tenebo. 350

Ipse ego magnanimum Pandulphum in bella vocabo
 Quae velit; ac jam nunc fluvios spectare cruentis
 Caedibus undantes video, totaque sub armis
 Ausoniam, et duros Tyrrhenio in littore Celtas.
 Nec nostri tu causa mali; sed maximus ille, 355
 Maximus ille Deum, ac duri vis ferrea Fati;
 Aut Fortuna quidem melior, si vulnere primo
 Funditus interiit, nec adhuc spes ulla medendi est;
 Cedamus Superis, et, agunt quo fata, sequamur.

Talia dicta volant juveni, cui maximus Heros: 360
 Di tibi, quando animos tales gestare dede runt
 Pectore, tale ferant optatis robur in armis.

Haec dum verba pio referunt sermone viciasim,
 Exiit Oceanum rocis Aurora quadrigis.
 Jam vero in coetus Sismundi ad limata multi 365

436 BASINII PARMENSIS

Lydorum adstabant; aliū frænare jugales
 Insignes cursu properant; pars lata viarum
 Straçta superba tenent: tecti Pandulphius heros
 Ut vero gradibus primùm se mittit ab altis
 Ançe alios, stupere viri, matresque, nurasque,
 Innuptae, nuptaeque simul, juvenesque, senesque.
 Chalcobouma ille celer præmittit in agmina fidum
 Praeconem, argutā qui personet omnia conchā,
 Nunciet ut cursus cunctis animosus equestres.
 Haud secus ille facit celerans ac jussus, et urbis
 Innumerā clangore vias opplevit, Hetrusci
 Quo clamore ruit trepidi: tum quatuor ipse
 Ducere jussit equos, phaleris quibus aurea pulchris
 Pectore signa micant solidis fulgentia bullis,
 Primus erat sonipes Sissaundi præda potentis,
 Alphonso rapuit campis quem victor Hetruscis,
 Insignis cursu ante alios, quem miserat olim
 Rex Numidūm Alphonso reddendi insigne tributi.
 Vectus eo celeres verebat in obvia cervos
 Agmina anhela canum, latratuqæ alta sonabant
 Littora multivago, et fremitu nemora atra gemebant.
 Ast alios nec tantus honos, nec fama secuta est,
 Ignotis prope jam Dominis: tum quatuor aequis
 Viribus hos pueri pressere, manuque flagellum
 Arrectis tenuere animis, laevaque fluentes

370

375

380

385

390

Colla per ante jubam tremulae cervicis habenas;
 Et jam carceribus vario clamore reclusis
 Fronte pares trepidi arrectâ pede dura sonabant.
 Rymphus habet laevam sonipes Pandulphius, atque
 Cyllarus, insigni dicit quem corpore Picus; 395
 At dextrâ gemini Dorylas, et Daedalus impar
 Corpore, verùm habitus cursu non vilis equestri:
 Ac pariter cuncti spatiâ aequa, et signa relinquunt
 Aitibus similes pernicibus, aethere ab alto
 Nubila quae tranant veloci turbine magno 400
 Cum sonitu, et teneras rumpunt stridoribus auras.
 Haud aliter referuntur equi, primoque favore
 Attritas legere vias, puerique micanti
 Corde fremunt, et equos ad praemia cognita flectunt
 Verbere continuo: superas it clamor ad auras. 405
 Tum studio ingenti certant, duetoque flagello
 Nunc equitem, nunc terga notant fugientis Ephebi;
 Et mala verba volant nunc hos, nunc irrita ad illos:
 Tum pariter glomerata fugâ vestigia caeco
 Pulvere magnanimûm longe populantur equorum: 410
 Jam loca visa procul pulvisque, oculique sequuntur
 Spectantûm juvenum, et vario clamore faventûm.
 Ecce propinquabant portae, pariterque volabant,
 Cùm sonipes longe Pandulphius ante frumentos
 Tres abit, acer eques sequitur quem Picus; at olli 415
 S

138 BASINII PARMENSIS

A tergo gemini instigant clamore priores.

Vix primi ameto linquunt vestigia cornu

Pulvere pressa cavo, delent simul illa sequentes;

Aut magis aere cavant; adeo calcaribus urget

Alter et alter equum, pariter fuga turbida campo

420

Tollitur, ac sonitu populata reverberat arva,

Alterutroque pedum tremit excita terra tumultu:

Porta relictâ fugâ postquam dedit ampla patentes

Omnibus una aditus, tûm vero undantia denso

Pulvere lata vident longarum strata viarum:

425

Ergo omnes referunt se se sub tecta, viasque

Deseruere datas; veluti cùm turbidus Auster

Impulit in pelagus volitantia nubila longe,

Quae ponto referunt venti Tyrrhena moventes

Aequora nigra proeul: tenuit defessa timore

430

Vix genua, ut vidit curvo de littore pastor;

Tûm pecus ipse tremens cava sub spelaea reduxit;

Rymphus Herum ut vidit, stimulis agitatus acerbis

Evolat, et Zephyris, et Iapygis ocior auris,

Optatamque tenet primo certamine metam.

435

Pice, secunda tenes victor loca; tertius

Daedalus ingenio; Dorylas pudibundus in omni

Plebe petit latebras, studio cui deinde vocato

Dona dedit magni solamen triste doloris

Auratam chlamyden Sismundus; at aurea vobis,

440

HESPERIDOS LIBER VI. 139

Daedale, per varias velamina sécta figuras,
Et tibi, Piee, dedit medias, laetissime, partes.

Haec ubi gesta, viros dimittit, et aureus acri
Vectus equo celsas Patrum se vertit ad aedes
Jam Sole hesperias dudum labente sub undas.
Nec minus ante alios trepidi venere ministri,
Qui cererem plenis statuant et pocula mensis
Laetitiae cunctis mortalibus aurea Bacchi
Cymbia: secta ferunt variarum terga ferarum.

445

Postquam pulsus amor vescendi, carmina eburnâ 450
Effudit Clythius citharâ, quae laetus Apollo
Integrat, et mensis canit haud ingrata Deorum.
Circumstant Proceres arrectis auribus: ille
Ingeminat solitum digito redeunte tenorem,
Atque eadem repetit numero modulatus eodem;

455

S 2

BASINI PARMENSIS HESPERIDOS



L I B E R S E P T I M V S.

JAM domiti somno dederant sua membra sopori
Lydorum Proceres; sed non Pandulphius heros,
Diversis agitans animis quae bella gerenda,
Quae ponaenda forent; justisne invaderet armis
Parthenopen, duris an se se inferret Iberis
Ausonias extra deducto milite terras.

Omnia sollicito volvens quae pectore, tandem
Demisit dulci juvenilia membra sopori;
Cimmerium Genitor ~~lactis~~ cùm pulsus ab arvis
Visus adire sui certissima pignoris ora,
Atque his affari natum cum vocibus ipsum.

Nate decus nostrum, Sismunde, celerrime Regum
Cunctorum ad magnas ventura in saecula laudes,
Accipe Pandulphi Genitoris amica lubenti
Jussa animo, et memori dicam quae mente teneto.

10

15

HESPERIDOS LIBER VII. 141

Est procul Oceano in magno, quam nomine duri
 Fortunatam homines, Superi dixere Béatam,
 Insula, quâ Zephyri proles Psycheïa regnat,
 Quae tibi, Nata, viam, duros quâ vincere Celtas,
 Alphonsique alios iterum sperare triumphos, 20
 Nec minus invisas possis Taraconis ad oras
 Ire dabit Vates venturi praescia Fati.
 Huc te, Nata, refer; nam te nec spernet amantem:
 Hic sibi Fama tenet templum Dea magna virûm vox.
 Post ubi purpureos inviseris ordine lucos, 25
 Qui tibi perpetuo lucescent sole, ubi campi
 Elysii memorantur, adis contraria Montis
 Transgressus latera intrepidus; sed eo ire memento:
 Namque ibi perpetuis tellus absconditur umbris
 Nocte superjectâ, quam non ferit aurea lampas, 30
 Nec Phoebi croceo fulgor nascentis ab ortu,
 Seu supra terras, seu se libraverit infra.
 Talis opaca silens apparet noctis imago
 Turbida, nec dubiam patitur rarescere lucem.
 Hic ferrugineæ nigrâ formidine sylvæ, 35
 Et caligantes aeterno horrore tenebrae:
 Hic via, quam nigram Superi dixere, sed usque
 Illa trahit stygias Erebi implacabilis umbras,
 Atque in tartareos Manes immittit hiatus.
 Hic quicumque nefas furiis immane secuti, 40
 S 3

Quique fidem, et vanâ violarunt foedera lingua.

Quin tibi terrigenum in memorabit dura Gigantum

Supplicia, et Tityi jecur insuperabile rostro

Vulturis, et saxum, gestat quod Sisyphus, ingens,

Sisyphus Aeolides lucri cupidissimus omnis,

Tantalus ut stygiis latices sittit impius undis,

Ut Danai natas maculosa cribella fatigent,

Ut rota praecepitem rapidis Ixiona ventis.

Haec te, Nata, docens in Templa superba reducet;

Hic Heroës erunt Alcides maximus, atque

Bellerophontaci decus insuperabile monstri,

Et quicumque piis coluerunt sancta Camoenis

Carmina, qui rerum causas novere, Jovisque

Consilium, atque vias semper volventis Olympi,

Et qui divitias aliis posuere repertas,

Qui pauci nemora alma tenent, quos verus honestae

Cultus amicitiae longis exercet ab annis.

Hos inter Pyladen, ipsumque videbis Oresten,

Thesea, Pyrithoumque simul, nec parvus agetur

Noster honos, nostrumque genus, quod solus Olympo

Aequasti magno; neque enim pudet ista fateri,

Nata, tibi: quamvis nostrum quoque nomen et ingens

Atque illustre fuit, qui Gallica Regna subegi.

Dixit, et in tenues fugit intractabilis auras.

At Juvenem attonitum liquit Sopor, ossaque mulso

45

50

55

60

65

HESPERIDOS LIBER VII. 143

Cum sudore tremor summos erexit in artus,
 Obstupuitque animis ingentibus, atque micanti
 Corde fremens, tacitis vigilat turbatus in umbris,
 Omnia magnanimi secum p̄aecep̄ta Parentis
 Mente movens tacitā, Libyas an naviget oras, 70
 Anne per Hesperiae populos ignotus ut hospes
 Cimmerios petat arte locos. Sententia menti
 Visa viro melior Cyprum simulare repostam
 Cernere velle, procul Cleophaeae moenia Natae
 Visere, quae Cypri Regi gratissima Conjurx 75
 Una fuit, Cleophe, mediis quam pulchra Mycenis
 Edidit in teneras jucundi luminis oras,
 Quam Pater Italiā Grajo dedit ire Marito
 Foedere cognati priscos dignatus Achivos
 Sanguinis optato Malatesta superbus: at illam 80
 Grajugenūm patrias Rex amplius abegit ad oras.
 Ille ut visa satis digna haec sibi causa propinquae
 Visendae, simulare vias, atque aequore cursus
 Flectere spumigeros patrias exardet ad urbes,
 Scandere magne tuum caput Apennine, suasque 85
 Sismundum ad patrium celsas descendere ad arces.
 Ac velut acer equus subitis calcaribus actus
 Improvisi equitis glomerata volumine crura
 Tollit humo, alternans eadem, referensque, ferensque;
 Talis in ambiguas Heros sua pectora curas 90

Dicit, et ingentes animorum pandit habenas
 Praeceptis longe patriis, sylvasque beatas
 Optat adire animus, multamque in singula noctem
 Absumens, placitis capitur circum omnia curis;
 Nunc volat a toto mens corpore, laetaque magnum
 Praevidet Oceanum, rursumque in littore Celtas
 Tyrrheno, atque Italica cernit considere terris,
 Atque iterum se se laeto clamore vocari
 Defensorem Italae per magna pericula Gentis
 Omnibus Ausoniae a populis trepidantis: imago
 Venturi praesaga Virum ter talis ovantem
 Liquit; et illa quater mentem subiisset, et omnem
 Explisset numerum venturi praescia Fati,
 Ni strepitus juvenum vario sermone loquentum
 Fecissent lucis memorem; nam pulchier Eōo
 Lucifer actus equo roseum transcenderat axem
 Aurora, croceo lustrabat ut aethera curru.

Hic posquam thalamum fidi intraveré Ministri
 Surgit, et exiles tunicas indutus amictu
 Purpureo, chlamydemque super circumdatus auro,
 Hinc ad Nobilium miranda palatia Patrum
 Magnanimus Pandulphiades comitante Senatu
 Tendit; et ut merito grates egere, quod illis
 Libertatis honos Sismundo carus ab uno
 Redditus, aeternos Populis duraret in annos;

95

100

105

110

115

Plurima praeterea redduntur munera; vestis
 Aurea, tum lapides extremo Oriente petiti,
 Tum phalerae insignes, trepidum oblectamen equorum,
 Atque auro quinque ex solido mira arte fibebtes,
 In medio quorum saevi mugire leones, 120
 Atque videbantur patulo consurgere rictu.
 Talibus exsultans donis Pandulphius heros

Urbe Fluentinâ patrias concessit ad arces.
 Tum geminis populos Natis parere jubebat
 Flaminios, ac magnanimo Picena Roberto 125

Oppida, tum pulchro Malatestae Regna vicissim
 Fraternâ ditione regi, jam per matre donec
 Caeruleum fidus rursum remearet ad oras;
 Bissenosque viros urbe unaquaque legendos
 Instituit, quibus Imperii jus omne regendi
 Permisit, fidos Regno, Natisque ministros. 130

Eximit extemplo multis de navibus unam
 Insignem, et celeri facilem quam remige norat
 Quinquaginta hominum numero, quos saepe sonoris
 Fluctibus Hadriacis ventoso exercuit alto. 135

Quos ubi delegit, vestes, et vina, cerasque
 Tosta focus posita est curvae spes magna carinae.
 Postquam constituit tumido se credere ponto,
 Littore discedens notos affatur amicos:

Vobis nostra, viri, commendo pignora, donec 140
 T

A Cypro patrias remeāro victor ad urbes.

Vix ea; cùm ferro retinacula solvit acuto
 Caerula salsa secans spumosi dora profundi,
 Pontivagoque dedit sinuantia linteal malo,
 Surgeātem a patrio respectans culmine fumum;
 Jucundos colles, et laeta cacumina Colchi
 Montis, amoena videns optandae littora terrae.
 Sed postquam longi Patriam abscondere reflexus,
 Horruit, et totis genua intremuere medullis.

Jamque dies totos viginti absumit eundo
 Dorsa super rapidi maris horrida, et humida ponti
 Aequora, cùm Siculos verrebat remige fluctus.
 Hic jubet ignaros comites dare vela furenti
 Tyrrheno, et Libycas cursus inflectere ad oras.
 Obstupuere viri Cyprum quòd linqueret ipse:
 Jussa tamen trepidi nullo cunctante facessunt;
 Nec minus antennis detorquent vela volutis.

Quos ubi jam medio vidi versare profundo,
 Nec minus ignotis distendere linteal ventis
 Jupiter, unanimes cogebat in aethere Divos.
 Convenistis eo, vasti qui caerula ponti,
 Quique procul caelo terras habitatis amoenas,
 Atque omnes alii, praeter quem nomine cuncti
 Neptunum appellant; dapibus nam solus edendis
 Aethiopum ad fines primos venit usque piorum.

145

150

155

160

165

HESPERIDOS LIBER VII. 147

Quo sine tunc aliis simulato pectore Divis
 Jupiter haec: Evidem, Superi, mortalia rebar
 Corda virum caeli strepitus horrere frementis
 Interdum, et saevâ mitto quae fulmina dextrâ,
 Murmura purpureo referunt quae plurima ponto,
 Quae terris latè incumbunt, quae nubila rumpunt.
 Plura ne terrigenae scelerum meruere Gigantes.
 Fulgura, frondosâ cùm stringere Pelion Ossâ
 Conati, aeratisque Deos avertere tectis?
 Nam mihi Phlegraee succurrunt praelia pugnae. 175
 Ecce mari medio parvâ celer ipse carinâ
 Fertur ad Oceanum patriis Sismundus ab oris,
 Regnaque visurus secreta, beata reviset
 Arva virum, atque alium penitus se cernet in Orbem
 Transmissum, et tacitis mirantem cuncta sub umbris. 180
 Tertia pars rerum restat; caelum ne petetur
 Arte aliquâ, Divi? Sed enim tua fulta, Prometheus
 Causa mali fallax tanti, mortalibus ignem
 Ausus ab aethereo Solis depromere curru,
 Ingenium varias flexisti primus ad artes; 185
 Haud impune tamen, poenas si vertice pendis
 Caucaseo, atque avibus semper decrescis avaris:
 Haec te digna manent antiquae praemia laudis.
 Quare agite, o Superi, quando huc accèsse jubebo
 Concilium in magnum cunctos, sententia quae sit 190

T 2

Dicite cuique mihi; neque vos mora longa silentes
 Dique, Deaeque diu teneant: submergere puppim
 Vultis, et audaces disperdere gurgite nautas?
 An ne suâ potius juvenes nos forte sinamus
 Coepta dare undisono temeraria carbasa ponto?

195

Hic Dea Sismundum semper quae prima fovebat,
 Surgit, et ausa loqui dictis ita Pallas apertis.

Quale tibi verbum, Divûm Pater, excedit ore?

Queis animas puro largiris ab aethere, nondum
 Fas habeant homines illam exercere Deûm vim,
 Munere quippe tuo concessam, unde omne repente
 Ingenium in terras claris defluxit ab astris?

200

Hujus causa Pater, veniam da, Summe, fuisti
 Incoepsi, ut melius meministi cuncta; nec ipse

Japetionides omnis fuit artis et auctor,

205

Et tanti tibi causa mali; mortalia namque
 Pectora nulla modo pateris torpere paterno.

Ingenio ne acri Vulcanus ut arte, manuque

Insignis, mecum caelo tibi missus ab alto?

Nos ideo ignaros homines ut condere tecta,

210

Atque domos sylvis doceamus habere relictis?

Pro ne etiam magno mortales nulla labore

Praemia? nullus honos? meritos nec fama sequetur?

Nam simul atque dolis Epimethi munus inquis

Mercurii variis decepto mittere verbis

215

Jussisti Genitor (neque enim secus ille petisset
 Munera fraterno monitu firmatus), ut omnis
 Plena mali tellus; plenus sit pontus , et aër
 Ipse vides; nam praetereo mutata repente
 Saecula, quae retro in pejus sint versa fluenti 220
 Tempore: quae quoniam miseris mortalibus esse
 Talia cuncta jubes , spatio quod restat iniquo
 Fas homines habeant aliquid tentare superbum ,
 Inventumque citae quod tangat acumina mentis .

Sic ait , atque uno Superi sermone favebant , 225
 Assensuque pares pennatâ voce ferebant .

Hic Pater omnipotens alio Saturnius ore ;
 Injicie haec animis quae sint non irrita vestris.
 Nunc ego terrivagos homines ; quando unâ voluntas
 Vestra jubet magno miseros impune profundo, 230
 Vela dare , ignotis et credere corpora ventis;
 Sulvo equidem nostro , jam nunc audete , timore .
 At mea si diris incusent numina dictis
 Praeterea , et causas dicant nos esse malorum
 Illorum , quae multa pati dementia coget 235
 Se sua , suppliciis poenas mihi reddere justis
 Morte obitâ Manes tali sub foedere jusso .
 Acacus Aeginae partu mihi redditus , aequi
 Filius ille tenax , nostrum genus , arbiter Orci ,
 Et Rhadamanthus erit justo cum fratre malorum 240

T 3

Ultor, et in tenues graviter qui saeviat Umbras.
Talibus humanis Superi de rebus agebant.

At feras indomito languentia corda furore
Tunditur, et varias Alphonsus inardet in iras,
Tristia perpetuis absumens pectora curis.

245

Infelix! magni qui non Victoris honores
Nesse prius, nec iter potuit tunc ille profecti
Sismundi ad patrias Taraconis, ut hospitis, oras:
Sic Parcae voluere, Deumque aeterna potestas,

250

Et Dea Gorgoneos quae sustinet Aegide vultus.

Quae pia Sismundum mediis ut vidit ab undis
Littora ad optatae Taraconis vertere puppim

Caeruleam, et placidis pandentem lintea ventis,
Exspectat pavidos deserto in littore nautas

255

Nulli visa prius, primas quam tangere terras
Incipit, incultaque procul tellure vagari

Quaerenti similis varias in littore conchas
Pauperis ipsa viri, tergo projecta fluentes

Hinc, atque hinc vestes. Quam postquam maximus Heros
Vidit ab aurifugâ lustrantem littora prorâ,

260

Imperat ad terras parvam deflectere puppim,
Et procul; hospes, ait, Di quae tibi cara requiris

Omnia grata ferant cumulatis munera votis.
Est casa, quam fessis possim requiescere membris;

Ulla tibi? quando huc pelagi jactatus amaris,

265

HESPERIDOS LIBER VII. 151

Fluctibus, in solas venio miserandus arenas.

Sic ait, et puppi Juvenis descendit ab altâ.

Talibus huic contra sic est effata Minerva:

Aude animo; neque enim solus magnosque labores;

Et pelagi longis odium perpessus in undis 270

Venisti magnam pulchrae Taraconis ad urbem;

Nec solum te unum miseratus mente recepi

Cladibus a variis: neque enim de gentis Iberae

Est populo quisquam, qui me magis orbe vagantes

Juverit, atque opibus parvis; nam pauperis agri 273

Sum Dominus, semper cunctos miseratus egenos.

Ab Jove gens hominum cuncta est, et pauper, et hospes,

Qui mihi sunt curae non jam minus atque Potentes

Terrarum, et Reges: quare haec mea tecta subito,

Parva quidem, sed fida tibi; procul, adspice, longa 280

Est via, quae nostram dicit Taraconis ad urbem.

Huic contra placido fatur Pandulphius ore.

Hospes amate Jovi, atque animo spes maxima nostro;

Nunc tibi vera feram, quando mortalia egeni

Hospitis acta movent animum, facilisque videris, 285

Nec tibi barbaries ulla est; verum omnia forti

Membra viro similis, nec hebes, sed vivida cui sit

Vis animi, atque fides verbis non vana modestis.

Venimus a priscâ magnae Carthaginis urbe;

Sed mihi nec comites fidi, nec navis eunti 290

Ista fuit, quam tu deserto in littore cernis ;
 Quandoquidem Ausonias cupiebam attingere terras ,
 Optatumque Patrem , dulcesque ante omnia Natos ,
 Conjugis et caraे lacrymas spectare tepentes ;
 Quos ego forte malâ pelago jactatus acerbis
293
 Casibus ignaros infandâ clade fefelli ,
 Mercibus amissis , sociis , fidâque carinâ
 Syrtibus in mediis Libyaे ferventis ; at hi me
 Accepere suâ , fuerint quicumque , carinâ .
 Quare ego linquere eos statui , pedibusque superbæ
300
 Tendere iter pulchram malim Taraconis ad urbem.

Sic ait; et grates sociis , velut advena , reddit
 Edoctis primùm quid agant ; tūm Diva dolo se
 Circumventa magis mortali laeta figurat
 Adsimilem , atque casae Sismundum ad tecta reducit .
305
 Ille leves tuguri juncos intexta salictis
 Culmina quadrifidis concussit vertice summo .
 Tum Dea , tum placidis hortatur amica loqueli :

Munera sume libens magni non magna laboris ,
 Munera parva quidem , sed non ingrata ferenti ;
310
 Nam tibi plura darem , si Di mihi plura dedissent .
 Haec mihi parta ceres toto non amplior anno ,
 Haec quoque cornigeri sunt mitia dona Lyaci ,
 Haec ubi fata , dapes quos cepit Iberus lolas
 Piscibus adpositis mensâ jubet esse salignâ.
315

Vescitur Ausonidum fortissimus, atque Dearum
 Maxima. Longus amor postquam tenuatus edendi est;
 Nondum Sismundi cupidis saturata medullis
 Pectora perquirunt aditus, et scire locorum
 Difficiles, facilesque vias, et barbara Regna, 320
 Factaque per multam scitatur plurima noctem;
 Alphonsi quis Regna probet, quibus urbibus ille
 Carior; an metuant Sismundi bella potentis.
 Illa autem cupido declarat mente fideli
 Omnia; tum magni Pandulphi marte superbos 325
 Hesperiae populos duris cecidisse sub armis;
 Illum autem forti cum milite protinus Alpes
 Adfore trans gelidas, cum primum cana soluto
 Bruma gelu totas fluviorum oppleverit undas:
 Tum vario trepidare metu Taraconis et Urbem, 330
 Celtarumque domos, Hispanaque tecta labare;
 Tangere nonnullos aras, aliosque supinis
 Vota Jovi manibus tacitis effundere verbis.
 Talia per noctem Pandulpho Diva jubenti
 Pandere cuncta dabat, fatis quae gesta secundis. 335
 Postera ut orta dies, roseo cum Lucifer ore
 Purpureum caelo jubar extulit, ibat uterque
 Ocius egregiam pulchrae Taraconis ad urbem.
 Bentius ipse comes Sismundo fidus in omne
 Egregium facinus, socios, fidamque carinam 340

Subduxit, facto viridi de marmore portu.
 Quos Pandulphiades ut vidit, ut hospes, ut omnes
 Ignotos veluti Latiā de gente rogabat
 Nunc super Alphoni imperiis, et marte suo, Dux
 De Duce Sismundo: nihil illi scire fatentes,
 Se tamen esse Italos memorant; Maurusia verū
 Littora, et antiquas priscae Carthaginis arces
 Lustrasse, atque datas diversis gentibus urbes.

Ergo ubi certa fides animos, et barbara firmat
 Pectora, nocte vias, et moenia solus avaris
 Explorans oculis, taciturnus ad alta reducit
 Aequora ventifugam deserto a littore puppim;
 Cimmeriasque petens ignaro remige sylvas
 Provolut in pelagus, totasque relinquit arenas.
 Quem simul ac mediis vidit versarier undis
 Aethiopum extremis veniens Neptunus ab oris,
 Talia concusso projicit vertice dicta.

Hei mihi! quale Jovis summo pro limine cuncti
 Me sine Caelicolae pelago posuere quieto
 Imperium? Id sat erat non jam quòd Olympia tecta
 Non ego possideam, communia jura; sed alti
 Caerulea vasta maris, quae sorte tenemus iniquā?
 Atque utinam teneamus adhuc! si Jupiter altum
 Mittit ad Oceanum nostras humana per undas
 Corpora, et invisum nobis caput illius ecce,

348

350

355

360

365

HESPERIDOS LIBER VII. 155

Qui modo Phorciaden Picenis expulit oris;
 Cujus ego et Genitorem animis miseratus amicis
 Esse Deum pelagi, et liquidis regnare sub undis
 Cum magno Genitore dedi. Nam Phorcius ipse
 Progenies Phorci, pluviâ dum se Auphidus undâ 370
 Circuit, ignotum Hadriacis involvit arenis
 Semianimis se se, donec spumosa tridenti
 Aequora pulsa meo Illyricas misere sub undas.
 Hic illi alta domus; sed eum nec Numina nostra,
 Nec data Regna juvant, quando sua bella fugatos 375
 Se queritur didicisse satos; sed tristia, falso,
 Pectora ponat, agens hyemen, magnasque procellas
 In caput invisum Sismundi, inimicaque nostro
 Corda timenda Deo, mediis quem fecimus undis.
 Quare agite, o mecum venti Zephyrique, Notique, 380
 Et Boreae, atque Euri concurrite viribus omnes
 Omnibus adversi, fractâque urgete cadentem
 Puppe Virum, et pelago nantem spectate tumenti.
 Dixit, et undivomos spumantia frena jugales
 Permisit quatere, et laxis discurrere habenis. 385
 Illi autem prono populata per aequora cursu
 Spumigeros alto verrebant pectore fluctus,
 Vastaque nubiferâ signabant caerulea caudâ,
 Clamantemque Deum diversa per alta trahentes
 Ibant, atque viros inimicâ fronte petebant. 390

At venti rapido concurrunt undique motu:
 Exemplò totum fervet mare, et ocius omnis
 Magna tumet ponti facies, tum cana repulso
 Marmore spuma salit, cunctae se in saxa sequuntur
 Innumeris undae cumulis; ipse imbribus atris
 Tunditur, in nubemque volans se condit Orion.

395

Ergo ubi caeruleis caelum jam stare procellis
 Vedit, et in numero surgentem vertice pontum,
 Talia Sismundus dictis jactabat acerbis:
 Hei mihi! quid subito turbantur caerulea motu
 Aequora? quam densae caelum texere tenebrae?
 Nulla videtur enim terrarum; pontus ubique,
 Undique devexi clausum mare margine caeli.
 O ego si quondam campis jam victor Hetruscis
 Oppetere, et caram potuissem reddere vitam
 Hostibus, Alphonsoque Duci, cum laetus ab omni
 Ausonidum adspectu divulsus in alta ruebam
 Castra inimica furens, duris cum funera Celtis
 Mittebam, et saeva miscebam praelia dextrâ!
 Talia cum dixet, cumulis per inane volutis
 Extulerat gravis unda ratem: videt ille frementis
 Dorsa sonora maris, cumuloque relapsus ab alto,
 Tartareos ratus esse Deos, cava saxa profundi
 Horret adire freti, ter ubi et quater altius, atque
 Inferius vaga puppis aquis agitatur inquis,

400

405

410

415

HESPERIDOS LIBER VII. 157

Evolvit montes salsarum victor aquarum
 Eurus, et imbriferum crebris ferit ictibus Austrum.
 Ter tonat ante oculos, pelagoque remugit opaco
 Jupiter, et fractos jaculatur ab ignibus imbres,
 Exsultantque undae, et gemitum freta rauca remittunt. 420
 Tum vero Neptunus equos clamore fatigat
 Terribili, sceptrumque manu, magnumque tridentem
 Adtollens toto volat aequore, caerulea pulsu
 Lata domans rapido, nimbosque, et inania densat
 Nubila, turbatumque secat Deus horridus aequor, 425
 Occultans terramque simul, pontumque profundum
 Nubibus. Ut caelo jacuit nox atra fugato,
 Hinc Eurusque, Notusque fremunt, hinc mitior instat
 Occiduis advectus equis Zephyrusque, tonansque
 Aethereus Boreas rapido contrarius Austro. 430
 Jamque novem noctes spumosa per aequora nautae
 Puppe ferebantur tali descriptio: verso
 Terga tamen Zephyro flabris urgentibus Euri
 Aligeri occiduas pelagus sternentis in undas;
 Ponite, Rector ait, revolutis pinea velis 435
 Cornua, et antennas miserae demittite puppi.
 Talia perdiderat; neque enim fragor aequoris ingens
 Verba volare sinit socias geminatus ad aures.
 Tum magno clamore viri, stridore rudentes,
 Ventorumque undae vi magna, aetherque procellis, 440

Et strepitu magni crudescunt omnia caeli;
 Tum densae salsâ incumbunt aspergine nubes
 Caeruleae, vastoque sedent caya nubila ponto;
 Fulgura crebra micant elisis nubibus igne
 Excusso, et subitis horrescunt aequora flammis. 445

Tum Zephyrusque, Notusque simul, malumque, ratisque
 Candida vela petunt humeris, et turbine fractâ
 Arbore, rapta ferunt sinuantia lintea ponto.
 At ratis abrupto declinat in aequora malo,
 Demersâque tenus prorâ latera utraque tinxit 450

Unda refusa gravi stridore volubile surgens;
 Inde aliasque, aliasque ferit latus ater utrumque
 Fluctus; utrinque fremit decimae gravis impetus undae,
 Impleturque fori, et multam ratis haurit arenam.
 Pars latices salsos vomit ore, oculosque dolorum 455

Vi premit, et certam tentat non cernere mortem;
 Pars manibus proprias mare triste refundit in undas,
 Pars tabulas sperant tumido prensare profundo.
 Pandulpho eximiam tradunt, grandemque, levemque,
 Quaeque nataturo mediis foret aptior undis. 460

Tum vero ut prono curvati gurgitis alnus
 Vertice lapsa redit, pelagi spatia ultima plani
 Dum cupiunt superare, sequens tegit unda morantes,
 Involvitque viros unâ cum classe procellâ.
 Pars natat in summo diversa per aequora fluctu, 465

HESPERIDOS LIBER VII: 159.

Atque alii nigris gelidi miscentur arenis,
 Auxilioque vocant Superos; pars triste requirit
 Subsidium tabulas, donec periere; nisi unus
 Caeruleis sublimis aquis Pandulphius heros,
 Cura Jovis magni, tabulâ miserandus in unâ 470
 Usque natans, summoque a gurgite saepe recurvans
 Lumen, respiciens si quid telluris ubique
 Cerneret; ac postquam cumulo sublimis ab alto
 Terque quaterque caput canâ tenus extulit undâ,
 Visa procul tumido facies immobilis alto 475
 Terrarum, et late nemorosis insula sylvis.
 Tunc ait: aequorei, quaeso, miserescite Divi,
 Reddite me terris, optatâ exponite arenâ
 Defensorem Italae per magna pericula Gentis,
 Magna quidem, verum non his aequanda periclis. 480

Talia dicentis fluctus ferit ora, levatque
 Cum viridi furibundus aquâ; tamen arctius ambas
 Implicat ad tabulam palmas, vastumque per aequor
 Neptunum precibus tentat placare profisis.

Concussor telluris, ait, Neptune, potestas 485
 Una superba maris, Sismundo parce natanti.
 Non veni ut pelago tecum certare pararem
 Pandulphaea mei Genitoris jussa secutus.
 Pro me nulla movent me damna: salutis amore
 Ausonidum ingenti liceat superesse; nec optem 490

Vivere, nî pereant Italî: jactura meorum,
 Sed non ulla mei me terret. Adire profundi
 Regna maligna Dei sors est communis, et una
 Morte cavis ob itas Erebi miscerier Umbras
 Sedibus: id vero citius, vel serius omnes
 Exitium rapit ad Manes: mihi fama, meusque
 Partus honos, Latias modo qui detorsimus urbes
 Faucibus Alphonsi, nomenque, decusque geremus
 Exstincti, et caraे spoliati lumine vitae.

Pro Patriâ moriamur enim, pro gente Latinâ,
 Si Superis damnare pios sententia fixa est.
 Nam quid ego ignaras nequicquam deprecor auras?

Quaeve tibi, Neptune Pater, stat gloria victo
 Tanta viro, ut nostrâ turbaveris omnia morte
 Aequora? Merge manu, si te juvat ista potestas,
 Invisum caput hoc dudum tibi: viximus annos
 Optatos; meliora meae sunt acta juveniae
 Tempora: vixi equidem decus, auxiliumque cadentis
 Italiae, quae tuta meis et libera factis
 Gaudet honore mei sublata, dolore supremo
 Adficienda, nefas! lethi jam conscia nostri.

Vix ea: cùm proprietor terrae quater aetus ab alto
 Fit cumulo, et sylvas jam tum suspexit amoenas
 Fortunatorum laeta regione locorum.

Tùm vero rediere animi, tûm pectore toto

495

500

505

510

515

HESPERIDOS LIBER VII. 161

Laetior extremas gestit superare procellas
 Victor, et optatis tandem se reddere terris.
 At rapidi toto concurrunt aequore venti,
 Et tabula instabilis nunc ~~huc~~, nunc pellitur illuc
 In numerum: illi autem diverso turbine cuncti 520
 Gurgite caeruleo certant, fluctumque sonantem
 In tabulam; atque Virum jactant: spuit ille sonantis
 Caerula salsa maris, singultuque ilia crebro
 Pulsa tremit; nunc Eurus adest, nunc fervidus instat
 Hesperides Zephyrus; reboant Aquilonibus undae. 525
 Hinc nigris furit Auster equis, totumque liquevit
 In pelagus caelum; fluctuque obtexitur omne
 Aequor, ubique fremit revolutis marmor arenis;
 Nigraque terga gravi latus detunditur aestu.
 Pontus. At hunc Cadmi proles a fluctibus Ino 530
 Leucothea adspexit pelagi nunc Diva, sed olim
 Mortalis mulier, quae tum miserata natantem
 Prona Virum, glaucis tabulam Dea substulit ulnis,
 Tum Pandulphiaden dictis mollibat amicis.
 Infelix! quidnam tantum Neptunus in unum 535
 Te, Sismunde, furit? Tantâ Deus aestuat irâ?
 Terribile innumeris ut te jactare periclis
 Non pudeat? Quae tanta odii stat causa nefandi?
 Quodve malo caput? En age jam tibi terra relicto
 Grata propinqua freto: lacerâ de pectore laenam. 540
 X

Sic effata, manu madidos rescindit amictus
 Pandulphi magni, mediis quos liquit in undis.
 Ille quidem levior tabula natat altior altâ.
 Verum ubi jam scopulos videt apparere malignos,
 Asperaque adversis occurrere caerula saxis,
 Horruit, et gelidâ miserabile fatur ab undâ.

Hei mihi ne quis, ait, fraude mque dolosque Deorum
 Texat adhuc timeo, qui me deponere vestem
 Forsitan in scopulis nudum, pontoque relinquet.
 Sed non ante meis dimittam robora palmis,
 Quam capta optatae calcârim littora terrae.

Talia magnanimus mediis Pandulphus in undis
 Fatur, et incertum nunc huc, nunc volvitur illuc.
 Quem postquam pelago magnus periisse profundo
 Crediderat Neptunus, abit citus, atque jugales
 Flectit ad undosas scopulis curvantibus Aegas.
 At bona Pallas adest, nebulasque removit, et omnem
 Aetheris adspectum largâ regione serenat.

Tum tremuli moto glomerantur gurgite fluctus,
 Et viridi dorso radiis per inane refusis
 Nubila rara sinunt croceis Thaumantida nimbis
 Reddere conceptos pennis humentibus imbres.
 Non tamen idcirco venti posuere tumultu
 Horrifico, ac caelo tumuerunt rursus aperto
 Caerulei freta clara maris, terrisque propinquis

545

550

555

560

565

HESPERIDOS LIBER VII. 163

Incubuere magis: labor est in fine supremo.

Tum Juveni resoluta cadunt genua aegra timore

Ingenti, tum corda labant, tum lingua precantis

Deficit arenti mediis in fluctibus aestu;

Omnia namque timet, medio ne se aequore turbo

Mergeret, aut pelagi diversâ bellua formâ

Dentibus, atque avidam morsu conferret in alvum

Delphini, aut magno versantia corpore Cete;

Qualia monstrifero nascuntur multa profundo.

Talia volventem fluctu gravis aestus amaro

Pertulit ad cautes, invisaque saxa, nec ante

Agnita, quâm tabulâ descendit in aequora fractâ;

Nam Boreas magnis incumbens viribus undas

Torsit, et ingenti protexit littora ponto.

Atque ibi summa dies olli sine laude fuisse;

Nî manibus Juvenem tenuisset Pallas amicis

Protinus, et scopulo statuisset Diva vetusto,

Quem tenet, insurgens donec vaga transeat unda

Fluctibus alternis, et anhelas verbèret auras.

Tum quoque spumifero revolutus turbiae fluctus

Dum tonat adventans, rapidis se se unguibus alto

Implicituit nitens scopulo, fluctusque labantem

Sustulit, et gelidas longe projecit in undas

Clamantem, atque pio Superos clamore vocantem.

Tum Dea labentem cumulis per inane volutis

X 2

570

575

580

585

590

Ostia ad ignoti perduxit fluminis undas

Piscosas: ejectus adit sola grata relicta

Fluctibus, et solâ sokum se cernit arenâ.

Evasisse quidem juvat, o Neptune, tuam vim

Me, fateor, triplici qui concutis omnia telo

595

Aequora; non autem vitasse pericula vastae

Crediderim telluris, ait, quae ignota leones

Forsitan, atque feras alias, quae sanguine aluntur,

Haec habet: haec tellus forsitan pejora minatur.

Hei mihi quid patior! Quantos tolerare labores

600

Cogor inops animi, curisque affectus amaris?

Hei mihi! non Italum populos, non regna videbo

Dulcia, nec natos dulces; non arma movebo

Alphonsum contra! Cui me Fortuna malorum

Servavit cumulo? Quis me Deus ejicit oris?

605

Talia versanti sedit sententia curvo

Littore prospectis oculos inflectere sylvis,

Metirique acie si quid taurisque virisque

Cultum habeat prae se: tum vasta silentia mentem

Attonitam reddunt: sed ubi frondentis olivae

610

Obnupsit ramo juvenilia membra reperto,

Procubuit, duroque in littore fusus apricis

Pectora fessa locis, divini nectaris Hebe

In venas jussit latices errare sepultas,

Ambrosiaeque novo perfudit pectus odore.

615

BASINI PARMENSIS HESPERIDOS



LIBER OCTAVVS.

POSTQUAM somnus abit, pura foecundior aurâ
Membra levat pressâ Juvenis tellure, parumque
Procedens, miratur enim, videt ecce vagantem
Littore pro summo niveis Zephyreïda plantis.
Quam simul ac solam videt ore pudore reflexo,
Quamquam tegmen habet ramum frondentis olivae,
Tèr stetit in dubio quid agat, maneatne, petatne,
An roget unde domo, quae sit genitrixque, paterque,
An sit adhuc virgo, cupidique ignara mariti,
Anne sui miserescat, an hospitioque, domoque
Accipere orantem jubeat: quae cuncta voluntans
Talibus alloquitur placido Zephyreïda vultu.

Nympha decus nemorum, pelagi quae littora servas,
Nympha animo certe jam nunc gratissima nostro,
Seu Dea, sis an homo, nostrae spes maxima vitae;

X 3

10

15

Visa quidem nobis certe Dea: talis ubique
 Nec mortalis adhuc mulier mihi visa, nec usquam
 Mortales talem viderunt omnibus omnes
 Ullam annis. Virgo, nostri miserere, precantur,
 Et quaecumque fuas, tantos mihi deme labores: 20
 Praemia certa manent: magnas tua fama per Urbes,
 Ausonidum que domos cunctis vulgabitur horis.
 Tu, Dea, deme metus animo, precor, optima nostro,
 Ejectumque tuis paulum sine vivere sylvis,
 Hospitioque domus, tectorum et parte recepta. 25

Sic ait: illa Virum dictis ita firmat amicis:
 Venisti, mea lux, mea spes, mea sola voluptas,
 Exspectate animo juvenum pulcherrime nostro,
 Magnanime, heroum fortissime; namque Deum te
 Esse genus fateor; quis enim dubitarit? ut omnes 30
 Virtute eximiâ superas, quae naufraga vidi
 Corpora, et incolumes si qui venere profundi
 Caerula ad Oceani. Non sum mortalis ego ipsa,
 Vera fatebor enim, Zephyri Psycheia Nymphæ,
 Quamque peti genitor mediis tibi jussit in umbris, 35
 Isotheam Superi dixerunt nomine Divam.
 Illa ego sum; neque enim Jove non cogente tot undas;
 Tot maria, et vastos superasti pectore fluctus,
 Fortibus amissis sociis, fidâque carinâ.
 Quare age, jamque domum magni Genitoris eamus 40

HESPERIDOS LIBER VIII. 167

Actutum; placido qui laeta per arva volatu
Spirat, et inriguos humectat roribus agros.
Sic exorsa Virum bibulis seducit arenis.

Ut primūm optati ventum est Genitoris ad aulam;
Marmoreasque domos, mirisque adamante figuris 45
Ex solido structas, Juvenem stupor occupat ingens.
Parte aliā aeterno radiabant alta pyropo
Atria; tūm viridi vestitur aperta smaragdo
Janua, Templa simul, Zephyrique immobile tectum.
In foribus flores varii, violaeque, rosaeque,
Multaque diversis florentia gramina formis. 50
Ipse pater Veris Zephyrus sedet axe tepenti
Uno vectus equo, madidis qui naribus ignem
Evomit, et terras foecundo semine donat:
Ore cadunt imbris, toto simul aequore pisces
Humida connubia, atque udos celebrant hymenaeos.
Parturit omne solum, nemorosaque sylva resultat 55
Canti bus argutis avium, nidique loquaces
Accipiunt dulcem caris a matribus escam.
Haec manet aeternūm series numerosa Nepotum. 60
Neve neges fieri, fuerint quae facta; videntur
Omnia mutatis nasci nova corpora formis,
Rursus et ignotae remeare ad limina vitae:
Omnibus his animi spirat Psycheīa vires.
Quatuor informant mortalia corpora Nymphae, 65

Dotoque, Protoque, Pherusaque, Dynameneque:

Hae fluvio spargunt corpus juvenile recenti

Sismundi, et salsa relinunt adspergine pectus.

Tunc artus, et membra lavant, dulcique liquore

Omnia perfundunt, humeros, solidosque lacertos,

Atque manus niveas. Fluvio post ille relicto

Constitit in medio comitum, Psychea, tuarum;

Cui Charites dulci crinem lavere liquore

Candida purpureo velantes corpora peplo.

Ipsa autem vero similis coma passa hyacintho

Fulsit, et ora novi subito legere decores,

Puniceusque genas nitor improvitus eburnas

Occupat illius subito; tum lumina laeto

Clara micant vultu, qualis nitet aureus alto

Lucifer Oceano perfusus. Adire jubebat

Auricomas Juvenem sylvas Regina, sed ipsum

Ut vidit talem, se se inflammavit amore,

Candidaque implicuit sublato brachia collo.

Ile Deae taedig tantoque potitus amore

Laetus adit densos felici ex arbore lucos.

Vis hominum casus, et limina cernere vitae

Humanae? Terrena libens vis nosse caduca?

Ut folia arboribus labuntur origine frondis

Alterius, sic prima cadunt mortalia letho

Corpora. Ceu tenerae pereunt sub frigore frondes,

HESPERIDOS LIBER VIII. 169

Infantum primis multorum vita sub annis
 Evolat ad stygias Erobi implacabilis umbras:
 Fatur, et auricomas monstrat Psycheia sylvas,
 Nec minus ostentat plenis pomaria ramis,
 Vere sub aeterno Genitor frondescere cuncta 95
 Quae jubet intriguis Zephyras lenissimus hortis.
 Hic annosa virent arbusta fragrantibus auris
 Sole sub aethereo, lucis quae mitis amoenis
 Producit Zephyri jucundâ spiritus aurâ.
 Hic cerasis, ficiisque genus, seroque futuris 100
 Crescendo magnis oleis stat fertile, et almis
 Vitibus; inde nitent oneroso vertice mali
 Diversae, pruni, nec non felicia mala
 Aurea, quae memorant vigili servata draconi,
 Hesperidumque choro sublimi Atlante satarum, 105
 Quorum fructus obit nunquam, neque desinit unquam,
 Non hyeme, aut aestu verientis ab aethere Phoebi.
 Temperies hic tanta jacet: pars flamine nasci
 Incipiunt Zephyri; partem sua praecoquit Aestas,
 Non violenta quidem, sed enim quae Vere supremo 110
 Esse solet nobis: ergo omnia serpere laeto
 Ubere, nec pereunt fructus, verum arbore in alta
 Longaevis stans sylva comis genus omne remittit
 Multa super genera, et dulci de vertice foetus.
 In foetus alios alii nascuntur, et uvam 115

Y

170 BASINII PARMENSIS

Uva super serpit, malis incumbere mala.
 Adspicias; hic pumiceo se margine fontes
 Effundunt gemini, clarâ queis lucida lymphâ
 Unda ferit lapsu florentia prata recenti.

Talia erant Zephyro Divûm immortalia dona:

Quae Pandulphiades heros miratus ut hausit

Luminibus tacitis, laetas ad carminis aures

Auditi arrexit cantus, aurasque sonantes.

Dic, age, vera mihi, curâque exsolve molestâ,

Hic, ait, o Nymphæ, quid vult sibi cantus ad auras

Aethereas hominum vario sermone loquentum?

Quive viri tanto complent nemora inclyta cantu

Quos video? Manes ne choro laetantur inani?

Nec Manes hi sunt, tibi quos monstramus, at omnes

Vescuntur tenerâ Zephyris spirantibus aurâ:

Nec Mors ulla locum tenet his in sedibus; omnis

Insula morte quidem caret haec; verùm obsita longo

Membra situ tristi se inclinavere senectae,

Atque odio stat vita viris postquam illa recedunt

Puppe levi in tumidum, nullis ducentibus, aequor;

Dum rapidis versantur aquis, caelumque relinquunt

Adsuetum, Mors victa prius, queis terga parabat

Nuda fugax, longae spoliat tum lumine vitae.

Hi sunt quos Graii Populos dixerunt beatos:

Sæcula multa virûm vestrorum singula vincunt

120

125

130

135

140

HESPERIDOS LIBER VIII. 171

Corpora, quae cernis. Cui sic Pandulphius heros.

Dic, age, quos Graii memorant Heroas ademptis
Corporibus superesse; refer quâ parte sacrorum
Felices habitant nemorum? Cui candida Virgo:

Crastina purpureo conjux Tithonia curru 145

Vecta recens tremulas lustrârit ubi aurea sylvas,
Ipsa ego ad Elysios ducam te, maxime, campos,
Ausonidum Dux clare tuis, Sismunde, trophaeis.

Namque videbis Avos antiquae nomina Gentis,
Et Malatestarum genus acri ab stirpe profectum; 150

Romanosque Duces illic, Grajûmque catervas
Ostendam. Interea, Juvenum fortissime, quando
Venisti ad sylvas tales, lucosque virentes,
Omnia jucundae peragremus littora terrae.

Sic effata pedis nivei vestigia torsit 155

Candida praeripiens spatium, quos maximus aevo
Vidit ut Hesperides, illo genitore creatus,
Vespere qui Solem sequitur, qui mane rubentem
Auroram roseis lustrantem cuncta quadrigis,
Talibus aggreditur dictis procul: Unde venitis? 160.
Quem petitis nostrûm? quis tu? quo Patre creatus?
Cui Pandulphiades dictis haec reddit amicis.

Venimus antiquo e Latio, Patremque rogamus
Ostendatis. Is est ubicumque vocarier usquam
Advertisti animum Pandulphi nomine si quem. 165

Y 2

Sum genus Ausonides Malatestae a nomine Gentis;

Sanguinis hujus enim laetor me ab stirpe creatum:

Nomen Sismundus cunctis notissimus oris,

Insignis bello, Patriae defensor avitae,

Italiam ex avidis Alphonsi faucibus unus

179

Qui rapui, et victos Tyrrheno in littore Celtas

His oculis vidi. Dixit. Cui maximus aevo

Retulit Hesperides: Italum fortissime, salve,

Salve Italum Ductor, Pandulphi maxima proles:

Hic quoque magna viget bellorum fama tuorum.

175

Pannonio cui nomen erat Malatesta, recordor,

Venit ad has sedes, infernaque regna petivit,

Victus amore quidem dilectae, triste! puellae;

Ora ergo flava novae vestibar flore juventae:

Ex illo dulces centum iam viximus annos.

180

Illum ego magnanimi Juvenis percusus amore

Hospitio excepit fido, dapibusque creatis

Sponte suâ explevi, tutumque in lata reponsi

Aequora, uti patrias lactus remansaret ad horas.

Ille mihi scutum, quod adhuc in limine cernis

185

Adfixum, multo caelatum liquerat auro,

Cumque trium Capitum, quod crinibus orbe refusis

Fulget imaginibus, factorum insigne superbum.

Quare age, et hospitii veterem instauremus honorem,

Juraque magnanimum celebres, Sismunde, Parentum.

190

HESPERIDOS LIBER VIII. 173

Talibus auditis gaudet Pandulphius heros,
 Agnoscitque gentis patrism; tūm laeta per arva
 Egregio incessu graditur, facilesque choreas
 Ludentūm inter se juvenum videt; inde parumper
 Ipse moratus, adit sylvas aliasque, locosque 195
 Ingenti luxu claros, quos ipsa Voluptas,
 Deliciaeque colunt variae, risusque, jocique.
 Hic Vénus horrenti myrtorum clauditur umbrā,
 Quam non flava Ceres linquit, non ipse Lyaeus.
 Huc Genii venere, novūm strepit Iasula cantu 200
 Musarum alterno, quarum quae commoda ludo
 Euterpe innumeras magnum per inane figurās
 Tellurisque, animaeque viis, pontique, levisque
 Ignis inaccisis conflari semina formis.
 Haec ubi visa, petunt Famae mirabile Templum, 205
 Templum augustum immane horrens, cui limen eburnis
 Canebat gradibus laevā de parte; nitebant
 Parte aliā cornu solidō loca. Falsa Elephanti
 Fama refert vanis insomnia turbida portis,
 Somnia vera ferunt non vanae cornua famae. 210
 Cornea dejectos Tyrrhenō in littore Iberos
 Porta docet Templi. Gradibus Sismundus eburnis
 Tendit ad Oceanum, et fractā natat alta carinā.
 Hac iter Aegides, nec non Tyrinthius heros
 Taenarias legere vias: hac durus Ulysses. 215
 Y;

Cimmerium obscuras victor concessit ad Arces:

Hac pius Aeneas stygio se immisit Averno.

Hoc sibi Fama tenet Templum Dea magna virum vox:

In foribus totum qui fluctu amplectitur Orbem

Surgebat Nereus, tum monstra natantia vasto

Gurgite, magna novo versantia corpore Cete.

Jamque videbantur montes, campique jacentes,

Aequoraque, et placidis labentia flumina lymphis,

Unde cadit Rhodanus, flavi cadit unde Caystri

Asia prata rigans diversis amnis ab oris.

Hic Argiva Duces antiquae robora pubis

Aeterno fulgent auro, queis Ductor Iason.

Haec primis foribus magni, mirabile! Templi

Interiora petens in primo limine liquit

Dux Pandulphiades; portasque ingressus ahenas

Principio rerum, tenerique ab origine Mundi

Ducta Patris summi series, ordoque potenti

Numine per varias rerum discrimina formas.

Haec supra dulci circumsonat aethera cantu

Musa parens Orphei, manibus quae serta gerebat

Laurea; tum toto volitabant carmina luco,

Parnassusque biceps sylvis vernabat amoenis.

Hic vero Dea magna sonat, sacrosque Dearum

Fama Sacerdotes dictis ita firmat amicis.

Indignum nihil est; summo si vertice gressus

220

225

230

235

240

HESPERIDOS LIBER VIII: 175

Obfirmare labor, Vates; quin cernitis imas
Umbrosis valles lustris serpentibus atris
Horrere, atque cavis disperdere murmura sylvis.
Hi sunt indocti, quos uritis, inquit, honore
Majori, et longis sinitis languere latebris; 245
Qui, dum vita super vobis erit, atra venena
Inspirare piis tentabunt Vatibus: at vos
Obturate aures constanti pectore, et omnes
Insidias superate. Venit post funera majus
Nomen, et invidia infelix exhausta supremo 250
Fine cadit. Vos praeterea timeatis inermes;
Nam non adscendunt serpentes ardua montis
Haec juga, nec viles animae nive vivere in altâ,
Nec stridere queunt. Postquam vos miserit huc fons
Ingenii, morietur atrox lingua omnis ab ipso 255
Funere; post obitus vivetis vertice in alto.

Talibus in Templo visis Pandulphius heros
Egreditur, Nymphamque gradu, verboque secutus,
Inclyta prospiciens nemorum loca; quis locus autem
Ille? refer, Virgo. Tum sic Psycheia fatur. 260

Hic sibi Fama virûm posuit longissima sedem
Non procul a Templo magnam, rerumque priorum
Nomen inane quidem saeclorum exempla novorum.
Hic frondes sine fine cadunt, hic sacra videtur
Temporis effigies, quod quinque volumina jam nunc 265

Ipsi acta sui cernit meliora , doletque
 In pejora cadens : hujus fuit aurea quondam
 Prima viris aetas mortalibus ; illa rapinis
 Cassa , dolos , artesque nihil curavit , adulter
 Nullus , et insidiae nondum erupere , nec Urbes 270
 Obsedere alii cives , nec Nerea quisquam
 Ignotum undiruis pulsaverat advena palmis:
 Ora pedesque viri similes , humerosque , manusque ,
 Semper et in primae vivebant flore juventae.
 Nec genus hoc Superi fatum ad crudele vocabant 275
 Ante diem ; verum cum multa revolverat aetas
 Saecula , tum domiti placido pia lumina somno
 Linquebant dulces auras , animaeque volabant
 Ad fortunatos felici ex arbore lucos
 Oceanum juxta magnum , sylvasque beatas. 280
 Inde leves totum Genii sparguntur in Orbem
 Custodes hominum , bellentes damna , malumque.
 Hoc genus heu ! tellus gremio occulavit apaco.
 Protinus argenti proles successit; at olli
 Aenea , post illam gens aenea , at ultima ferro 285
 Ex solido adcrevit , quae nunc quoque durat: in illâ
 Fortunata Deûm proles Heroës agebant
 Saecula prima , fuit quibus exitus omnibus idem
 Fatorum ad Thebas , vel magnae moenia Trojae.
 Talia commemorans Sismundum in tecta reducit, 290

HESPERIDOS LIBER VIII. 177

Ostenditque viam viacendi, ipsisque litandi
Dis Erebi infernis, Diti, nigræque Sorori,
Persephoneque simul, patrui quae limina servat,
Manibus et moestis agnas cum vellere nigro,
Nigrantemque bovem setas, horrendaque terga. 295

Interea Sol oceano se fessus Ibero
Condidit, aequoreo perfundens gurgite vultum.
Tum Pandulphiades, nec non pulcherrima Virgo
Victa soporifero posuerunt lumina somno.

Postquam prona dies umbrârat caeca viarum 300
Compita longarum, e summis Pandulphius astris
Ad fratrem in somnis venit Galaotus, et ulti
Talibus ignarum compellat vocibus. O spes
Italiae, Germane, tuae, nunc pectore tandem
Est opus, atque animis ingentibus, atque Parentes. 305
Communem vivis affari vocibus ipsum.

Nec te nunc pigeat jam Tartara cernere, et amnes
Infernos, Phlegetonis aquas ardentis, et altum
Cocyton, Stygiamque prócul transire paludem.
Haud aliam ob causam Stygias Deus egit ad umbras. 310
Te, nisi ut inde petas optatum victor Olympum;
Nam diversa via est, magni quae ad moenia Caeli
Dicit: ad hanc multi metam venere, nec uno
Calle tamen cuncti. Nos, eni quos cernis, amando,
Mirandoque Patrem Summum, miserosque fovendo 315
Z

Munere mortales vario, pervenimus altum
 Ad Caelum laeti: nec me, Germane, Parenti
 Proxima prata tenent; sed me qui circulus ambit
 Lacteus aethereum semper videt altus Olympum.
 Hic mihi clara Dei facies spectatur, et illa,
 Quam colui in terris, pietas immensa: tuentur
 Rectorem Caeli mecum diversa virum gens,
 Quicumque obsessas Patriae defenderit oras,
 Quique fidem, atque piâ coluerunt Numina linguâ,
 Quique inopes miserati homines, qui funera victis
 Amovere viris, nec sanguine vana suorum
 Busta piare Patrum voluere, sed omnibus idem
 Aequus amor veniam indulxit pietate secundâ.
 Nec nobis desunt vestris quoque praemia terris:
 Nonne Sacerdotes aram statuere, videres
 Quam Fratris, Germane, tui, Temploque dicarunt
 Nomen inane pio? Moveor sed nullius unquam
 Thuris honore dati; major mea gloria sanctis
 Semper adesse choris, Superumque haurire Tonantem
 Lumine non dubio: neque enim dubitare potestas
 Funera post, obitusve datur; verum omnia purâ
 Mente vident Animae, quae se dum carceris umbris
 Continuere, parum potuere videre; solutae
 Corporibus super astra volant, foedamque relinquunt
 Tellurem, et longe longas odere latebras.

320

325

330

335

340

HESPERIDOS LIBER VIII. 179

Quare age, ne dubita magnorum victor Iberum
Adventare, vocet cum te Deus, et tibi vitae
Janua certa patet melioris, ubi arduus aether
Terrenis vacuus nebulis, et mole gravanti
Membrorum, et caecis linquendi corporis umbris. 345
Haec tamen, haec eadem, quae nunc regis ossa, rotatis
Mens Divina polis, Animis reddenda renasci
Coget, et aetherei sedes explebit Olympi
Magno hominum numero; nec spiritus ullus eorum
Se sine vivus erit: tantum Divina Potestas. 350
Humanis laetata bonis! Ite ocius atram
Intrepidi ad mortem, Proceres, quae noctis imago;
Atque quiescendi facies pulsanda reducto
Sole, nihil metuenda viris, quae temporis instar
Exigui est, si laeta velint spectare futura 355
Saecula. Sic fatus medius se se intulit umbris.

Obstupuit visis Pandulphi maxima proles
Motus honore pii Fratris, laetusque Parentum
Magnorum; atque ultro Nympham compellat amicis
Vocibus. An vigilas Nymphe? Fratris ne loquelas 360
Accepisti animo? Cui sic Psycheia fatur:

Cuncta a principio novi, nec fallere mentem
Fas homini nostram. Pius est Germanus, et ipsi
Persimilis tibi; quippe genus quos esse virorum
Magnorum, veterumque liquet; neque enim infusa Patres 365
Z 2

Nomina degeneres tales genuisse putarim.
 Ille Deum sedes habitat, fruiturque Deorum
 Concilio, et summis se se miratur in astris.
 Tu vero Italiam defendis, et hoste repulso
 Pro Patria cecidisse tuam, si fata vocarint, 370
 Non dubitas; quod nosse bonum potes optimus unum.
 Post, ubi sidereos caeli conscenderis orbes,
 Lunaremque globum, nec non Titania victor
 Sidera despectans, telluris, et aequoris oras
 Angustas, minimumque solum, tum nosse licebit 375
 Distent humanis quantum divina, nec ante
 Scire potes, quam Tu magnum descendis Olympum.
 Ergo oculos huc verte tuos, hanc adspice sedem,
 Aeternamque domum, solidoque adamante virum vi
 Non cadit, aut longo volvendi temporis aeyo. 380
 Hic mortale nihil, nihil hic sua deterit aetas,
 Immutatve situs; manet hic aeterna juventus,
 Omnibus unus amor magnum spectare Tonantem.
 Contra autem foedo pallent ubi Tartara fundo,
 Omne malum, atque odiis non exsaturata supremis 385
 Crimina, dira Fames, Luctus, Gemitusque, Dolorque,
 Et Curae scelerum ultrices, Lethumque, Laborque,
 Infandumque truces posuere cubile Rapinae.
 Hic Caedes fuso stabulant in sanguine, et atra
 Vulnera, caecus Amor, juvenumque insana Cupido, 390

HESPERIDOS LIBER VIII. 181

Ividia atra vorans ipsam se, atque inscia Recti
Ambitio, atque auctrix scelerum Discordia, et audax
Atque ignara modi Fiducia. Talia longe
Sunt fugienda tibi; gemitus, strepitusque malorum
Est audire satis: nam jam cum cetera tandem 395
Videris, advenier qui nunciet illa relictis
Tantalus ipse vadis; hoc tum monstrante cavendum est
Tartara ne cupias invisere; namque senili
Aridus ipse gradu adventans, scelera alta, Deumque
Fata timenda canens, fugere hinc Te voce docebit 400
Infelix senior verâ. Sic orsa monebat
Diva Virum, et placitis firmabat pectora dictis



BASINI PARMENSIS HESPERIDOS



L I B E R N O N V S.

LAVERAT Oceano bigas Aurora rubentes
Interea, et sumnum flammis lustrabat Olympum;
Cùm Dea: tempus oves nigras, sterilemque profunda^e
Junoni mactare bovem, tūm Manibus aras
Extruere, Infernumque sacris placare Tonantem. 5

Haec ubi, Diva Virum stratis simul excitat altis,
Hortaturque sequi, movitque a limine gressum.
Ille simul flectens vestigia, pone secutus
In nemus umbosum late, lucumque virentem
Cornigerā sacrum Sylvano in valle cupresso, 10
Horrida religio cui prisca, vetusque parentum
Stabat honos, durā sub vasta silentia rupe.
Antrum immane soli vasto pendebat hiatu,
Non informe quidem, sed enim quod et arte magistrā,
Ingenioque adjuta suo Natura Deūm vis 15

HESPERIDOS LIBER IX. 183

Fecerat, et vivo discreverat omnia saxo.

Hic jubet in flamnam lectas jugulare bidentes,
Persephoneque bovem electam, nigræque Sorori
Noctis ovem nigram; latices tūm spargere Averais
Fontibus allatos; tacitisque piacula reddi
Manibus, atque antrum sacris intrare solutis.
Ordine quae postquam perfecit, in alta recepit
Se spelaea Viro conjuncta celerrima Nympha.

Dī cunctorum Animas sinitis quicumque malorum

In vestrum penetrare Chaos, Noctemque soporam, 25

Quique vetatis eos superas emergere ad auras,
Ne prohibete loqui, quae Fama volatilis ultro
Retulit, et vivo liceat mihi adesse silentūm
Conciliis impune sacris, camposque referre
Elysios, variasque virūm cognoscere sortes.

Res obscura quidem, sed non indigna referri,

Quamque minus spectare velim: dicam inclyta laetis

Arva habitata viris, nec non metuenda profundi

Tertia Regna Jovis. Nunc nunc furor omnis adesto,
Omnis amor laudum, Musarumque ore sonemus. 35

Jam mihi Phoebus adest, totoque in pectore Numen

Addidit; en vagor Aoniis interritus antris

Ingentem referens summo de vertice cursum

Parnassi, jam jamque citis vehor actus habenis

Fervidus, alipedum curruque elatus equorum 40

Castalios latices, totumque Helicona pererro,
 Nec sequor ambages, nec inania verba profundo.
 Illum, ego quem vidi, Sismundum dicere adortus,
 Illum ipsum mihi, Musa, refer, quantusque sub umbras
 Vivus iit Stygias, tantum mihi, Diva, canenti 45
 Redde Virum; neque enim sine te, quae viderit ille,
 Posse referre rear. Sylvorum obscura petebant
 Nympha pari gressu, nec non Pandulphius heros:
 Rara sub obscuro pallebat Luna sereno.
 Hic inopes animi turbae, puerique, senesque 50
 Errabant luco in magno, passimque volabant
 Alitibus similes variis, aliosque vocabant.

Quis globus ille senum, puerum quos tanta sequuntur
 Agmina? qui dubiâ lucis glomerantur in umbrâ?
 Haec Pandulphiades: contra cui Nympha profatur: 55

Hi sunt ignari rerum, nimiumque quieti,
 Queis neque mors, neque vita placet; sed utrumque parati
 Munus obire, rotant quo Fata, Deumque voluntas,
 Securi sine mente diu, sine pectore cedunt:
 Quos Pater Omnipotens, quoniam nondum ille recessit 60
 Astrorum, Caelique vigor, non Tartara ad atra,
 Nec campos sinit Elysios penetrare; sed horum
 Concilia hic habitare diu, dum funditus omnis
 Vanescat labes Animis, longeque recedat
 In ventos, aurasque leves; mox ipse lavari 65

HESPERIDOS LIBER IX. 185

Fonte jubet viva, sylvasque intrare beatas.
 Pars tamen Infantum remanet, quia flumine nullo
 Demersi amiserit diem; queis poena paratur
 Nulla tamen, sed nec pro nullis praemis factis.

Haec effata, pedem sylvis amovit opacis 70
 Ocius; ille pari torsi vestigia gressu,
 Exsuperatque simul tacitas juga turbida sylvas.
 Inde sonantis aquâ veniunt torrentis ad amnem
 Praerapidum magnâ volventem saxa ruinâ.
 Hic vero vocesque virûm, totasque sub auras 75
 Verba volare ferunt diversis alta loqueliis:
 Orabant causas multi, variûmque fremebant
 Inter se. Obstupuit visis Pandulphius heros,
 Et prior: O virgo, quae gens est illa tot urbes,
 Et populos agitans! Videon, ut utriusque sequuntur 80
 Romani, Gfajique simul? Quis maximus ille est,
 Ille decus nostrum, quem sic Romana coronant
 Agmina? quisve alias Grajis adeo inclytus armis?
 O Vir Arimineae fortissime conditor Arcis,
 O magnos mirate viros, quem vestra sequantur 85
 Agmina lecta, Patrem Patriae quem dicitis, hic est
 Maximus Arpinas famâ notissimus astris.
 Ille movens quondam populos, iterumque reflectens,
 Seu bello, seu pace bonâ Romana placeret
 Venerare consilia; usque adeo decus ornare Latini 90
 A a

Nominis eloquio penetrat freta, sidera, terras.

Ille autem Grajos qui dicit, hic ille priori
Tempore natus avos hujus superavit, et omnes
Arte suâ extenuos: sed postquam Roma supremo
Est elata gradu ad superos, caelumque petivit
Vertice turrigerō, vicit Romanus, et artes
Abstulit egregias mediis bellator Athenis.

Clarus uterque tamen, nec quos humana creasse
Corpora crediderim. Tùm sic Pandulphius ipse
Fatur, et aeternum verbis testatur honorem.

Felices Animae, summo facundia caelo
Quas tulit! Haec sedes vestra est angusta tenere
Nomina. Vos summo decuit conferre Tonanti
Eloquium, Superumque choris; neque enim altera Divi
Ora sonis laxant. Quid io! vos caeca profundi
Regna Jovis prohibent superas emergere ad auras?

Inde jugum capit oppositum, quod sylva coronat
Myrtea, frondifluaeque tenent cum floribus umbrae.
Quos nemore in medio dulci complexus odore
Lucus alit teneris intervenientibus herbis.

Hic Helene Ledaea genus Jovis, inclyta formâ
Pasiphaë, Hermioneque sedent, sylvasque frequentant
Umbriseras; meliore loco quascumque virorum
Ad lethum perduxit amor; quas inter amantes
Laodamia tenet sylvae secreta beatae.

95

100

105

110

115

Hic Dido flamas ostentat, et inclitus ausis
 Pyramus, hic Thisbe consors lethique, locisque,
 Atque animi quondam; Lucretia candida famâ
 Ante alias complexa virum. Stetit agmine in ipso
 Magnanimus Pandulphiades prolapsus in altos 120
 Conventus, turbasque leves; tunc orsus anhelis
 Ilibus aethereas dictis ita verberat auras:

Quae gens illa Virûm, Virgo, quos sylva coronat
 Myrtea? Foeminei coetus unde undique sylvas
 Clauerunt strepitù tanto? Quisnam furor omnes 125
 Huc trahit attonitas? Video simulacra Calypsus,
 Et Circes, ni fallor: ego Procrinque, sororemque
 Orithyian adhuc nosco, Phaedramque Ariadnes
 Germanam meliore loco. Medea ne summis
 Quae sedet illa jugis? Dicenti talia, Virgo: 130

Dux Pandulphiade, quis nam tibi pandere coetus
 Innumeros possit? Non, si Deus ora dedisset
 Ferrea bis centum, possem memorare profectas
 Ad nemus hoc Animas juvenum, quoscumque cupido
 Tristis adegit ad has sylvas. Amor improbus omnes 135
 Huc trahit. Egregios formâ quos cernis amorum
 Tam laetos haec sylva tegit, semperque vagantur
 Sedibus incertis; requies data nulla, nec ordo
 Ullus, et amentûm dolor est insanus amantûm;
 Quin etiam curis confecti semper amaris 140

A a 2

Errant, et tristi pulsant dulcedine pectus
Hic, quos saevus Amor non unâ morte peremit.

Haec ubi Nympha, locos, et myrtle lustra reliquit,
Exsuperatque jugum, lauro quod sylva vinerit
Cingit, et apricos praevestit gramine colles,
Purpureo quod Sole nemus splendore nivali.
In mediâ regione nitet; tûm sidera verso
Visa micare polo, fontes hic undique circum
Aeternis augentur aquis; hic fusa recenti
Prata liquore madent; hic strata superba thororum
Elysios dixere locos; hic carmina Musæ
Ducunt, et facili percurrunt pectine chordas.

Hic Phoebus, Phoebique chorus pulcherrima Vates
Corpora, Calliope genitus praeque omnibus Orpheus,
Maeonidesque, Linusque, pater cui clarus Apollo,
Hic Graii, nostrique viri, castusque Sacerdos
Quisquis, erat dum vita super; quicumque volentes
Pro patriâ cecidere suâ; qui noscere rerum
Tentarunt causas, et qui posuere repertas
Divitias aliis; Unum quicumque Tonantem,
Non alios, regnare putant: his omnibus alta
Tempora cinguntur phœbæcâ laeta coronâ.
Quos omnes ut forte videt Pandulphius heros,
Suspicit, et dictis antiquum instaurat honorem.

Fortunate chorus Vatum, qui tempore tanto

145

150

155

160

165

HESPERIDOS LIBER IX: 189

Non canis ingratis felicia carmina Divis,
 Et fortunati venturum Heroēs in aevum
 Quos canitis; vos quippe suā si magnus Apollo
 Arbore dignatur, tali si munere donat,
 Mirandum nihil est: suprāque, infrāque leguntur 170
 Carmina: fama minor non est tellure sub altâ,
 Quām sit apud Superos: lethi securus utroque
 Orbe chorus Vatum; venit cum foenore magno
 Mortis acerba dies: ergo altera vita superstes
 Et vobis non unus honos: ite inclyta Divūm 175
 Turba, tenete diu nemorum secreta piorum.

Talia fatus abit, montemque recepit in altum
 Se se iterum, et latos despexit vertice campos.
 Hic vero currus, et equos, atque arma virorum
 Innumeris diversa locis, hastasque, jubarque, 180
 Atque graves galeas signis, auroque decoras;
 Hic videt egregios bello, factisque superbos
 Thebanos, Grajosque Duces; hic inclyta Troūm
 Agmina, et insignes fati melioris Achivos
 Laudibus in caelum missos; hic maximus Hector, 185
 Aeacidesque ferox hastâ nituntur iniquâ,
 Contenduntque manu, et multâ bellantur arenâ.
 Oedipodionides illic fraterna reposcit
 Imperia; hic Tydeus Cadmeia corpora lectos
 Tet quoque magna viros sternit; Capaneia adusto 190
 A a s

Corpore perstat adhuc muro pendentis imago.
 Ippomedonta trahunt immensi fluminis undae;
 Magnanimum Theseus letho jubet ire Creonta.
 Quae postquam vidit, vaginâ protinus ensem
 Diripit, in tenuesque furit Pandulphius umbras.
 Tùm Genitor placidas Nati sic fatur ad aures:

Nate, quid arma tenes Animas laesura volantes;
 Corpore quas nullo tangi natura negavit?
 Me quoque, cernenti quem vana reportat imago.
 Saepe tibi, cognosce cavâ qui condor in umbrâ.

Dixit, et agnati detersit lumine nubem,
 Nudavitque humeros latos, tantusque videri
 Quantus erat, dùm vita fuit: tûm Filius olli:

O decus, o Generis certissima gloria nostri
 Note Pater Nato tandem; si tangere fas est
 Te mihi, Sancte, sine amplexus petere ante paternos,
 Corpore discedas quâm viso; caetera demum
 Ingenti peragas studio; da jungere dextrae
 Dextram, oro, coramque loqui. Sic fatus, abortis
 Pendebat lachrymis, duplicesque ad laeta ferebat
 Ora manus magni Genitoris: at ille precantem
 Deserit aversus, spatioque ita fatur iniquo:

Nate, nefas vivis Animas tractare sepultas:
 Sit satis adfari Manes, et cernere, paucis
 Quod datur; hoc curas faciat tibi, Nate, minores.

195

200

205

210

215

HESPERIDOS LIBER IX. 191

Nunc age, quandoquidem Martis versamur in arvis,
 Adspice Romanos fortes, Poenosque superbos.
 Maximus ille, morâ qui vicit; hic ille Camillus
 Insignis bello, nec non Marcellus, et auctor
 Julius Imperii: venit infelicibus armis 220
 Ecce Gener contra; pietas en illa Catonis
 Trans Noton, et siccas Libyae ferventis arenas;
 Atque alium transgressa polum. Sic fatur, et addit:
 Haec super adspicies Galaoti sceptra Parentis
 Magna mei post hos, aliorum et debita Regum 225
 Praemia. Tùm Juvenem latis abducit ab arvis,
 Turrigerasque procul variis regionibus Urbes
 Monstrat, et undantes populos a limine se se
 Portarum urgentes longe, Regesque sequentes.
 Hic Ninus Assyriis bellator primus in armis,
 Medorumque Duces, Persarumque inclyta Regum 230
 Nomina; tûm Latii Reges, Janusque biformis,
 Saturnusque senex, Evander, et inclytus armis
 Tydides priscos muris qui cinxerat Harpos:
 Nec procul Aeneas, nec non Lavinia, juxta 235
 Ascanius, multique Albano ab sanguine Reges,
 Romulus, et Frater, Numa post, illumque secutus
 Tullus honos Patriae, sequitur quem vanior Ancus.
 Prisce, secunda tenes illi loca; proximus ardet
 Servius, ejectumque videt jam sede Superbum. 240

192 BASINII PARMENSIS

Post alii Italiae R̄eges, Malatesta propago,
 Pandulphusque pater, nec non Galaotus, et acer
 Pannonius, quos ipse videns Sismundus abortis
 Prosequitur lachrymis, dulcique ita fatur amore.

Majores salvete mei, salve inclyta Avorum

245

Turba verendorum: jam vos sperate reverti

Rursus in humanos fatis melioribus artus.

Fama tamen vivos fecit vos longa, superstes

Restares ut, sancte Pater, restaret Avorum

Nomen, et aeterno meritos donaret honore.

250

Ite, Animae insonites; campos intrate piorum,

Corpora dum surgant vobis data, dum Deus omnes

Evocet effusis cernendus in aethere nimbis.

Talia fatuus abit, gelidasque interritus umbras,

Hortanti Genitore, petit: hic tristis imago

255

Noctis opaca silens caecis obscura tenebris

Horrore aeterno volitans densatur: iniquis

Impia gens animis huc omnis inane per altum

It Chaos; hic Rabies, et Amor crudelis habendi,

Hic Dolus, et variae Insidiis comitantibus artes;

260

Hic Metus, et Fraudes hominum, Luctusque coactis

Ora rigans lachrymis; hic Pallor, et inscia Recti

Invidia, atque Odium crudele, gravisque ferenti

Ambitio, et varias agitans Discordia mentes.

Hic via, quam nigram Superi dixere. Quis, inquit,

265

O Genitor, locus hic? Animaे, quas tristè gementes
 Adspicimus, quâ sorte carent hac luce? Fatebor
 Vera equidem, neque te diversâ ambage tenebo,
 Nate decus nostrum. Sedes haec dura; carentes
 Lumine quas cernis vitas, dicam ordine causas. 270
 Hi sunt, qui magno nunquam parere Tonanti,
 Nec Lucem voluere sequi: Lux ille; sed atris
 Volvuntur tenebris, rectumque, bonumque videntes
 A verâ longe lapsi ratione relinquunt
 Justitiam, atque fidem non addixere monenti. 275
 Poena viris aeterna Dei caruisse sereno
 Adspectu, et nunquam Summi Genitoris adire
 Limina, venturo cum corpore deinde reverti
 Huc iterum. O quae mens miseris, qui talia adesse,
 Etsi multa tamen post saecula, tempora cernunt! 280
 Infinita dehinc aetas illa aspera multis.
 Utque bonis praelarga dies, et lucidus Orbis
 Laeta serena vehet; miseris sic atra vorago,
 Infernumque Chaos mediis nigrescit in umbris.
 Dixerat; et multos monstrat stridore sonantes 285
 Horrifico, tortae quos verbera dura catenae
 Adsiduo pulsant fremitu, quos Cerberus atro
 Ore tonans triplici, miserum! cervice fatigat;
 Impia Tisiphone mediâ quos surgere mensâ
 Imperat, ardenteque immittit in agmina taedâ, 290
 B b

Quosve Megaera ferox, aut quos irritat Erinnys,
 Anguibus intortis quae sibilat, altaque turbat
 Concilia, et trepidos medium jubet ire per ignem.

Hic quicumque nefas furiis immane secuti,
 Egregias patitur poenas, qui funditus Urbes
 Evertit, qui Templa Deum crudeliter ussit,
 Quique fidem, et vanâ violarunt foedera linguâ:
 Hic Catilina ferox, hic Lentulus, atque Cethegus;
 Atque alii infido turbati pectore Cives.

Quos omnes ut forte videt Pandulphius heros

Adloquitur tali carum simul ore Parentem:
 Dic, Genitor, si vera ferunt, si bella Gigantum
 Ulla fuere; quibus poenis urgentur, et ipsi
 Supplicium Titanes ubi exercere jubentur?

Ille refert: non vana petis, verum ista referre
 Tantalus ipse potest, mediis quem cernis in undis
 Arentem, et ramis captantem poma supernis.
 Nam neque fas nobis illuc accesse, nec alti
 Fata videre Jovis: quare huc concede, senemque
 Adloquere, et poenas illo scitare magistro.

Sic ait: ille piger nunquam ad pia facta profatur.
 Huc ades, aeternumque volens jam linque laborem,
 O nimium miserande Senex, frustraque tot annis
 Aeterno versate malo; secreta Gigantum
 Terrigenum mihi damna refer, poenasque suorum

295

300

305

310

315

HESPERIDOS LIBER IX. 195

Quas scelerum pendunt, memora. Tum Tantalus ore
Arenti siccas sic solvit in horrida fauces
Verba: quid in caelum qui jam voluere superbo
Ire gradu, hic Erebi fundo miraris in imo?
Ima tenent quicumque petunt sublimia; nemo, 320
Nemo hominum potuit caelum adscendisse, sed alto
Vertice dejectus Stygiis caput abluit undis.
Vin' et Aloidas, Otum, durumque Ephialtem?
Vin' ausos referam montes imponere summis
Montibus aërios? Celso vin' Ossan Olympo 325
Supposuisse ferunt quos demum? Hos ordine dicam,
Nam memini. Quondam tristis cum Thracius Orpheus
Conjugis amissae magno compulsus amore
Venit ad has sedes, infernaque regna petivit;
Tum fidibus tenues stupuere sonantibus Umbrae, 330
Tum Manes moestos cantu mulcebat, et atra
Tartara; tum licuit saevos vidisse Gigantas.
Namque Pater nigri tum nostra remisit Averni
Supplicia, et dulci tactus fera pectora cantu
Ipse Erebi cupidis Reginam amplectitur ulnis. 335
Tunc impune quidem poenas ediscere, sed non
Evasisse suas licuit post cuique; sed illo
Forte die Tityos nostras emersit ad umbras.
Ipse mihi poenas imo quascumque baratro
Narrabat, quales, Juvenis, ne posce doceri.

B b 2

340

Ipse sui primūm jecur immortale ferebat
 Vulturis avelli rostro sine fine recurvo,
 Inde renascenti jecori instaurare recentes
 Ore dapes avidam volucrem, tum demere tantum,
 Crescere quantum oculis subitā vidisset in horā; 345
 Ut Titanes adhuc tenebris volvantur opacis:
 Namque hos magna premit moles, quòd Numina contra,
 Atque Jovem obsesso conati insistere Olympo.
 Ab Jove quām distant miseri nunc! Haec ubi fatus,
 Effugit, et solitas sitiens se mittit ad undas. 350
 Respicit interea Pandulphi maxima proles
 Thesea, Pirithoumque videns, Ixiōna juxta
 Versantem rapidis per inane volubile ventis.
 Hic Danai natas maculosa cribella fatigant,
 Nec non Aeolides saxum fert Sisyphus ingens, 355
 Sisyphus Aeolides lucri cupidissimus omnis.
 Hic Eriphylaei facinus miserabile Nati,
 Tyndaris hīc conjux magnorum Regis Achivūm,
 Saeva Clytemnestre, nec non Aegisthus, et ulti
 Trux Agamemnonides scelerum; tūm caecus et armens 360
 Oedipodes, Atreusquē senex, qui sole Mycenæ
 Fraternā, infandūm! fraudavit caede paternas.
 Hīc ausi magnum verbo incusare Tonantem,
 Supplicia infidi magnis patiuntur avari
 Sedibus; hīc quicunque pios pulsare Parentes; 365

HESPERIDOS LIBER IX. 197

Qui Patriam, aut Patriæ Regem quicumque verendum
Prodidit, et Dominos non unâ fraude fefellit:
Hos omnes unâ fundo Styx volvit in imo.
Pars inhonesta ferunt avulsis naribus ora,
Pars manibus caesi semper post terga revinctis, 370
Pars laticum spumâ mediis exaestuat undis,
Atque alii gelidâ nudi tumulantur arenâ.
Aeacus Aeginæ genus hic tonat, Aeacus umbris
Imperat ante alios; sedet hic Rhadamanthus, et alter
Filius Europæ Minos gravis arbiter Orci; 375
Nec procul hinc diri squalent penetralia Regis.
Hic Phlegeton, illic nigrâ Cocytos arenâ
Sulphureas permiscet aquas. Quae flumina postquam
Conspexere, Virum tali Psycheia voce
Admonet: Ausonidum decus immortale virorum; 380
Dux Pandulphiade, fugin' hinc, dum exire potestas?
Namque ubi caeruleis Nox intempesta quadrigis
Vecta polum gelidâ medium trajecerit umbrâ,
Frustra iter ad Superos datur hinc. Aurora sub altâ
Quos tellure premit segnis, non amplius unquam 385
E roseis elata rotis videt. Eja age rectam
Carpe repente viam, notisque immittere rebus,
Et supero te crede solo; nam caetera nostris
In tectis narrare licet. Sic fata, morantem
Diva manu prendens Stygiis amovit ab umbris. 390

B b 3

At Pater Elysios invisit, et arva beatis
 Ante parata viris. Superas Sismundus ad auras,
 Sub terris molitus iter, redit, atque sub ipsum
 Emersit Famae Templum, sylvasque revisit.
 Et jam tempus erat, quale est cum luce remissa 395
 Sol cadit, atque viae longis conduntur in umbris,
 Aut ubi prima redit rubefactis lampas Eois,
 Vespere ceu sero, primo ceu mane colores
 Rebus abire solent, aut cum coepere reverti,
 Sidera rara micant confuso tempore; tali 400
 Tempestate Virum verbis praetentat amicis
 Nympha genus Zephyri. Quid, age, o fortissime Rector
 Ausonidum, credis rerum gerat Itala tellus
 Te sine? Nil equidem, nisi me dubitare profectum
 Antiquam ad Cyprum mediis periisse sub undis, 405
 Retulit ille: eadem nostrae sententia menti est,
 Ausonidum Vir summe Ducum; Taracorius heros
 Illud idem, hoc populi credent: quare arte petenda est
 Italia, atque astu; quam ni defendere pergis,
 Hactenus incoepitis actum est nihil; omnia finem 410
 Propter agenda bonum; tum pacis amore gereada
 Bella viris: ne Celta ferox, ne barbarus hostis
 Occupet Ausoniam magnâ virtute cavendum est.
 Tum Pandulphiades medio in sermone loquelas
 Abstulit, et tenero sic interfatus amore est 415

HESPERIDOS LIBER IX: 199

Multa putans animo Natis super, atque cadenti
Italiâ: O Virgo, quanam ratione tot undas,
Tot maria, et tantos superabo pectore fluctus?
Nam neque navis adest, mediis quam liquimus undis,
Nec fidi comites, quorum pars ulla superstes 420
Vivit adhuc si forte, reor quod non tamen; unde
Huc venient? Non, ipse velit si Jupiter, oras
Posse rear patrias penetrare: sed omnia quando
Scire Deas certum est, quam spem tu concipis, ede.
Sic ait; illa refert: Dubitas ergo, optime Regum? 425
Ne dubita: tibi navis erit fidissima praesto,
Quam Pater ipse domum divino flamine portet.
Puppe Ligus firmâ flabris surgentibus Euri
Stat tristis Phegeus nostris ejectus arenis:
Hunc pete, dum fas est, juvenemque adfare morantem. 430
Sic ait: ille pedem Templo dimovit ab alto
Littora curva petens; placidis tum Phegea verbis
Ignarum adloquitur solâ sublimis arenâ.
Si potes Italiam solus servare cadentem,
Non auri, argentine simul, quae copia multa 435
Est mihi, defuerit merito sua praemia tanto.
Si potes Ausoniis Sismundum sistere terris,
Non remis vexare manus, non ducere tonsas,
Non labor insano miserum te credere ponto,
Sed tibi laetus ager quantum exoptasse licebit, 440

Et domus, et quidquid nostris elegeris oris.

Haec ait: ille pedes amplexus, et ecce profusis
Haerebat lachrymis, genibusque adfusus utrisque,
Ut primūm optatas fas est emittere voces,
Ingenti pietate animos arrectus et infit:

445

Ergo incusavi ventos, aurasque furentes
Inscius, ingratusque Deūm, quibus omne quod optem
Ultrō indignanti, et Furiis injusta querenti.
Auspicio, Fortuna, Deus, tempusque tulerunt?
Ignarae mentes hominum, quae vota sequuntur
Incertā ratione! Deus, Deus omnia nobis
Dat bona, quē sine nil rectique, bonique potestur
Confieri: nihil ille mali, sed nostra cupido,
Quae miseris innata trahit mentemque, animumque.

450

Ille auctor coepti, finem ferat ille precamur.
Ut mala perpetuo nunquam Fortuna fuisti!
Tu ne igitur nostrā, Sismunde, ferere carina?
Atque Deo ducente tuis te reddere Regnis
Fas mihi, fas populos nautae servare Latinos?
O minimis Fortuna viris non semper iniqua!

455

Quin ego non aliud pretii, nec munera poscam;
Praemia magna satis sunt haec. Sic fatur; at illum
Ipse manu ad Nympham dicit Pandulphius heros.

460

463



BASINI PARMENSIS HESPERIDOS



LIBER DECIMVS.

INTEREA totum volitans jam fama per Orbem
Ibat, et ambiguo populos sermone tenebat,
Sismundum Iōnio demersum obiisse profundo.
Luctus ubique virūm vario sermone loquentūm.
Occultant lacrymas Itali, sed mente profundā
Suspirant, miserūmque fremunt: lugubre vagantur
Mussantes trepidique senes, juvenesque superbi,
Praecipue quos Martis amor, quos gloria belli
Dulcis alit: non ulla tubae data signa per urbes
Ausonias; non acer equus suadente magistro
Flectier in gyrum, et cornu quatere arva sonanti;
Non enses, non tela novant, clypeosve, jubarasve:
Arma petit nemo, frigetque infracta virūm vis.
Quos ubi non vano sensit languore teneri,
Ipse iterum mentem totam Taracōnius heros
C c

5

10

15

Impulit ad magnum duri Mavortis amorem,
Atque haec in mediis sic est effatus Iberis:

Magnanimi Celtae mentes advertite paucis,
Atque bonum sperate Jovem, qui tempore laeto
Pronus adest; non ipse pios, non ipse precantes
Reppulit, et sero quamvis, tamen omnibus idem;
Omnibus interdum dulcem largitur honorem.

Nam penetrans Grajas Juvenis vesanus ad urbes,
Antiquam et Cyprum vanos ducturus Achivos,
Morte luit poenas scelerum Pandulphius heros
In gelidâ miserandus aquâ. Quem terra tenere
Non poterat, tenuere freti vada salsa profundi.

Sic Pater ille Deûm domat ingratosque, ferosque,
Immanesque viros. Italis spes omnis adempta est
Imperii. Ductore opus est, qui more superbi
Sismundi fera bella gerat. Quisnam ille per omnem
Italiam, solum quem sic Romana coronent
Agmina? quem metuant? Nunc, est nunc tempus acerbum
Jam posuisse nefas, turpesque refellere casus.

Mutata est Fortuna loco, quae fida secundis
Rebus adest miseras Thuscorum exstinguere Gentes.
Scilicet arma ferent auro spectanda polito,
Quae praedae, quâ Martis habent plus obvia telis
Celtarum imbelles Itali; Duce praelia nullo,
Alphonso bellante, gerent? Exempla priorum

20

25

30

35

40

Magnanimi spectate viri. Quot millia Xerxes
 Duxit ad angustum clausi maris Hellespontum,
 Tot Medum turmas, equitare per aequora ponti
 Ausus, et abscissos inter dare carbasa montes?

In Duce res belli posita est; me Rege secundis
 Auspiciis, fatisque Deum, sperate superbos
 Italiae Populos primâ devincere pugnâ.

Talibus ante Duces magnorum Ductor Iberum.

Tum subito Celtae furiis agitata juventus
 Experiuntur equos, et se se hortantur in arma.

Nescia venturi mens improba, nescia fati,
 Caecus amor belli tantum suadere malorum,
 Et gaudere suo potuit Fortuna favore,
 Quos alias fors ad lacrymas mutata reservat.
 Exsultant, tumidique ruunt, bellumque minantur,

Bellum Italis omnes, conjuratique repente
 Limine pro Jani subito fremuere tumultu.

Quae fama ut pavidas Italum penetravit ad aures,
 Deficit a sociis Populonia Terra Latinis.

Ergo Itali trepidare magis, magis arma timere
 Alphonsi, Populumque minas, cunctique metu se
 Dejecere solo, ac tristi intremuere pavore,
 Cordaque magnanimum quondam sunt strata virorum.
 Clade quidem auditâ concussae funditus urbes
 Tyrrhenae: Pisaea gravi tunc arva tumultu

C c 2

45

50

55

60

65

Deserta a miseris cultoribus; omnia bellum
 Tuta minantur: eunt veteres ex urbe coloni
 Exilio, proh grande nefas! Timet inclyta rerum
 Roma, decus Latii quondam, trepidique Quirites,
 Tum Veneti se se Regi junxere superbo

70

Insubrûm populos contra, Ligurumque catervas;
 Nam Ligures Thuscos bello juvere priori.

Ergo omnes Lydi quondam, nunc Thusca juventus,

Praecipuo trepidare metu; pars squalida duris

Crinibus ora tegunt, pars est amplexa Penates,

75

Et genua alta Deûm: celsis altaribus illi

Dependent, miserûmque fremunt; aliisque per urbes

Supplicio, et magnis incendunt aethera votis.

Ipsi, spes bona quos Sismundo certa sub uno

80

Dulcis alebat, eunt pavidi, nec jam ulla minantur

Bella truci Alphonso: trepidant juvenesque, senesque,

Attonitaeque nurus. Sed jam Taraconius heros

Praeficit innumeris gnatum Pherinanta catervis;

Nec minus arma viris sacro depromere Templo

Jussit, et horrendos belli recludere postes.

85

Tum laeti Proceres per latos agmina campas

Eduxere: ruunt equites, peditesque sequuntur,

Parthenopaea, tuos linquentes ordine campos.

Quos ubi stellifero Superûm despexit Olympo

Rector, in haec vocem divinam fata resolvit

90

Mercurium antevocans: Iterum, Cylenia proles,
 Nate, vola, claroque celer delabere Olympo.
 Cimmerios pete, Nate, locos, tenebrasque relinqu
 Parte aliâ, Zephyrique domos, et Templa superba
 Ingredere, ac notis Sismundum vocibus imple.
 Dic ut in arma ruant Populi, Caelteque superbi,

95

Tentet fortunam, et fatum inviolabile Divum;
 Namque dabit Deus ipse viam, tempusque monebit.
 Praeterea petat auxilium Natamque, Patremque,
 Namque dabunt redditus faciles, flatusque secundos:
 Nec prius Hetruscas penetraverit hostis ad oras,
 Victor Arimineam quam sit delatus ad Urbem.

100

Sic ait. Ille nihil contra adversatus, ab alto
 Se mittit caelo, solitasque reverberat auras,
 Oceanique petit Deus alta fluenta reposti.
 Invenit ut vario miscentem pectora motu,
 Talibus adloquitur Juvenem Cylenia proles.

105

Me Pater ille Deum supero tibi mittit Olympo,
 Qui freta, qui terras, atque aurea sidera torquet.
 Scin' ut in arma ruant Populi, Celtaeque superbi,
 Hispanique truces, Alphonsique inclyta proles?
 Quin petis auxilium, jubet hoc, Natamque, Patremque,
 Namque dabunt redditus faciles, flatusque secundos?
 Dixit, et in tenues fugit intractabilis auras.

110

Obstupuit visis magnorum Victor Iberum,
 C c 3

115

Et subito ad Nympham divina oracula reportat,
 Adfaturque patrem Zephyrum: Dux maxime veris,
 Venturaequae aestatis honos, qui floribus agros
 Insignis variis laetos, cui spiritus altis
 Arboribus frondes, cui sufficit aura jugali
 Connubio volucres, et qui ferventibus undis
 Progeniem liquidis educunt sedibus udam;
 Quem mare navifragum sentit, quem daedala tellus,
 Ipse velis nostro, Pater, adspirare labori.

Sic ait: huic veris contra Pater inclytus infit.

O virtute tuâ summo notissime caelo,
 Linquere te portus facile est, atque alba secundis.
 Tendere vela Notis: labor est superare furentis
 Caerula vasta maris, scopulos, et saxa latentia,
 Et Syrtes vitare malas, avidamque Charybdin,
 Latrantemque antro Scyllam, canibusque gementem ,
 Delphinasque vagos caudâ pulsante prementem.

Quare animum dictis adhibe, et te signa docebo,
 Atque utrumque latus quoniam vitare licebit
 Et superare modo; namque hinc ad sidera moles
 Vasta minans pelago subjectas despicit undas
 Incussas crebro duris a cautibus ictu.

Has autem cautes Planctas dixere beati
 Caelicolae, quas praeter aves plaudentibus alis
 Non veniunt, non inde Jovi venere columbae

120

125

130

135

140

Ambrosiam Summo referunt quum forte; nec ullis
Classibus hac iter est tutum, quā durus Ulysses
Non sine parte sui potuit transire relictā.

Sola autem incolmis superavit caerulea ponti
Argo, quae saxis non est clisa, quod ultro est 145

Praetermissa manu Junonis, Iasona quando
Diva potens caeli miro servavit amore.

Forte duo scopuli adparent cùm veneris illuc:

Occupat hic caelum sublimi vertice nigris
Nubibus obtecto; rubrā non ardor ab aethrā 150

Triste cacumen habet, nihil hic aestate serenā;

Autumnoque die carentis; scandere quem fas

Non ulli est hominum: medio specus aestuat antro:

Hinc procul o fragilem, juvenes, inhibete carinam,

Et prohibete ratem saxis haerere malignis. 155

Hic est Scylla rapax, fremitu quae verberat aequor,

Monstrum immane ferox, cui stant capita atra frementi

Sex numero, atque pedes bisseni, et faucibus atris

Impia lethifero mortis foedata veneno

Ora sonant triplici ter dentis acumine densi. 160

Eminet ex antro tetri pars maxima monstri,

Et capita aethereas ostentat Scylla sub auras.

Delphinis, canibusque gemunt femora hispida vasto

Latratu. Illa viros puppi detraxit Ulyssis,

Et gaudere potest transit qui impune Charybdin, 165

Parte aliâ adsurgit scopulis quae tristis adesis
 Fronde sub horrenti vomitans fluctusque sonantes,
 Absorbensque iterum; ter ad aethera murmurat unda,
 Ter cadit in praeceps, vastoque remugit in antro:
 Haec fugienda tibi. Tum sic Pandulphius heros:

170

Omnia sunt animo, Genitor, haec cognita nostro,
 Quo fugienda modo Scylla est, atque atra Charybdis.
 Verùm illud, quod tu memoras, quòd Iasona Juno
 Juverit auxilio, scopulis ne verteret illis;
 Non ita me docuit senior jam forte Carinus.

175

Noverat ille situs terrarum: retulit ille
 Euxini solas Grajos adnasse per undas,
 Quaque Propontis eos alienis intulit oris.
 Vix ea: cùm Zephyrus ridenti reddidit ore:

Non novit senior, memoras quem forte, Carinus,
 Dum fugit Aesonides abductâ sponte puellâ
 Magnanimi Regis faciles mortalibus Aetae
 Quòd metuens portus, et avaras praeterit oras,
 Atque ideo primùm juvenes venere per Istrum
 Innumeri jam tum; qui postquam deesse videbant
 Undas remigio, sublatam fortibus Argo
 Imposuere humeris, et quae portaverat ipsos
 Portavere ratem, donec posuere reposo
 In pelago, hinc remis Tyrrhenum vecta per altum.
 Nec te Moeonii Vatis memorabile carmen,

180

185

190

HESPERIDOS LIBER X.

209:

Nec te Musa latet. Circe cùm instruxit Ulyssem,
 Iaquit ea haec Ithaco cùm jam migrare pararet:
 Scylla tibi fugienda, viros quae puppe revulsos
 Obruit, aequoreasque furens jubet ire sub undas.
 Sola autem incolumis superavit caerula ponti 195
 Argo, quae saxis non est elisa, quòd ultro est
 Praetermissa manu Junonis, Iäsona quando.
 Diva potens caeli miro servavit amore.

Haec Ithaco Circe jam jam memorabat eunti.
 Non igitur senior referebat vera Carinus, 200
 Qui nunc peccati poenam luit improbus omnem.
 Et quoniam, ut narras, vidisti forte Carinum,
 Nunc referam casus mutati corporis omnes.

Est locus Eridanum juxta, piscosa secundùm
 Stagna, Padusacos resonant ubi flumina cygnos. 205
 Hic dum forte senex curvos adservat ascellos
 Mercurium latis ipsum non vedit in arvis.
 Viderat ille quidem, sed non agnōrat eundem
 Saepe Deum ad se se venientem, ac magna ferentem
 Munera, si Maja genitum pius ille salutet. 210
 Verùm aliò mentem divisorat, atque palustri
 Culmine saepe latens pecus omne ad tecta reducit
 Immemor ipse Dei, nullum cui reddat honorem.
 Non tulit ulterius peperit quem Maja Tonanti:
 Munera quandoquidem non vis mea, dixit, habebis 215
 D d

Haec tibi, quae totos memorent tua facta per annos;
 Amnibus herbosis, stagnoque querere loquaci;
 Guttura quae tibi sunt, eadem remanere jubemus,
 Idem oculi rubeant; eadem stet vocis imago;
 Spinaque, quam prato p̄esuisti saepe virenti,
 Sit viridis, dorso quae dividat alta natanti
 Flumina; rana loquax sub aquâ quacumque recumbas.
 Sic effatus, aquâ Lethaei fontis inertem
 Sparsit, et elatâ percussit tempora virgâ.
 Ille virum exuere incipiens, sine mente, sine arte,
 Ingenio fretus limosis desilit undis,
 Turbavitque lacus, sonituque exterritus imo
 Delituit stagno. Talis fuit exitus illi
 Pastori eximio quondam, si nōsse liceret
 Mercurium, et saevas Superūm non temnere laudes.
 Sed nec dignus erat, de quo tot verba referrem,
 Dum cupis auxilio Italianam contingere nostro.
 Nec moror ulterius flatus spirare secundos;
 Phegea jamque voca socium, navisque magistrum,
 Et concende meis confisus viribus aequor.

Talibus auditis gaudet Pandulphius heros,
 Adtollitque animos bellorum incensus amore.
 Ecce autem Phegeus subductâ ut forte carinâ
 Utre ferens ventos, quibus ipse per aquora ferri
 Posset, si norit factum Taraconia puppes:

220

225

230

235

240

HESPERIDOS LIBER X. 211.

Flamina puppe ligat; clausos vehit aequore ventos.

Tum bonus Ausonides: age dic, sanctissima Nymphæ,
Nymphæ animo certe dudum gratissima nostro,
Per tibi siquid amor meus in te dulce relinquet,
Oro, animi miserere mei; dic, optima Virgo, 245
Qua virtute ferös Italos a finibus hostes
Pellere, et audaces possim devincere Celtas.
Nam neque me frustra Genitor tua limina jussit:
Adventare, dares ut tu praecepta, nec ipsis
Deficeres Fatis, sed sancta oracula referres. 250
Consiliis opus est nunc demum; vincere Celtas
Si Fortuna jubet, jam nunc da morte vel atrâ
Occiduis periisse vadis, precor, optima Virgo,
Defensorem Italæ per magna pericula gentis,
Victorem Alphonsi quendam. Mors illa beata est; 255
Quae cum laude venit. Turpem ne ego vivere vitam,
Atque oculis spectare diem cupiam inde fugatus,
Unde ferum validis dejeci viribus hostem?
Absit ut iste furor: petius mihi nigra videnda
Tartara sint iterum; potius terraeque recessus, 260
Oceanumque Deum videam, Tetynque parentes,
Aut maneam vestris in sedibus. Haec ita fato
Rettulit ipsa viro Zephyri Psycheia Virgo:
Nulla viro forti dura est via; nulla volenti,
Si modo recta velit, res est infecta: quid autem 265
D d 2

Alphonsum dubitas Italis avertere terris,
 Id vero dubitare nefas. Vix ille tuorum
 Oppida Thuscorum capiens non multa, laborem
 Incassum victor praemissis traxerit armis,
 Praeter Arimineam cum te Pater almus ad Urbem 270
 Vexerit; ille dolos Divum cum nōrit, et aeri
 Terga parare fugā, et solitas volet ire per undas.

Talibus audīs gaudet Pandulphius heros,
 Conscenditque levem Zephyro spirante carinam.
 Nympha vale, memori quam pectore semper amabo, 275
 Semper honore sequar: nostras tua fama per urbes
 Et decus, et nōmen cunctis vulgabitur horis.

Dixerat, avulsāque volat per vasta carinā
 Aequora, nec ventos audit spirare frementes.

Solus in Eos pandebat flamina tractus
 Hesperides Zephyrus: neque enim Jovis ales ab alto
 Aethere se mittens, clausis cum devolat alis,
 Tantum aperit caeli dīvisis aēris auris,

Quantum puppis aquae vento secat acta secundo.

Miratur sylvas Pandulphus abire videntes, 285
 Miratur tremulos Zephyro subsidere fluctus,
 Mira tur campos liquidarum laetus aquarum,
 Nec minus aetherei tractus suspectat Olympi.
 Omnis ab adspectu tellus abscesserat, altum
 Spectabat pontum, et lati spatia undique caeli. 290

Fallit et ipse viam vario sermone, diuque
 Narrat inauditi multis miracula Ditis,
 Nunc referens comiti Tityon telluris alumnum,
 Jugera tota novem vasto qui ventre premebat;
 Sisyphon Aeoliden, et Tantalon, ancipitique 295
 Membra rotâ versi ad vacuas Ixiönis auras,
 Herculis et magni simulacrum grande; sed hujus
 Umbra stat infernis in sedibus, aethera at ipse
 Calcat, et aeterni Patris se coetibus addit
 Connubiis Hebes laetus florentis. Ibi alta 300
 Talibus Oceani linquens Dux ipse fluenta,
 Atlantis celsi certit caput, unde solutae
 Sole nives tandem barbâ liquuntur ab udâ.
 Jam terras, mediumque fretum, Maurisiaque arva,
 Hesperiasque domos, montes, camposque videbar. 305
 Tum vero laetam tollunt ad sidera mentem
 Gaudia, ut Ausoniâ sperans tellure potiri
 Cernit utrumque latus terrarum, et littora noti
 Aequoris: Hadriacum subiit mare, dulciaque arva,
 Et Patriae sedes, campi, collesque beati. 310
 Interea pavidos Pherinas invadit Hetruscos
 Filius Alphonsi Regis, clarissima proles,
 Lydorumque domos igni, ferroque superbus
 Exscindit primo ingressu, civesque trucidat,
 Terrorem incutiens aliis, Tyrrhenaque forti 315
 D d 3

Oppida capta manu fumantia culmine ab alto
 Aequat humo. Sed ubi jam jam Foliana lacescit
 Moenia terribili sonitu, subitoque tumultu,
 Lydorum gens omnis eò confluxerat arctas
 Tutari fauces, hostemque avertere caris 326
 Finibus. Instabant ergo Celtae, atque superbi
 Lydorum contra populi, Tyrrhenae juventus.
 Agmina Celtarum Thuscis occurrere turmis
 Praecipitant, ipsumque vocant in bella superbū
 Estora magnanimum, campis qui se inscius aequis 327
 Credit, ubi totas amisit perditus alas;
 Undique enim positis medium cinxere catervis.
 Terribili insultu fugit tamen ipse; sed omnes
 Amissi bello comites: ipse aeger inermes
 Effugit ad socios, Tyrrhenorumque phalangas. 328
 Tum vero Celtis animum decus extulit ingens,
 Arrectaeque Ducum mentes ad laudis honorem.
 Tum Foliana petunt turbatis moenia Lydis:
 Jussi equites Pherinanta sequi: pedes omnis Hetruscos
 Primus adit, magnumque trahunt in praelia martem, 329
 Exercentque iras furiis, dulcique favore.
 At miseri summo pendentes aggerè Lydi
 Despectant imis venientem vallibus hostem.
 Illi autem contra suspectant turribus altis
 Adstantes Thuscos, turbataque pectora primo 330

Marte vident, caelumque vagis clamoribus implet.

Nunc trepidos, segnesque vocant, qui moenia clausis

Adservent miseri portis; non inde futurum

Auxilio obsessis Sismundum: dedere malint

Sponte suâ se se, miseram quâm degere vitam

Navibus, extremum poenae genus: omnia demum

Ante oculos habeant sociorum. Nec minus illi

Contra autem dictis incessunt fortibus; hosti

Eventum belli talem fore, qualia circum

Moenia gesta diu Populonia bella superbis

Hesperiae populis; Italis nec deesse potentes

Ductores, quae terra viros invicta superbos

Extulerit, Curiösque graves, fortesque Camillos.

Talibus Hesperidae, atque Itali contendere dictis.

Verùm ubi nil agitur dictis, pugna atra furentum

Exoritur longe juvenum: tuba rauca canorum

Utque dedit sonitum, crepuitque per aethera clangor,

Tùm vero incumbunt omnes, murisque propinquant

Et Celtae, et nati permixto sanguine Iberi.

Contra autem magno Tyrrhena favore resistunt

Agmina; utrinque quidem pauci, sed marte probati,

Jam labente die sumtis cecidere sub armis.

Prima dies parvâ defecit caede superbos

Amborum populos aequo discrimine pugnae.

Postera ut orta dies, Pherinas ingentia jussit.

345

350

355

360

365

Muniri ad subitas lapidum tormenta ruinas.

Tum strepitu ingenti revoluto machina saxo
Intonat aere gravi, vastoque remugit olympos,
Adstantesque viros summis pro turribus ingens

Agmen agit secum vasta cum strage ruinâ;

Quo casu defessi animi, ceciditque viris spes

Omnibus Ausoniis: vires audacia Celtis

Addidit: erumpunt magno clamore cohortes

Protinus, ardentesque volant, nec tela, nec ulla

Pugna morata viros: adeo mens omnibus una,

Unus amor laudum, dulcesque ante ora triumphi

Sperati nunquam tantorum ardore favorum.

Obtruncare viros, Urbemque incendere flammis

Omnibus est animus, fortunaque suscitat arma.

Ergo animis superant ingentibus omnia contra

Tela Italum instantes, jaculisque a moenibus altis

Deturbare parant Lydos; contra ocius illi

Missilibus crebris, vastisque molaribus urgent

Moenibus haerentes, scalasque ad tecta ferentes.

Hic Mars vociferans summis a moenibus; o Gens 385

Lydorum, quondam saxis contenta jugosis

Ponere tuta loco non unis moenia muris;

Gentis Tyrrhenae custodes, semper amore

Libertatis opus, Martis laudemque secuti,

Cedite ne Celtis pugna; queis pectus incravum

390

375

380

385

390

Non ferrum, non saxa gerit, totidemque crux
Effusae tacto manant de corpore guttae.

Non Alphonsus enim pugnat, sed Filius aevi
Inscius, et primis vinci qui possit ab annis.

Sic effatus, ovans muris se misit ab altis, 395

Pugnantique viro similis tonat horridus armis

In medios Celtas, et duros agmine Iberos

Terribili inrumpens, multis et funera dextrâ

Mittit, et ad prenso juvenem Pherinanta lacerto

Arripiens, longe fossis amovit ab altis; 400

Atque ibi summa dies olli cum laude fuisse,

Ni manibus juvenem tenuisset Pallas amicis,

Quae fratrem adversâ venientem reppulit hastâ:

Et quacumque tulit gressum Tritonia Virgo

Cessantes subito revocans in bella, timore 405

Quos cessare videt dictis instigat amaris:

Non hic Dux Italum, non hic Pandulphius heros,

Nec differre minas tempus: nunc fortibus armis

Est opus, atque animo praestanti, et viribus illis,

Queis Getula manu cepistis moenia forti. 410

Nunc ruite, et conferte manus; timor absit Iberis

Ausonios contra paucos. Sic fata reliquit

Accensos irâ populos, Celtasque furentes.

Illi autem denso concurrunt agmine ad altos

Infensi muros. Alphonsi maxima proles 415

E c

Euneon ante alios praemittit: at ille volanti
 Exsuperat cursu fossas; cui Lydius Atreus
 Saxum ingens dextrâ muro demittit ab alto.
 Ille quidem contra spirans immane, nec hostes,
 Nec mortem curans, muros dum prendere tentat, 420
 Occidit immanis collisus pondere saxi:
 Crura, femurque lapis divulsi ossibus ingens
 Obruit, inque pudens solvit compagib⁹s alvum.
 Ille tamen fusus, mediāque supinus arenā
 Ad socios dextram tendens orabat, acerbā 425
 Sorte dolens linqui, atque animo indignatus inquo.
 Non tamen idcirco cessabat maximus Atreus
 Vulnera crebra ferens, truncumque adfixit arenā
 Semianimi juvenis; tum viscera rupta fluebant
 Aggere de summo in fossas, tenebraeque natantes 430
 Demersere oculos. Sed non melioribus Atreus
 Auspiciis in bella furens certabat; adunco
 Quandoquidem ferro raptum detraxit Orontes
 Praecipitem, et lacero signantem moenia vultu.
 Morte viri turbata manus Tyrrhena; vicissim 435
 Inque viros nunc tela manu, nunc saxa rotabant,
 Hortanturque suos quisque, et clamore supremo
 Unā unis fremuere animis, hostemque propinquum
 Pulsant, et medium duris hastilibus urgent.
 Illi fixa manus clypeo est; singultibus ille 440

Ilia crebra ferit; nulli sine sanguine Iberi.
 Praecipui, ignavique cadunt; discrimina nulla
 Virtutisque, metusque; virum densa omnia tela
 Digna, indigna premunt; telo tum simplice nemo
 Oppedit; ater abit per multa foramina sanguis.

445

Haec promissa, Duces, magno solvenda Parenti,
 Haec est illa fides, quam me Ductore dedistis
 Alphonso genitori? Utinam bello ipse veniret,
 Spectaretque viros, Procerum tot lecta suorum
 Agmina, cessantes, retroque timore ruentes!

450

Quae vos segnities tardat? Spes nulla salutis
 Ausoniis. Pugnate brevi, qui tempore longo
 Victores teneatis agros, et rura beata
 Devictae Italiae vobis. An praemia parva
 Pro subito sudore virum reddenda putatis?

455

Eja agite, et inecum vasta quassate ruinâ
 Moenia: non numero vincunt, non viribus hostes.

Dixit; et ad muros cursu volat impiger acri,
 Adstantemque Gyan muro, durumque minantem,
 Mittentemque suos ferro rapit asper adunco,

460

Detraxitque virum magnâ cum parte revulsâ
 Murorum ingenti sonitu, Thuscumque jacentem
 Occupat, atque genu pressum terrae applicat, ensem
 Fulmineum extollens dextrâ, elatumque retorquens,
 Quo ferus increpitans jugulum simul haurit apertum.

465

E e 2

Ille volutus humi tetros vomit ore cruores.

Tum quoque terribili sonitu, subitoque fragore
Saxeа flammifero moles emissа camino

Impulit adversos titubantia moenia muros.

Inde aliud saxum, bisseni tollere frustra

470

Quod cupiant homines, labefactis machina muris

Protulit aere gravi, vastoque remugit olympos:

Quo pulsu dejecta solo fumantia multo

Pulvere lapsa cadunt turbatis moenia Lydis.

Ut Celtae faciles aditus videre, furentes,

475

Urgentes se se muros penetrare diremptos

Certatim instabant densi, magnumque fremebant,

Quos nec parva manus Lydum prohibere petito,

Nec removere loco quibant: per tecta, per aedes

Undique diffugiunt; hostes potiuntur et Urbe

480

Et victis bello Thuscis, multosque trucidant

Praecipios: multi ad naves, captiva juventus,

Evincti post terga manus mittuntur; ubique

Clamor, ubique graves gemitus in corde resultant

Adictio miseris: duplicantur vota, precesque,

485

Et lamenta virum vacuas volvuntur ad auras:

Desperant alii, graviterque infanda rogatos

Incusant sine more Deos. Quae talia postquam

Accepere alii vario sermone Latini,

Ingenti tremuere metu, quos pontus et infra

490

Et supra inspecto circumsonat Apennino.

Tantus ubique timor, tantam se Fama ferebat
 Cuncta per ora virūm ! Multi petere alta caneabant
 Ecce Fluentinos Celtas jam moenia muros;
 Hi Grajas toto jurabant agmine Pisas,
 Flaminias alii memorabant currere ad orās.

Hic Pherinas postquam muros ingressus Hetruscūm,

Vulnera curari quicunque est saucius ultro
 Imperat, exsequiasque viris Mavorte caducis
 Impensā ingenti vanum concessit honorem

Laetus, et ingenti mentem dulcedine tactus.

Nec minus Alphonso Legatos mittit, Hetruscūm

Qui cladem, et miseri declarent funera vulgi,

Atque aditus Celtis primae regionis apertos.

Exin bella ferat cui primūm, quam prius Urbem

Obsideat, quae jussa Patris mandata capessat.

Olli Parthenopen, optataque regna petebant.

Nati Oratores magnam Genitoris ad aulam

Ut venere, jubet trepidos mandata referre

Rex Alphonsus, et haec: quid me Natusque, Ducesque

Sollicitant? Quae bella gerant, quae prima coronent

Moenia Marte sciunt; neque enim dubitare licebat,

Hinc ego digressis quaenam praecepta dedissem,

Hostili in terrā quos hibernare jubebam,

Et jubeo; quamquam viridem decussit honorem

E e 3

495

500

505

510

515

Arboribus Boreas, autumno et bruma relicto
 Succedat non tarda licet; quae moenia victu
 Fertiliora vident, capiant. Haec jussa Parentis,
 Haec sunt, quae Nati caras referatis ad aures.

Talibus adtoniti dictis, Regisque timore 520
 Legati redeunt, Pherinantaque talibus implet.
 Laetior ille Duce*s* in coetum convocat ultiro,
 Adfaturque viros tumulo sublimis ab alto.

Quae mandata Patris, Proceres, quae certa voluntas
 Est, audire placet: mentes advertite, dicam. 525

Ipse jubet patrias ne quis secedat ad oras,
 Sed cuncti hiberno campis tendamus Hetruscis.
 Nec jam dura mei videantur et aspra Parentis
 Jussa, Viri: veterum sinitis si facta virorum
 Censeri, Italiam Poenus tria lustra vel annum 530

Sole repercussum ferro vastavit, et igni:
 Nunc Poeni sane nobis dant magna tributa;
 Atque Italum gentes multae, Lucanaque tellus,
 Campanique Duces, atque Apula Regna, et Iberis
 Omnia sunt magnis loca debita Marte trphaeis, 535

Qua tepet Oceani, qua caerula Tethyos ora.

Quod superest Latii facile est domuisse Tyrannis
 Hesperiae antiquis. Primum Tyrrhena gerenda
 Bella quidem nobis, quod nos tellure, fretoque,
 Auxilio duplici, miseros vastamus Hetruscos. 540

Sunt contra, Ligurumque manus, Insubriaque arma.

At Veneti contra, quae gens ditissima multi

Argenti atque auri, nobis sunt undique magno

Auxilio, Hadriacumque tegunt jam classibus aequor:

Ni parere velint, certum est aequare tepenti

Moenia adusta solo. Sic fatus, ab aggere summo

Millibus innumeris stipatus cessit, et oras

Vicinas populatus, agros, Castellaque vastat

Proxima, queis nec honos magnus, nec nomen, ubique

Diripit, incenditque domos, durisque trucidat

Agricolas. Alto Genitor quum celsus Olympo

Jupiter aeterno despexit lumine terras,

Mortalesque virum miseratus corde labores;

Junonem adloquitur, dictisque haec mandat amicis:

Heu quantam stragem populis molitur Hetruscis

Filius Alphonsi Pherinas! Quae funera mittit

Omnibus! Olli autem quod non Duce praelia fortis

Prisca gerunt, nullo vicunt certamine Celtas.

Ipsi sacra mihi primi fecere, nec horum

Majores pietas Divorum fugit: Iberis

Contra autem sanctum nihil est, nec honore Sacerdos

Ullus inesse solet propter tam dira virorum

Pectora; Pontifices imponere navibus ausos,

Remige ne patrio se se dignentur, et ipsa

Scis, et saepe doles: adeo gens improba, Divum

545

550

555

560

565

Immemor, exsultans furiis bacchatur inquis,
 Sanguinis humani cupiens haurire quod usquam est.
 Fallet eos certe mea nunc sententia; quando
 Stat Superis servare pios, nec inania frustra
 Vota precesque volant superas emissa sub auras: 570
 Audit enim Genitor Divum quaecumque precantur.
 Quare age, et aëream demitte e nubibus Irim
 Indutam varios caelesti veste colores.
 Aeoliam petat illa tuam, saxoque sedenti
 Hippotade mea jussa ferat, qui carcere ventos, 575
 Et duris frenat vasta sub mole catenis.
 Dic Austrum, Boreamque premat, contraque furentem
 Euron, et Eos contraria flamina ventos:
 At Zephyrum durâ solum non claudat in aulâ;
 Hoc opus est nobis; illum terraque marique 580
 Insultare sinat. Contra cui maxima Conjux:
 Mitto equidem variam mediis de nubibus Irim;
 Sed me causa latet, quare cùm caetera jussis
 Flamina clausa tuis patro teneantur in antro,
 Quid Zephyrum durâ jubeas emittier aulâ. 585
 Odisti unde alios tantum quid denique ventos?
 Huic contra placido respondit Jupiter ore.
 Ipse ego nec ventos odi, pulcherrima Conjux,
 Nec Zephyrum foveo plus quam Boreamque, Notumque;
 Sed nobis Zephyris ad quod molimur amicis 590

Est opus; abde tuo mea nunc sub pectore dicta.
Rem minime ignotam referam tibi. Maximus armis
Dux Pandulphiades Hispanas dividit undas
Puppe quidem parvâ, magno sed pondere onustâ.
Hanc Zephyri auxilio longis dissolvit ab oris
Oceani; hac victor Tyrrhena per aequora vectus
Avertet saevos Lydorum a littore Iberos.

Talibus auditis gaudet Saturnia Juno,
Aeoliamque Irim caelo Dea mittit ab alto.
Illa volans summo defertur ab aethere, et imas
Ventorum ad terras celerem se mittit, et ipsi
Jussa refert Regi, qui jam parere parabat. 600



BASINI PARMENSIS HESPERIDOS



L I B E R V N D E C I M V S.


Navigat interea notas Pandulphius undas,
Jam patrias Sismundus aquas, Genuamque propinquam
Optat adire animus, noctemque, diemque secundo
Findit iter liquidum Zephyro; tum prospicit urbem
Turrigeram, et laetis conclusam collibus. Ecce,
Ecce autem Celtae, crebris qui forte rapinis
Tyrrhenum infestant, multis cum navibus adsunt.
Tum Phegeus ventos, quos utre ferebat in altum
Spirantes solvit velum; tunc ocior omni
Turbine fertur aquas scindens, undasque refluxas.
Quae tremulos celeri superavit ut agmine fluctus,
Intravit laetam fortis Pandulphius urbem,
Barbaricumque aliquid populos sermone frementes
Ingreditur, speciem cuius mirantur: at ille
Qui sit adhuc nulli patitur se noscere, donec

5

10

15





HESPERIDOS LIBER XI.

227:

Praetentatque animos, et se praesentit amari,
 Optarique, quod est, vivum fore. Patribus ipse
 Se se aperit demum. Stupuit canusque Senatus,
 Miratique animo Cives, laetamque per urbem
 Ipsi epulis, genioque vacant, dulcique Lyaeo 20
 Indulgere jubent: illum mirantur, et illum
 Circumstant, reducemque Virum gratantur, honore
 Adcumulant quem praecipuo, quem denique donant
 Muneribus magnis. Bis centum dantur equorum
 Corpora lecta Duci, comitesque, ducesque, viarum 25
 Experti bello juvenes. Jamque urbe relictâ
 Montosas Ligurum laetus penetraverat oras;
 Insubrumque domos, Ticinaque rura tenebat.
 Inde Padum supra sub te, Apennine, tuoque
 Vertice laetus iter tenuit, Parmamque frementem 30
 Martis amore petit; priscos cui Roma Quirites
 Transcripsit magno genitos Mavorte, genusque
 Immortale virum, quos fas non vincere bello.
 Cassius hinc Vates, hinc Cassius inclytus armis,
 Atque alii Proceres; quorum fortissimus ardens 35
 Fulmen Otho belli non vanis Tertius armis.
 Hinc genus egregii Cives, Romana juventus,
 Procedunt Regi per latos obvia campos
 Agmina, Pandulphumque vocant, ipsumque coronant
 Quisque suo demissi ab equo; quos ille libenti 40

F f 2

228 BASINII PARMENSIS

Accipiens animo dulci compellit amore.

O veterum gens prisca virūm, quām mente benignā
Accipio, videoque meos antiqua Quirites
Nomina? Arimineis mixtos genus! Una propago est
Romulidas sortita Patres, quos sanguine ab uno
Scindere se veterum nos scimus origine avorum.
Quare agite antiquum, Proceres, renovemus amorem.

Inde petit Mutinam; patrias hinc laetus et urbes,
Flaminiasque domos, et Regna paterna revisit.

Quae fama ut pavidas Celtarum venit ad aures,
Obstupuere metu ingenti: pars credere famae
Indignata negat secum; pars illius artes,
Insidiasque timet; partem fortuna Latini
Nominis externos contrā non aqua fatigat.

Ast Italos laetā demulcent gaudia mente,
E Latio innumeris nam jam venere catervis.

Ac velut Oceano veniens Gradivus ab alto
Thracas adit placitas rediens jam victor ad oras;
Sic Pandulphiades patriā Sismundus in Urbe
Ingentes animos adtollit, et impiger ardet;
Ardet enim, patriasque cupit jam linquere terras,
Apennine, tuum caput adscensurus, et arces
Aërias, campisque iterum se reddere Hetruscis;
Incensumque ultro magni Mavortis amore
Instigant Itali studiis, et voce faventes.

45

50

55

60

65

HESPERIDOS LIBER XI. 829

O decus Ausoniae, magnorum Ductor Hetruscum,
 Nunc opus invidiam est; nunc te tua dextera demum
 Antiquis praeponat avis: invicte Latini
 Nominis ulti ades; te nunc ostende, nec ultra
 Tende moras; in te certae spes vera sulutis, 70
 Omnis honos Latii Sismundo restat in uno.
 Te super omne decus; de te fas discere virtus
 Quanta sit, et justo possint qui vincere bello.
 Nunc veris certare odiis, nunc arma licebit
 Scilicet, et votis optata capessere bella. 75
 En portenta mali jam nunc dant signa futuri;
 Numquam aliás spissum tantum caligine vidi
 Aëra, numquam aliás tanto se opponere nixu
 Defectusque polo Solis, Lunaeque recursus.
 Nunc aliquid magnum caelo molitur in alto 80
 Jupiter: ipse vides promittere magna Cometas
 Funera. Nulla fides hominum surgente tumultu.
 Quod restat Latio, veniunt in foedera Reges
 Externi, Ausoniasque audent sibi poscere terras.
 Tali Roma malo, tali concussa ruinâ 85
 Italia est, nî bella capis, nî praelia misces,
 Nî ruis in Celtas, et saevos agmine Iberos.
 Talibus Italiae Proceres de rebus agebant;
 Quos inter dictis loquitur Dux magnus amicis.
 O commune genus Latiae telluris alumni, 90
 F f 3

236 BASINII PARMENSIS

Magnanimi Ausonii, quasi me non ante volentem
Sponte meâ Alphonsum contra bellare, rogatis?

Ne vero, ne tanta animis ignavia surgat
Ullius, ut dubitent Sismundum praelia contra
Invitum exspertis Celtarum obstare periclis,
Quos vici, quos magna virûm tot millia fudi.

Haud ita pulsa loco nostra est fortuna priori;
Non sum adeo ignarus bellorum, et martis Iberi.
Impubis Pueri turmas spectemus equestres,
Spectemus simul et campo certemus aperto.

Nec timeo Alphonsi furias, et inania verba,
Quae Celtis sine more volant. Nos arma movemus,
Verba serunt illi, quae Vos jam ponite laeti,
Et bellum cuncti votis optate secundis.

Infidis negat altus opem, nec Jupiter audit
Vota nefanda virûm. Testis sit Troja, soluto
Foedere quae telo magnos violavit Achivos
Pandareâ misso dextrâ, cornuque sonanti.

Illum ipsum, qui tela manu, qui foedera solvit;
Tydides curru defudit victor ab alto.

Quare agite, o Socii, restat quod rebus agendis,
Procurate citi; neque enim mora longa ferendi
Auxilii patitur miseris requiescere Lydis.

Sic ait: ast Itali laeto fremuere tumultu.

Extemplo omnis eum Ductorem deligit uno

95

100

105

110

115

HESPERIDOS LIBER XI. 231

Adsensu Italia, et cunctas dat habere catervas.
Quae fama ut pavidas Celtarum venit ad aures,
Mittit Arimineam lectos Alphonsus ad Urbem
Legatos, qui dona ferant, pacemque refecto
Foedere qui firment; Latio fatalia dicant 120
Sceptra externa Deûm deberi numine; quando
Principiò Reges Janum Latium omne tremebat;
Saturnumque senem; Diomedis ut Appula Regna
Imperio Graii multos regnata per annos,
Aeneamque, genus Divûm, tenuisse Lavini 225
Moenia; ut Albani Trojano ab sanguine Reges
Corrigerent duros antiquâ ab origine agrestes.
Romam a principio fundatam Regibus Urbem;
Atque ubi Consulibus multis divisa fuisse,
In se versa ruat sua mox per viscera ferro 130
Exacto, donec Trojani ad Caesaris unum
Venerit imperium, Thuscos, inimicaque Regum
Nomina desereret: moneat Mezentius ipsum
Urbis Agellinae pulsus de sede; nec unquam
Alphonsum credat Reges odisse Latinos, 135
Nec bellasse, nisi magnis ut Regibus hostes
Exsciadat, Latiumque potens in pace reponat.
Nec dubitare quidem, cupiat si foedera Lydis
Jungere, in ultoris bellum caput ingerat omne;
Sed per magna Deûm, terras quibus ipse Latinas 140

Auspicio*b*us teneat, testari Numina, nunquam
 Hoc animo in Reges, nec mente fuisse Latinos.
 Verū illud, quod forte magis mirabile magno
 Sismundo videatur, eum coluisse, suique
 Regnorū partem magnam dare velle, Duce*m*que 145
 Ausonidum contra Teucros, Byzantia qui nunc
 Obsidione premant jam quassis moenia muris,
 Mittere, et Italiam superatis reddere Teucris.
 Talia dicta ferunt Pandulpho, atque ordine pandunt
 Omnia: Legatis cùm sic fortissimus Heros: 150

Ite, redite citi, Ductorique haec mea vestro
 Dicta referte. Genus Latii servile, quod ille
 Regibus externis portendi censem, id omne
 Celtarum Regi nutu Jovis esse negatum:
 Proinde nihil speret deberi jam sibi; verū 155
 Esse aliam in Fatis seriem, qua Barbarus omnis
 Cedat ab Italiā, nec post arma ulla resumat:
 Nec Romana prius patriā cecidisse ruinā
 Imperia, extremis Celtas quām fuderit oris
 Consul, et infenos bello superārit Iberos. 160
 Nec censere quidem Thuscos fore Regibus hostes,
 Sed crudos pronosque manu contra ire Tyrannos.
 Quòd vero nobis inimicam extingue*r*e gentem
 Apparet; id quondam non est mihi visus apertis
 Velle parare dolis, fidum cùm me improbus ipsum 165

Excipit insidiis, et multâ fraude Biaon.

Ille inimicus enim mihi plus quâm tartaro et ipsi,

Pectore qui celet, nunquam quod et ore revelet.

Quòd Teucros, Asiamque velit me mittere contra,

Ibo ego sponte meâ cùm primùm cana soluto

Bruma gelu totas fluviorum oppleverit undas.

Interea Ausoniâ Celtas ardere superbâ

Exsperiar, dirisque minus me fidere Iberis.

Ille nefarius est, immanis, et impius, ipsum

Quisquis amat bellum, populariaque excitat arma:

Verùm defensat Patriam quicumque labantem,

Oppressamque malis, hic fortis, et aequus, et insens.

Haec, Oratores, Regi responsa referte

Alphonso, ne vana terat dehinc tempora: pergit,

Pergat, et Ausonios bellis petat usque nefandis,

Quos equidem, nec plura minor, defendere certum est.

Talia fatus, adhuc aliquid tentare volentes,

Moerentesque animo Celtas, vanumque precantes

Liquit, et arce suâ se se Dux ipse locavit.

Olli autem moesto demissi lumina vuln.

Multa diù inter se fati, variūmque locuti,

Deveniunt tandem Regis pugnacis ad aulam,

Et responsa Ducas Pandulphi, ac dicta superbi

Ordine quaeque suo referunt, pacemque reportant

Infectam. Doluit furii accensus, et irâ

G g

170

175

180

185

190

Rex ferus, infrendensque minas, et inania verba
Vertice concusso labefactâ mente profudit.

Tunc equitem, peditemque parat, quibus augeat omnem
Celtarum numerum; tunc aspera navibus implet
Aequora, Pisanam quibus est venturus ad Urbem.

195

Ipse autem Italiae decus, auxiliunque cadentis
Dux Pandulphiades, sacris de more solutis
Gradivo, atque aliis pius immortalibus, Urbem
Vestit Arimineam florentibus ordine sertis.

Haud secus ac Lyciâ rediit cùm laetus Apollo,
Circumstant pictis Agath yrsa coloribus illum
Agmina; Thebani ceu candida colla Lyaci
Umbrant, atque hederae patrio de more coronant;
Tantus amor cunctis victoris et ora tuendi
Pandulphi, et vultus claros; et verba loquentis
Non audire semel sat erat: mens omnibus unum
Una oculis spectare Ducem: tum nocte vel atrâ
Ipse subit mentes, et pectora laeta subinrat.

Omniibus ipse locis occurrit ut almus Osyris,
Exercetque viros inventus, et alta resultant
Flumina cornigeri septem felicia Nili:
Haud aliter gens prisca virûm, Latiique juventus
Ad reducem plaudunt vario certamine Regem.
Hic alii subitò renovant thoracas ahenos,
Loricasque graves, clypeos, cristasque comantes.

200

205

210

215

HESPERIDOS LIBER XI.

235

His ocreae duras includunt undique suras,
 Lucentesque viros juvat adspectare; nec unquam
 Laetior Ausoniae numerus tulit arma superbus.
 Infrenant equites alii, phalerisque superbi
 Internuntur equi; tum spicula laevia bello, 220
 Scutaque fida parant; rauco tum buccina cantu
 Torpentes animos quondam excitat, atque canoro
 Aere repente feri accedit Mavortis amorem.
 Tessera tum signum bello venit una cruento.

Pars arcus, teretesque parant aptare sagittas; 225

Pars pedibus crudum peronem inducere nudis.

Non illos nati, fidae nec conjugis ignes,
 Nec moesti multa retinent pietate parentes;
 Sed citius jusso saevos bacchantur in hostes,
 Praecipuique Duces studio majore feruntur. 230

Quos ubi delegit multis a millibus omnes
 Egregios, tumulo sic est effatus ab alto;

Magnanimi Proceres expertae robora pubis,
 Eximii bello juvenes, si prisca recordor
 Praelia, si vires memini, si bella secundo 235
 Plurima gesta Deo; nunc nunc vos illius omnes
 Temporis admonitu demum mea dicta tenaci
 Figite mente, Duces, nec vana pericla timete,
 Celtarumque minas: quarum quae copia? quanta est?
 Ante oculos sunt cuncta meos: scio iniqua precari 240

G g 2

Excidia Hispanos Italis; quos verba serentes
 Di magni! quanti pendamus? Verba sed ultra
 Perdite ne, Socii: factis opus; hic labor, hic stat
 Gloria, et hic magni magnae virtutis honores.

Fudimus Alphonsi Tyrrhenis agmina campis 245
 Plurima nos pauci: vinclis servatur ahenis
 Pars melior, validaque manus; sunt caesa virorum
 Corpora multorum: victi invictisque minantur

Celtae Italis, quos, summe Pater, quoniam usque furentes,
 Jupiter alte, feres? Tibi nos, tibi sacra quotannis, 250

Aeternumque tuis aris renovamus honorem,
 Nos ideo ut Templis cogamur abire relicis,
 Ut putat Alphonsus, profugos, a sanguine natos
 Trojano? Ausonidas alienis quaerere terris

Regna placet Superis? Igitur Taracona petemus, 255
 Hesperiasque domos, et prodigiosa priorum
 Littora, Geryonasque alias, armentaque prisca,
 Amphitryoniades nostris quae vexerit oris,

Fatalem praedam: Latium sic linquimus; haec est
 Causa fugae: jam nunc video Pherinanta parentis 260
 Haeredem Alphonsi coepto concedere bello.

Quare agite o solitas, Proceres, expendite vires,
 Bellorumque animos studio exercete vetusto.
 Cornipedes nunc tempus equos versare tepenti
 Pulvere; nunc humeros armis onerare decoris; 265

Nunc auri, argentique quod est conferre novandis
 Illicet exuvii. Communia barbara sunto
 Omnia, quae, Socii, campis capiemus Hetruſcis
 Arma, et opes. Dixit: Socios tuos nomine laetos
 Quemque suo ipse vocans dimittit: at ocius illi 270
 Diversas secuere vias; pars arma requirunt,
 Pars clypeos; alii renovant thoracas, et enses;
 Illos dura tegit galea, atque insigne comanti
 Vertice bina tegunt sublatâ cornua cristâ:
 Hos Hydræ facies, illos tegit atra Chimaera, 275
 Prima Leo, postrema Draco, media hirta capella,
 Ardentis vires ignis quae flabat anhelas
 Bellerophonæ cecidit cùm denique dextrâ.
 Illum Cerva supér conjunctâ amplexa puellâ
 Cervinum caput est; illam tremuisse videres, 280
 Adtonitamque malis voto stupuisse paterno.
 Nam memorant, ventos cùm jam placaret Atrides,
 Ut sua funesto lacerârit viscera ferro,
 Ut Duce rapta dolis variis atque omib⁹ uso
 Sub Laëtiadâ miserandis Aulida votis 285
 Iret, ut agna tremens balantis ab ubere matris,
 Quam ferus ablatam pleno detraxit ovili
 Pastor, et immitis magnam portavit in urbem.
 Talis erat Virgo, talem se muta ferebat,
 Candida ut imposuit patriis vestigia castris. 290

Horruit adspectu miserandaे Virginis Heros,

Proh scelus! a verâ longe pietate remotus.

Illa autem ignaro coram stetit obvia vultu

Hostibus in mediis Priamo miseranda puella.

At pater hoste magis metuendus, ut ipse parentem

295

Exuit, ut Troiâ posset, Phrygibusque potiri,

Sanguine virgineo sceleratas imbuit aras.

Non tulit, ut fama est, positis Dictynna sagittis.

Namque ut saeva manu detexit tela Sacerdos,

300

Infula temporibus postquam circumdata flavis,

Flavaque purpureum duplicarunt ora calorem,

Lucidaque aethereum micuerunt lumina solem,

Suppositâ rapuit tenerum trans aethera cervâ

Hanc Dea, quam faciens Nymphen, ipsius et altos

305

Jussit adire choros, numeroque adjunxit, et aevum

Immortale dedit sylvis agitare profundis.

Virginis effigies ipsius, et ardua cervae

Cornua caniciem pravi texere Seneuci

Insignis linguâ mordaci, informis ad unum:

Cetera calvus erat; foedâ rubigine dentes,

310

Lumine captus erat dextro, et cervice recurva

Ipse humeros supra caput ostentabat iniquos,

Altera curva pedis claudus vestigia flexi;

Pannoniumque Senex furiis ardebat ephebum;

Qui tamen aethereas sic est effatus ad auras

315

Vociferans: O magnanimum gens prisca virorum,
 Ausonidae magni, quae vos dementia vano
 Sismundo parere jubet? Quae insania mentes
 Praecipitat? Quis tantus adest furor omnibus, ut vos

Unius imperio terras linquatis avitas, 320

Antiquasque domos Alphonso praeda futuri
 Magna, viri? Retinete gradus: si regna movent se;
 Ipse eat, adversumque vocans in praelia Regem,
 Aut ipsum Pherinanta, alios sinant esse quietos.

Scilicet ut primo Latii potiatur honore, 325

Indecores alii campis sternemur Hetuscis?

An nos, ut regnet, crudeli opponere letho

Audeat, o miseri, toties? Si fama moveret;

Si pietas animum, nostrâ virtute superbus,

In que solens nunquam vacuas tot Civibus urbes 330

Hesperias tantâ vastasset clade, nec arva

Ossibus alberent primo Populonia bello.

Ipse suum jam tum pro caris corpus Hetuscis

Projicere optasset, fatumque in dulce ruisset.

Quòd si quid magnum propriis tamen incipit armis; 335

Non venit haec virtus Patriae sine vulnere nostrae,

Italia et tanto curvata est pondere facti.

Quare, agite o, solum cuncti linquamus, et ipsum

Vadentem, et frustra bellum crudele gerentem,

Norit ut infelix quantum praestamus et ipsi. 340

Ille quidem nostro per magna labore superbus
 Ora virūm fertur vario sermone loquentū:
 Nos autem nullo viles cumulamur honore,
 Obscuraeque animae, nulli, ignotique latemus
 Caedibus in mediis, quoties conteximus ipsum
 Avulsum cupidis de faucibus hostis; ovantem
 Fama refert toties magnas fudisse catervas,
 Hostilesque manus: haec sunt, quae praemia reddit,
 Haec Pandulphiades pro magnis munera factis.

Praeterea si raptus honos, si gloria nulla
 Redditur; insignes opibus Pandulphius heros,
 Divitiisque suos reddet, qui ne Arce, quod usquam est
 Auri, atque argenti, patriā custodit, id inde
 Eximet, ut ditet Proceres, sociosque Latinos.

Non ea libertas Italica, non illa laborum
 Praemia. Num satius fuerat servire tyranno
 Hispano? aut extrema pati, quam perdere nosmet
 Inter nos? Si fata jubent regnare tyrannos
 Externos, regnent: Itali stent Rege sub uno,
 Nec Pandulphiadas in singula sceptra vocatos
 Tot Reges habeamus, et hunc spoliemus et armis,
 Aaequalemque aliis reddamus; abite phalanges
 Magnanimum Ausonidum; Regi, quemcumque Deorum
 Fata ferant, parete Duci; nec corpora ferro
 Perdite, nec vires patrii divellite census.

345

350

355

360

365

Viderit Alphonsus fuerint quicumque noceantes,
 Qui veniam cunctis indulxit Civibus altae
 Parthenopes quandam victor, finemque malorum
 Invenient Itali demum. Sic fatus, abortis
 Ora rigans lacrymis odio surgente quietevisit 370
 Cuncitorum, Pandulphiades quem sprevit, et extra
 Castra jubet caesum duris depellere virgis.
 Nec cessat mandare viris, aciesque recenset
 Distinctas numero, fulgentiaque induit arma;
 Arma quibus Latias solus servaverat Urbes, 371
 Immortale Patri donum, et mirabile visu,
 Quae dedit Armipotens miris ardentia signis,
 Loricam, et thoraca gravem, galeam, atque cavatas
 Dulce decus suris ocreas, clypeumque micantem,
 Ingentem clypeum, centum quem Geronis angues 380
 Cingebant, varioque metus horrore ferebant.
 Orbe sedet medio Discordia; cuius Erinnys
 Stat soror ante oculos, sequitur quam dira Megaera;
 Impia Tisiphone vocat atra ad bella sorores
 Sanguineam ante ferens, visu miserabile! caedem. 385
 Hic insanus honos, et pulchri gloria lethi;
 Sidera praeterea claro fulgentia caelo,
 Oriona simul violentum, Arctonque lavari
 Nescia ab Oceano, tenuem quae circuit axem;
 Septenos orbes explet septena rotatis 390
 H h

Errabunda polis adverso sidera caelo
 Cursibus adsiduis, nec non et laetus Apollo
 In medio circum dulci sonat omnia cantu;
 Atque a Saturno tacitam sonus usque Dianam
 Adstrepit, atque modis Superos exercet acutis. 395
 Inde duas urbes vario sermone videres
 Discordare sonis inter se, illamque vigentem
 Connubiis, juvenumque choro; Nymphasque maritis
 Jungere spectares flammis hymenaeon hiulcis,
 Tum Patres circo in medio, justumque Senatum. 400
 Illam autem circum variis exercitus armis
 Instructus late surgebat honore jubarum
 Ingenti, et clypeis fulgentibus aere decoro.
 Urbis habent muros matres, puerique, senesque,
 Moeniaque alta tenent; tum fortibus inclyta circum 405
 Moenia diffusis comes est Mars, atque Minerva:
 Aurea utriusque nitet facies, nitet aurea utriusque
 Vestis, uterque Deum se monstrat; utrumque coronant
 Agmina magnanimum subito clamore virorum:
 Ut tuba ventivomis praetribus aethera rauco 410
 Rumperet aere, viros cum Martis ad arma vocaret.
 Illam autem circum laetis pax plauderet alis
 Exoptata diu: multis hinc findere aratris
 Tellurem agricolas, incurvaque tendere colla
 Cornifidosque boves, Cereremque insurgere laeta 415

HESPERIDOS LIBER XI.

243

Arva super, plenoque viris stat copia cornu.

Talia erant clypeo Divum immortalia dona.

Hunc Pandulphiades humero suspendit honesto:

Aethera complevit nova lux, omnisque repente

Arrisit tellus circum, et loca proxima laetam

Spem dederant Italos; tanto fulgore nitebat.

Qualis ab oceano consurgens Phoebus Eo

Jungit equos larga confundens lampade terras;

Tum stellae splendore novo latuere minores;

Talis erat patriis fulgens Pandulphius armis.

Extulit his patria circumdatus arce repente

Signa manu, belli vexilla superba, Quirites

Quae misere Patres victori, ubi marte superbo

Asculon antiquam Romanae reddidit Urbi.

Tum procul horrifico strepitu cava concha tremendum

Rauca dedit sonitum, crepuitque per aethera clangor.

Continuo percussi animi, cunctique Latini,

Cuncti Itali subito conjuravere tumultu.

Ac veluti Hadriaco consurgunt gurgite fluctus

Innumeri; totum fervet mare, vastaque surgunt

Aequora; sic Itali Thuscas densantur ad oras.

Est locus, unde caput celsa prorumpit ab arce

Hesperidum late rector Tyberinus aquarum,

Unde rapit cursus Alphaeas Arnus in oras,

Et qui Arimineam pronus fluit amnis ad Urbem.

420

425

430

435

440

H h 2

Hunc penes Hadriacas decurrit Sapis in undas.

Hac Itali primūm densis venere catervis.

Quos Apennini cùm vertice adesse furentes

Accipiunt Celtae, variis dant pectora curis,

Atque aegris stupuere animis et regia proles

Alphonsi Pherinas, turbatique omine Iberi:

Quos inter dictis Tagus haec est fatus amicis

Consilio insignis, sed non Pherinanta potenti

Aequabat dextrā; sumtis tamen utilis armis.

Audite, o Pherina, nec non Taraconia pubes,

Atque alii Proceres, jam nunc mihi recta monentū

Magnanimi parete Duce, neū tarda morantes

Aurora inveniat Tyrrhenis crastina campis;

Sed cuncti ad naves mortem fugiamus acerbam.

Dum fortuna Deūm, Superūm dum fata sinebant,

Tum certare manu, tum me bellare juvabat:

Nunc autem, imparibus quoniam concurredimus armis,

Sismundum nobis notum, sociosques tremisco.

Sismundum ante alios quanto se corde Latinis

Praeferat, atque neget Latio consistere Celtas,

Experiuntur ubi vires Mavortis Iberi,

Ausoniique simul, pro quo tot bella, tot arma

Saepe movent populi frustra, indefessaque bellis

Italia est, durumque genus, gaudensque laborum,

Invictumque animis, laetum Ductore superbo.

445

450

455

460

465

HESPERIDOS LIBER XI. 245

Quem Fortuna Virum rebus si forte secundis
 Extulerit, quae terra Duces, quae littora Celtas,
 Aequora quae capient? Ubinam locus ullus Iberis?
 Quae regio? Quae fida domus? Veniam ille precanti
 Gesserit Alphonso? Sine me, genus inclyte Regum, 470
 Haec sine me, Pherina, communes ferre per auras
 Invidiâ quae verba carent: parete monenti
 Vera Tago, si justa precor; tutamque petamus
 Parthenopen, dum fata sinunt, dum Jupiter ipse
 Non vetat; aegri animo quamvis cedamus Hetruscis 475
 Incolumes campis; numquam dejecerit arces,
 Parthenopea, tuas ante hic quam paverit albos
 Ipse canes, dederitque avibus quam tristibus escas.
 Sic ait: huic contra Pherinas ita turbidus infit.

Infelix animi, cunctorum ignave virorum, 480
 Vane Tage, insignis lingua! Dum Marte secundo
 Est opus, et praesens vocat in certamina Pallas,
 Tum tibi larga quidem virtus, linguaeque potestas
 Promtior adsueto; sed cum nec bella parantur,
 Pace bona fruimur dum lenti, praelia primus 485
 Poscis, et egregiis circumstrepis omnia verbis.
 Ne pedibus, ne quaere fugam, aut si concipis hostem
 Adventare, late tenebris, et nocte tua sta.
 Me sine cum Sociis cunctis obstare Latinis,
 Ingentique manu paucos prosternere Lydos, 490
 H h 3

Sismundumque, putas quem non superare Deūm vim;
Vimque hominum totam: sed enim mortalis et ille est,
Ille manus igni similes, ferroque calenti
Ille animos quamvis, contra bellare parabo:
Mars communis enim, et variis fortuna sub armis; 495
Esse bonus didici quando, ne finge timorem
Hunc mihi, neū sociis curas injunge molestas .

Sic ait, obscurisque fremens se condidit umbris
Nocte fere mediâ. Cererem sumsere per herbas
Effusi virides Celtae: pars caetera servat 500
Excubias; alii somno dant membra fluenti.



BASINI PARMENSIS HESPERIDOS



L I B E R D V O D E C I M V S.

POSTERA frugiferis revehebat lumina terris
Aurora, et roseo lustraverat aethera curru:
Nec minus Ausonidum Ductor fortissimus arma
Induit, irarumque animis permittit habenas.
Comparat haud Natum Genitori, ipsumque videre 5
Jam Pherinanta cupit, victum quem concipit iri
Congressu primo. Veluti cùm se excitat irâ
Ille leo infrendens, et acerba tuetur et altum
Exsuperat nemus incursu, magnoque tumultu,
Eximium quaerens monstrantem cornua taurum; 10
Haud secus Ausonidum Ductori fervida gliscit
Ira super magno Pherinante, minorve fatigat
Cura Virum, virtusque ferox. Tum signa revelli
Imperat aërio de vertice montis, et hostem
Pergit in oppositum: septem tum deinde diebus 15

Fecit iter contra Celtas; quos ipse videre
 Ut primū potuit, laeto sic incipit ore:
 Cernitis hinc acies, et barbara signa, Latini,
 Argento, atque auro, fulgentesque aere cohortes,
 Divitias Regum, populis quae debita nostris 20
 Praemia? Finis adest, variorum et meta malorum,
 Quae patimur toties. Thuscas bis perfidus urbes
 Obsidet Alphonsus violato foedere Divūm,
 Qui nunc crudeles sumunt ab sanguine poenas,
 Et scelus infandum nostrā virtute reposcunt; 25
 Qui mentem Celtis avertunt funditus, ut me
 Optato exspectent campo. Di qualia nobis
 Gaudia? quos animos jam nunc, mentemque dedistis?
 Praeterea si nulla Deūm sunt Numinā, nulli
 Si curant terras Superi; quod non reor; ipsi 30
 Non cedent Celtis Itali, quos ipse tot annis,
 Tot bellis docui justā non cedere pugnā.
 Quisquis terga dabit non est Pandulphius; illum
 Ut Celtam densis, Itali, perfigite telis.

Dixit, et adversos se concitat acer in hostes 35
 Agmine praerepto, montemque elatus in altum
 Spumivomo prorumpit equo, atque hinc omne tueri
 Ausonidūm genus, atque acies spectare Latinas
 Fas habet ipse suo, quas ordine singula circum
 Instituit auxilia, et tyronibus arte locatis 40

Prima rudimenta aptavit; nam caetera magno
 Sponte Duci paret gens Itala. Nec minus hostes
 Adventare vident Sismundum, instructaque longe
 Agmina, magnanimosque Duces, missamque sub armis
 Ansoniam, adtonitique animis languentibus omnes. 45
 Namque Italum Ductor, Pandulphi maxima proles,
 Quemque suo parere Duci praeceperat: ergo
 Omnibus unus amor bellandi, atque omnibus ordo
 Unus, et instructi numero, spatioque locati
 Ibant, et se se magnâ virtute ferebant. 50
 Omnibus arma novam fuderunt splendida lucem.
 At Celtae clamore novo, tristique tumultu
 Infremuere, gravique animos formidine lassant;
 Nam neque mos, neque lingua eadem fuit omnibus, Orbis
 Diversis quoniam venerunt partibus illi. 55
 Tum circa Pherinanta Duces quicumque volabant,
 Ardentes Celtae festina feruntur in arma,
 Atque odere moras omnes: ceu turbidus Auster
 Imbribus horrisonis oneratus terga, frementi
 Sub Jove nubiferos glomeravit ab aethere nimbos, 60
 Condensantur ubi nigro cava nubila caelo:
 Tum Zephyrique, Notique tonant, tum frigidus urget
 Aethraeus Boreas flabris animosus hiulcis.
 Hic quae prima manu, quaeve ultima corpora ferro
 Fundis humi Pherina? Primum tu sternis Adrastum 65
 I i.

Ense gravi, fortē Peliam, fortēque Melanthum;
 Et Rutulum, Melanippe, tuō de sanguine cretum,
 Et magnum Periphanta, Chromyn, Rhodiumque sodalem
 Ampycide carum: quem postquam maximus Heros
 Dux Pandulphiades vidit sine more furentem, 70
 Miscentemque acies, et prima in bella ruentem,
 Non tulit ulterius juvenem turbare maniplos
 Ausonios, validāque volans micat obvius hastā,
 Infrendensque gravi cum murmure, fortibus acrem
 Pressit equum pedibus, saevumque effertur in hostem 75
 Increpitans: Quid tela manu, quid vilia fundis
 Pectora? Sismundum, si te victoria tangit,
 Ne fuge, neve Patri nota haec certamina vita.
 Aut Regnum Italiae sumtis quaeratur in armis,
 Aut tibi dulce decus lethi per vulnera nostri. 80
 Dixerat. Ille Viri voces, horrendaque verba
 Accipiens, rapido vertit vestigia cursu.
 Hic medio in cursu, validam Pandulphius hastam
 Forte ferebat uti, medium transverberat armum
 Hippotrochi, et totum clypei cum parte lacertum 85
 Dejicit oppositas studio connixus in herbas.
 Sanguinolenta manus clypeum decisa retractat,
 Ignarique tremunt digiti: jacet ille, novumque
 Horret equi strepitum, laxis qui fertur habenis;
 Inde volans, cursu neque enim tardatus eodem,

Robur in adversum dextrâ contorquet Osyrim,
 Atque hastâ durum transit thoraca cruentâ.
 Labitur ille, gravique ad terram pondere fertur
 Arrecto revolutus equo, Tanaimque, Tagumque
 Tum legit ense sequens, sociosque refertur in ipsos. 95
 Ac veluti incurvus Tyrrhena per aequora Delphin
 Perfurit in pisces alios, celerique fatigat
 Agmine magnus hians; fugiunt illi aequore vasto;
 Ille vorat quemcumque tulit fortuna morantem.
 Procedunt utrinque acies, nec bella potenti 100
 Solus agit dextrâ Sismundus: it obvius hosti
 Hostis in arma fero, paribusque exercita flammis
 Amborum fervent pro claris pectora factis.
 Tum clypeos clypeis urgent, et scuta micant:
 Aere notant, animosque simul, viresque fatigant. 105
 Qualis ubi summo torrens descendit hiatu
 Montis iter quaerens, valles intravit opacas,
 Vertice dejectus nigram petit ipse paludem
 Turbidus; obstupuit sonitum quicunque ruentis.
 Audiit; ille caput saxo ter rupit ab alto: 110
 Talis ubi in pugnam densis concurritur armis,
 Insequitur longe diversa per omnia clamor.
 Haurit Atim gladio Salius, Saliumque Melampus
 Celta Italum, longaque virum duplicaverat hastâ.
 Occidit et Phegeus, casus cui fata marinos 115

Invidere Deum, pietas nec prisca ruentem
Substinuit, mediâque miser raptatur arenâ.

Ingemuit casum socii morientis ut hausit
Dux oculis Pandulphiades, et turbidus irâ
Lumina ter populos ardentia flexit in omnes,
Praecipitique elatus equo, quem Phegea juxta
Adspicit Orsilochum ferro transfigit acuto:

Saeva aquila exsuperat cunctas ut acuta volucres
Aut visu, aut celeri dum fertur ab aethere lapsu,
Sparsicomi ut vidit latitantem cespite rami

Aut leporem, aut cervae catulum sub monte relictum,
Fertur ad ima ruens, superasque relapsa sub auras
Dat plausum, raptamque refert in nubila praedam.

Inde Midam petit insignem felicibus armis,
Ante diu cui nulla sacrum violare potestas
Corpus erat, ferroque caput pulsârat acuto
Frusta Italum Ductor, Pandulphi maxima proles.

Ille autem contra mediis exultat in armis
Nudato capite, et geminatos spreverat ictus.

Obstupuit Dux Ausonidum, contraque ruentem
Admoto detraxit equo, fluiisque sonantis
Luctantem manibus liquidas dejecit in undas.

Vi tantâ turbati omnes, turbatus et ipse
Ante alias Pherinas, nec non Tagus ille, monebat
Magnanimum senior frustra qui fidus alumnum;

120

125

130

135

140

HESPERIDOS LIBER XII. 253

Clamanti in mediis ensem cui fregit in ore
Narnius adventans, linguâque e gutture raptâ
Clausit iter voci sanguis pulmone cruento.
Quem postquam fœdo lapsantem pulvere vedit
Dux Alphonsiades, vacuas ita fatur ad auras: 145

Jupiter alme Deûm, libat cui Graja juventus,
Cui Dodona malo deponit frigore frondes,
Cui Sellî incultum genus aras tollere agresti
Cespote, humi soliti sacris gaudere jacentes,
Quorum ab stirpe Tagus jactat se, et sanguine cretum, 150
Da, Pater, incolumnem mediâ subducere pugnâ.

Sic ait: ille preces partes divisit in ambas;
Tolleret ut corpus pugnâ permisit ab atrâ:
Esset ut in columnis voto negat ipse nefando:
Hoc dedit, hoc Juveni Divûm pater ipse negavit: 155
Ergo animis elata phalanx tela undique contra
Ausonios fundunt Celtæ, multoque repellunt
Aequore, dum corpus mediâ miserabile pugnâ
Eripiunt. Tum vero ingens ferit aethera clamor
Lugentûm juvenum, magnoque dolore querentûm, 160
Ut videre senem, demissaque lumina letho.
Praecipue Pherinas, longaevi dulce magistri
Obsequium quoties Patri laudâsset, id omne
Venerat in mentem, magnas dat voce querelas:
Quin ego in Alphonso fatear genitore dolendum 165

Esse magis nunquam; nunc nunc dolor altus ad ossa,
Nunc et amara meum turbarunt vulnera pectus.

Sic ait, efferrique jubet miserabile ademti
Corpus inane Tagi, rursumque in bella superbus,
Aeger, hians animis, redit imperterritus, atque 170
Versus in adversum laxis Thrasymedon habenis,
Quem ferit, extremoque sedent qua proxima ventri
Ilia, direptis solvit compagibus alvum.

Viscera fluxa viro terrâ cecidere cruentâ.

Hic Itali, Celtaeque fremunt, densaeque feruntur 175
Parte ab utrâque acies; hastis nec currere longis
Amplius, aut celeres juvat hos torquere sagittas;
Sed gladiis, clypeisque sonant, pedibusque pedum vis
Stat glomerata virûm, totoque sub aethere reddunt
Arma gravem sonitum, et longe quatit omnia murmur. 180
Erumpunt Itali tandem, Celtasque retudunt
Praecipites, retroque gravi clamore ruentes.
Haud secus Hadriacas impellit corniger undas
Eridanus, latoque furens immittitur alto,

Albescit longe liquidarum sulus aquarum. 185
Stabat in Ausoniis acies pulcherrima turmis,
Quam ducebat Ares Picentibus editus oris
Insignis formâ juvenis, fidusque potenti
Sismundo, egregiusque animi virtutis avari.
Hunc Pandulphiades primos immittit in hostes 190

Cum sociis, equitumque manu: volat ocior aurâ
 Ille levi, latoque ruens trahit agmina campo,
 Incola Taygeti montis cui fortis Orestes
 Obvius it vastis Grajorum maximus armis,
 Praecipitemque virum mediâ prosternit arenâ.

195

Ille manum intendens fidos orabat amicos,
 Et Glaucum magnâ clamabat voce sodalem.

. Glauce decus nostrum, nunc te, fortissime, tandem
 Invictum pugnatorem oculis da cernier ipsis
 Celtarumque, Italûmque, precor, meque eripe fato 200
 Seminecem infando primùm, cunctosque vocato
 Huc Italos, et tu contra mea fata repugna.

Sic ait; ille quidem vellet succurrere amico;
 Sed jam fessus erat victoris vulnere Rhoeti
 Cernuus, infractâque humero defecerat hastâ. 205
 Ergo saevus Aren horror cingebat acerbae
 Mortis, et huic oculos nigrae texere tenebrae.

Quem postquam Ausonidae senserunt marte relicta
 Celtarum in medio, cuncti densantur eodem
 Unanimes, Tyrrhena phalanx, Ligurumque juventus. 210
 Flaminiique truces, et Graiae Alpheïdos alae
 Urbis, atroxque manu Sismundus, et agmina acutis
 Adglomerant se se cuneis, postremaque primos
 Pectora densa viros urgent, campique repulsis
 Arripiunt partem Celtis sudore cruentis 215

Vulneribus salso mixtis: dolor arma molesto
 Pondere formidat, socium subducere Celtis
 Dum certant; equus acer Aren conculcat Abantis
 Hippocorysthia: socii legere jacentem,
 Foedatumque oculis clypeo posuere relicto.

220

Hic Dea, gorgoneos quae substinet aegide vultus,
 Dat vires, animosque viris, et vocibus omnes
 Suscitat Ausonios in bella, superbaque facta.
 Nunc nunc o Proceres dūrūm pugnate Latini,

Subtrahite Italiam populis, et dulcia Regna

225

Externis, finemque manu reperite malorum:
 Non Europa Asiae bello collisa bilustri

Funera tot Phrygibus Trojano in littore misit,

Hesperios quot caede viros Mars ipse cruentis

Celtarum manibus stygium demisit ad Orcum.

230

Quare agite unanimes una concurrite pugna,

Neve referte pedem, sed contra audacia cuncti

Qua vocat et virtus cuncis inrumpite densis.

Fatur, et ardorem cuncorum in mentibus unum

Jecit, et aethereo Dea magna refertur Olympo.

235

Tum vero ingenti clamore phalanges Iberae

Obsistunt, retroque gradus invita reflectunt

Agmina, nec tergo, sed verso pectore in hostem.

Pars labat adspersis crudelè cruoribus herbis;

Illi crura suo calcantur ab agmine; at illi

240

HESPERIDOS LIBER XII.

257.

Prolapso caput hostis habet, nec surgere cuiquam,
 Nec reparare licet vires, animumve cadenti.

Impellunt Itali: Sismundus Abanta superbum
 Dejicit, et Peliam, Taracon quem misit in arma.

Euryalum Pherinas jactâ transverberat hastâ 245.

Turbidus, et magno spoliorum incensus amore

Ausonidum: tum Taygetis quem montibus olim

Nympha tulit partu pastori Chloris Amyntae

Sternit humi; Bromium ipse ferox, quem forte tegebat

Laena rigens auro, petit improbus ense inicanti. 250

Quem furere ut vidi tanto terrore per omnes

Dux Pandulphiades magnâ gravè concitus irâ,

Indignatus enim contra volat obvius, armis

Arma terens Italum: timuit Taraconius heros;

Immiscetque suis se longa per agmina Celtis. 255.

Ac velut acer oves tacitas lupus ille trucidans,

In mediâ agnoscit venientem caede molossum,

Ariete dejecto fugiens dat terga sequaci

Usque cani, trepidumque ruit, trepidumque tremiscit:

Hic tibi summa dies, juvenis memorande, fuisset. 260.

Incolumem nî te servasset magnus Apollo,

Qui nebulae ingenti pavidum circumdedit umbrâ,

Ardentes quae texit equos, et barbara signa.

Ille dolos Superum incusans: Quid, Phoebe, latebris

Occultas Pherinanta, Deum saevissime, dixit? 265

K k

Nec plura: infestos se concitat acer in hostes

Terribilis visu, validam vi turbidus hastam

Ipse ferens p[ro]ae se magnâ comitante ruinâ.

Perfurit in Celtas omnes; genua aegra resolvit

His, illis caput est ferro populatus acuto.

270

Tunc Aratim, Fabarimque manu, flavumque Dimanta

Sternit humi, ac Peliam Chr[ist]ei de gente vetustâ,

Moeoniumque Gyan, et suetum Phyllea sylvis,

Phyllea, Dardaniae quem non valuere phalanges

Sternere ubi triplici surgunt Byzantia muro

Moenia, Sismundo servabant Fata potenti.

275

Haud indigna quidem, sed enim durissima, Phylleū,

Fata oculos texere tuos, quando ense superbi

Occidis Ausonidûm Ductoris: honore supremo

Morte tuâ contentus obi; non te ultimus Orco

280

Ausonidûm mittit stygio, sed maximus heros

Dux Pandulphiades: hoc te solabere ademtum,

Hac mercede polos stygio mutabis Averno.

Talia dum campis fervent mavortia Hetruscis

Praelia, Caelicolae medio sedere sereno

285

Aetheris, ante Deos Genitor cùm talia fatur:

Abnueram Alphonsum Thuscos invadere fines,

Lydorum et terras iterum tentare quietas.

Quae belli, quae causa mali, quae tanta cupido est

Imperii? Quae dira sitis? Cur bella resumit

290

Impatiens pacisque bonae, regnique quieti?
 Quid Populos vastare juvat? Nam Filius olli
 Paret, et imperio cari Genitoris inhaeret.
 Non odi Pherinanta equidem: parere Parenti
 Fas Natum; sed vota movent me justa precantūm 295
 Italiae non vana virūm. Si multa dabamus
 Regna, quid Ausonias populat cum caedibus urbes?
 Numquam animum nobis dapibus Tyrrhena carere
 Gens perpessa, Deos opulis fraudavit amicis;
 Nam Superi tales soli sortimur honores. 300
 Quare ego, recta pios quoniam mens aequat Olympo,
 Eripere Alphonsi statui de faucibus omnes
 Moeonios, rursumque fugae vi tollere Regem.
 Dixerat: hūc contra fatur Dea candida Juno.
 Quid Reges, Regum genitor, carissime conjux, 305
 Exscindis? Quae causa odii crudelis inqui
 Tanta movet mentem magni Jovis? Aut tibi quaenam
 Ausonidūm cordi est victoria? Cur magis aut hos,
 Aut hos, dure, minus curas? Quin linquis habenas
 Fatorum sorti? Vincant quos servida virtus, 310
 Aut sua dextra juvet, validaque in corpore vires,
 Atque animus praesens in pectore. Lydia quondam
 Gloria, quam memoras, tali virtute jugosos
 Tyrrhenūm fines, quali Taraconia pubes
 Parthenopen, aliasque urbes, atque Apula regna; 315
 K k 2

Et circum tibi sacra pii versantur Iberi.

Dicenti placido respondit Jupiter ore:

Haud ideo fortem Sismundum vincere certo,
Ut nunc pluris ego hunc faciam, quam caetera Regum
Nomina, quam Celtas Italos magis ipse rependam. 320

Verum ita nunc facto nobis opus: hoc ego dudum
Certus ago; humanos cogor quoque cernere casus.

Nam super ingenti Sismundo facta Deum Rex
Molitur majora, decus quando omne Latinum
Reddidit Ausoniis. Ductorem Fata Latinum, 325

Sic Parcae statuere, legunt, qui solus Achivos
Protegat, et veteres tueatur viribus Argos.

Sic ait: huic contra conjux pulcherrima fatur.

Sic vincat Celtas jam jam Pandulphius heros,
Cedo equidem, patiorque libens; neque enim ulla rependas 330

Post majora mihi pro magnis gaudia curis,

Quam sinere Ausonias in pace reponat ut urbes,
Nec non Dardaniis Grajos defendat ab armis;

Qui nunc, proh Superum Genitor! quae funera, quantas
Heu passi strages! Grajumi tot millia letho 335

Infando demissa virum; quin ecce trecentis

Navibus ire Samon properant, fervetque cruentis

Longa Propontis aquis: nunc nunc Priameia surgit

Troja mihi: quid me curru bellasse volucri

Profuit? Haec dicens Dea caelo magna relicto 340

HESPERIDOS LIBER XII. 261

Labitur, aëriamque vocat de nubibus Irim.

Iri, tuis varios humeris infusa colores,
Iri, vola, tumidosque refer, Dea, nubibus amnes,
Et suspende fretum, caeloque inverte sereno
Nubila: nunc Hyadas, densisque Oriona nymbis 345
Auxilio pronos, totumque exposce Tonantem.
Nunc age praecipitent omni de monte ruentes
In mare spumigerum campis stagnantibus amnes.
Sic neque bella gerent, neque sic pugnare licebit;
Umbrabuntur enim telluris, et aequoris orae. 350
Sic ait, et magno Dea magna refertur Olympo.

Interea Ausonidum ductor Pandulphus Iberos
Sternit, et invictâ letho dat fortia dextrâ
Corpora, sanguineisque fremens exsultat in armis.
Contra autem Celtae multo sudore resistunt, 355
Immiscentque minas, et tristia verba remittunt;
Ast Itali ferro certant, et fortibus armis.
Hic ferus Haemonides, belli dum detinet omnem
Sepem armis, Celtas subito apes excitat ingens.
Ille quidem ante alios animis, et viribus unus 360
Praecipitans, quacunque viam victoria monstrat,
Ibat in Ausonios, magnoque favore ruebat,
Unum te, Sismunde, fugâ cunctantibus altis
Devitans oculis. Veluti trahit ille leonum
Maximus armenti pecus omne, canemque cruentis 365
K k 3

Dentibus agnotum cernens, vestigia retro
 Fessus anhela refert: cuncti simul inde secuti
 Pastores, juvenumque phalanx; sed nulla fatigant
 Bella feram, quantum canis asper, et ignea noti
 Vis inimica pedis: tali fortissimus armis

370

Haemonides virtute viros se mittit in omnes;
 Per cunctos sumtis Italos invaserat armis:
 Ter praevisa cavet Sismundi bella potentis.

Verum ubi praecipuum signavit ab agmine certo
 Lumine Dux Italum juvenem in certamina solum
 Poscit, et ante oculos animo indignante reducit,
 Dissimulans, simulansque iterum: quater agmina Iberum
 Dispulit in diversa; quater fumantibus arvis
 Flexit equum ad socios, Tyrrhenorumque phalangas.

375

Dumque fugam simulat, metuenda nescius artis
 Haemonides sequitur fugientem: ille ocios acris
 Vectus equo praeceps gyrum se vertit in arctum,
 Et medio in cursu venientem decipit hostem.

380

Ac velut ille sacer, sequitur quem rauca volucris,
 Aethereas praedam circumvolat ales ad auras,
 Nunc liquidum deradit iter, nunc aethera pulsat
 Plausibus; instat avis rapido importuna volatu;
 Ille ubi tot vitasse vices, tot in aere gyros
 Circumflexe piget, victam rapit unguibus uncis
 Luctantem, ac miserum rauco clamore gementem:

385

390

HESPERIDOS LIBER XII. 26;

Haud aliter Dux Ausonidum Pandulphius heros
Occupat incautum mediis in cursibus hostem,
Pectus in adversum totum cui servidus ensem
Condidit, et costas duplicato vulnere rupit:
Corruit, et vastâ strepuerunt arma ruinâ. 395

Tum vero Ausoniis animum decus extulit ingens;
Tunc hortantur equos; tum se mirantur in armis
Clamore horrifico. Ceu plena cadentibus hoedis
Flumina rauca sonant, cum Jupiter humidus imbræ
Arce quatit caeli multâ, magnoque fragore 400
Flumina praecipiti demittit ab aethere dextrâ.
Dant igni signata viam loca lucida flammæ
Sulphureâ, et late magnus rescindit olympus:
Talis in adversos heros Pandulphius hostes
Aestuat ingenti furiarum flumine, et irâ 405
Ante volans: dant arma viam, Celtaeque labascunt.

Quis numeret caedes? Quis nunc tot acerba virorum
Funera, Musa, satis divinis explicit unquam
Quae mihi carminibus? Si stet vox aerea Vati
Omnia sanguinei referam non praelia Martis, 410
Non strages, obitusque virûm, quos barbarus hostis,
Quos Italus stygio victor demiserit Orco.
Sit satis egregias Heroum attingere laudes.

Ergo ubi lethiferis Mavors alternus habenis
Flectit equos, clypeoque tonat, quem vertit in illos 415

Nunc, et in hos, campi toto desaevit Erinnys
 Aequore, nunc Italos victrix, nunc turbat Iberos.
 Condidit umbra diem telorum, et nube canorâ
 Ingruit aethereas stridor geminatus ad auras.
 Nulla mali facies aberat volitantibus hastis.

420

Ac veluti sylvâ in mediâ cùm frigore primo
 Autumni folia alba cadunt, ubi inkorruit aether
 Ventorum incurvâ, pavidis cùm corda rigescunt
 Agricolis, totasque tegunt jam nubila terras;
 Nec jam culta boum apparent, nec facta virorum:

425

Talis erat magnae facies durissima pugnae,
 Nec strepitu obscuri tanto Jovis ira Ceraunos
 Saeva petit, scopulos caelo cùm saxa refuso
 Delituere, micantque abrupti nubibus ignes.

Usque adeo obnixi contra Taraconia pubes,
 Ausonidaeque animis non cedere; cominus armis
 Arma terunt cuncti, via nec stridentibus hastis
 Ulla reperta; manus manibus, tum pectora miscent
 Pectoribus, ferroque secant luctantia colla.

430

Diripiunt hi frenâ feris, et equina relaxant
 Ora manu; stridunt thoraces, et horrida cristis
 Cassida, nec voces fesso de pectore tractae
 Exsuperant strepitus armorum, et ferrea Martis
 Murmura; ceû quondam sylvis sonuere profundis
 Flamina navifragos pelago portantia ventos.

435

440

HESPERIDOS. LIBER XII. 265

Hi pereunt galeis salso sudore repletis,
 Illis fessa negant gressum genua, atque tumultu
 In medio exanimis densa inter tela labascunt:
 Nec jam saxa volant, nec jam lentatur in hostes
 Arcus, et aethereas it stridula cuspis in auras; 448
 Sed clypeus clypeo, galeae galea alta recumbit;
 Diripit arma viro vir cominus, et quatit arida
 Ora sitis, siccasque regit spes improba fauces.
 Tum Pandulphiadae tandem, Latiique juventus
 Agmine sic denso obsistunt: Sismundus ovantes 450
 Ausonios cogebat agens stragemque, metumque
 Hostibus; erumpunt Itali, nec tela, nec hostes
 Arreptas prohibere vias, sed cedere verso
 Ordine, et Ausonidis dare terga sequacibus. Otrim
 Boebius obstantem longe, longeque frementem 455
 Sternit humi ferro, nec non Peliamque, Thoumque;
 Fanus Euryalum, Ciconum Pandulphius heros,
 Et Cromyum, et frustra minitantem dura Podarcen.
 Ac velut in segetem stat messor avarus acervo
 Culmorum ante pedes acto, procumbit arista 460
 Omnis humi, et late languentia colla reclinant
 Gramina, frugiferisque ceres jacet arida sulcis;
 Jam Pherinanta manu, jam tum stravisset Orontem,
 Magnanimumque Tolam, nisi jam Thaumantias Iris
 Turbine praecipi magnum fuseasset olympum. 465

L 1

Ipsa memor jussi, nimbos in nubila, et imbræ
 Stellanti collecta sinu, quæ flumina dudum,
 Quos biberat fontes, quæ stagna, lacusque vocârat
 Solvit agens subitam tempestatem horrida tristi
 Grandine, caeruleasque quatit Dea turbida nubes. 470
 Obstupuit subitâ turbatus imagine caeli
 Mutati Pandulphiades, Superosque repente
 Adfatur: Quae tanta Deos injuria nostra
 Movit, ut Alphonsi fluxas res protinus imo
 Adspiciant fundo? Bis jam, Pater optime Divum, 475
 Eripis invisos letho bis denique Iberos.
 Dixerat; et jam tum pronis de montibus amnes
 Praecipitant, camposque tenent; telluris egenos
 Provehit unda viros: tantus se fuderat imber,
 Tantum ventus aquæ pluvio spirârat olympos. 480
 Pars natat ignotis elata sub aequora sylvis,
 Arbore pars captâ subitis stat fortiter undis;
 Ac veluti innumerae fluvio cùm forte locustæ;
 Dum fremit in ripis furor ignis, et alta per herbas
 Flamma ruit, celerem saltum dant ocios omnes: 485
 Tum Pherinas celerans montes secessit in altos
 Non sine clade virum, quos unda voragine vastâ
 In sylvas, in saxa prius, quæ flumina numquam
 Pulsârant, protraxit, equosque, virosque coërcens
 Semianimos; aguovit enim, sociosque vocavit 490

- Dux Pandulphiades: Gressum revocate superbi
 Italiae populi, Martis densissima sepes.
 Sic supero sic dulce Jovi, magnisque repente
 Sic visum Superis; pereunt Pherinanta volentes
 Incolumem ut servent. Sic fatus, Hetrusca revisit 495
 Oppida capta prius Tyrrhenis plurima campis,
 Et Foliana capit dejectis moenia Celtis,
 Quae satus Alphonso Pherinas jam milite forti
 Munierat, ut dubio possent defendere bello.
 Una Vadae in Thusco Celtarum littore moles 500
 Structa manu ingenti, lato circumdata muro,
 Et pelagi fluctu circum grave septa frementi,
 Restabat magno Sismundi addenda labori.
 Hanc animis magno trepidabat Hetruria motu,
 Tuttus in hac ingens esset quod portus arandis 505
 Opportunus aquis, cuperent seu currere contra
 Moenia Grajorum, Pisasque urgere vetustas,
 Sive tuas pelago, Populonia, reddere praedas.
 Auxilii quod erat, restabat navibus omne
 Alphonso, quidquid marte superaratur acerbo 510
 Jusserat exemplo validas supplere triremes.
 Ergo aderat portu collectum robur Iberi
 Nominis, et parvam complerant viribus urbem.
 Hanc quoque Sismundo misit Tritonia mentem,
 Ardua terrificis quassaret moenia saxis, 515
 L 1 2

Atque aditum ratibus lato prohiberet ab alto.

A tellure tonat projectis aerea saxis

Machina, multifrago quae verberat aethera cursu,

Pulsat et ante sonum revoluto moenia saxo,

Propter aquam vastos librat ballista molares.

520

Tollitur in caelum lapis editus, inde repente

Ocior in medias elabitur improbus undas.

Hac prohibere rates visum est ratione molestas,

Hac penetrare viâ dejectis moenia muris.

Hic ut prima ratis prono fugiebat ab alto

525

Vertitur, emisso defecit in aequora saxo,

Ejicitque viros, mediâque insedit arenâ.

Tum vero Celtas subitus timor occupat omnes,

Nec reperire viam ratibus, nec pandere portas

Amplius, aut Italos concurrere cominus audent;

530

Adservant tutis sed propugnacula telis.

Narnius interea bellum crudele lacescit,

Irritatque viros verbis: Taracone profecti

Italiam pugnate viri; quid turribus altis

Adstantes, bello totas non funditis iras?

535

Quo fugere minae vobis, et inania dudum

Verba, leves Celtæ? Quo summa potentia Regis

Alphonsi? Pherinas ubi nunc? Cur liquit amicos?

O miseri! queis nulla fugæ fiducia, nulli

Sperandi reditus! Veniam Pandulphi heros

540

Ni dederit, pontumne viri, terramne petetis?
 Heu miseri, quos non campis Mars asper Hetruscis
 Miserit ad stygias Erebi implacabilis umbras,
 Quos insana fames, et amor tam longus edendi
 Alligat ancipiti parvâ intra moenia fossâ! 545
 Non, si sponte aditus pateant, intrabimus alta
 Moenia, nec portis urbem capiemus apertis:
 Marte placet celsas duro concondere turres.
 Vos canibus dare frusta feris, avibusque cruentas
 Obscoenis escas; magno vos spargere ponto 550
 Incurvis pelagi laniandos piscibus omnes
 Decernunt Itali. Vos hac defendite vestra
 Moenia spe, Celtae; vos hoc, o barbara turba;
 Omine jam dudum magnis certate Latinis.

Talia dicenti, verbisque immane minanti
 Rapta manu Peliae liquefactum fistula plumbum
 Ferrea sulphureâ jaculata est concava flammâ.
 Fulminis acta citi glans more per aethera lapsa
 Praevolat, et fragiles incognita dividit auras.
 Sulphureos vix ille globos, et pulveris umbras 560
 Viderat infelix, haesitque in pectore plumbum,
 Lumina conlapso nigrae texere tenebrae,
 Liventesque genas infecit pallor, et unguies
 Purpureos quondam; corpus calor ipse reliquit.
 Quantus apud Thebas horrore tonantis Olympi 565

L 1 3

Magnanimus Stheneli genitor cadit, atque coruscā
Nube Jovis fulgens muris ruit actus ab altis.

Te Pandulphiades flevit, fortissime Narnī,
Picenique Duces, et amoeni ripa Metauri;
Praecipue Pandulphiades Sismundus, ut illi
Nuncius adtonitas implevit certior aures,
Talia suspirans imo qui pectore rupit.

Non haec, o Narnī, fuerant mea jussa, nec olim

Ista dabam praecepta tibi; certare caveres

Me sine: sed quoniam mihi te parere vetabant

Fata semel, miseram potuisti ponere vitam
Littore Tyrrheno: pro raptis, optime, terris
Occidis, et pulchro gaudes occumbere letho.

Haud impune Duces Celtarum, et barbarus hostis

Ista ferent, Narnī; neque erit mora longa, neque ullā
Arte fugam rapient, jam jam cum saevus ad unum
Exscindam, atque viros totā cum stirpe revellam.

Interea, o juvenes, crudeli caede peremptum

Tollite, et ignarum feretro componite corpus.

Sic ait, et lacrymis perfuderat ora decoris,

Luctisonoque novūm regemebant castra tumultu.

Nec minus ipse viros armari in bella jubebat

Vociferans, scalisque aditus in moenia durā

Moliti hortatur pugnā, turrimque propinquā

Materie praebente modum jam robore firmo

570

571

580

585

590

- Compactam, et trabibus contextam grandibus instat
 Erigere, et vacuo subitis educere caelo
 Viribus. Adcingunt magno Tyrrhena labori
 Agmina praeduri collectum robur agrestes,
 Cespitibus mixtis jactâ tellure minacem 595
 Protinus in molem, celsas quae desuper arces
 Despiceret, Celtasque suâ statione moveret.
 Qui simul ac summis viderunt moenibus altum
 Surgere molis opus tantae, caelumque tot aspris
 Umbrari trabibus, glomerataeque aggere terrae, 600
 Diriguere, animisque viri stupuere relictis,
 Bassius, atque Duces alii, fortisque Palermes,
 Atque alter Pherinas, Pulto, Lyriusque remisso
 Imperio, cui Celta ferox, cui barbara parent
 Agmina, et insignis famâ Cacosarcus et armis; 605
 Atque alii, quorum Musae meministis, Iberi.
 Qui postquam tantâ viderunt mole superbos
 Italiae Populos subjecto incumbere muro,
 Tela, facesque parant contra, jaculisque lacerunt
 Ausonios crebris; magno tum castra tumultu 610
 Miscentur, multi stygias mittuntur ad umbras;
 Exspirant dulces animas pars, atque tubarum
 Ante cadunt multi sonitum, quos haurit arundo
 Missilis, armatumque volans hostile veneno.
 Hic vero, ceû nulla prius sint gesta tot annis 615

Praelia, ceū nulli fuerint sub Marte labores,
Omnis amor laudum, dulcesque ante ora triumphi.

Ter Pandulphiades muros fortissimus altos,
Aggere constructo trabibus sublimis acernis,
Exsuperans armis trepidanti adparuit hosti.

Ter Marti eripuit juvenem Tritonia Pallas;
Nec mora, praecipiti cum Pallada turbine Mavors
Verberat adsiduis clypei tinnitibus, hastam
Horrentem arboream quatiens, et fervidus urget
Vociferans. Quid tela Deūm, quid praelia contra

Sera venis? Uni quae tanta audacia Divae?

Tune oblita venis Diomedis ut ipsa furores
Moveris in Superos, Phrygiae cum littore Trojae
Irritare viri mentemque, animumque furentis
Haud dubitas in me, quae nunc tibi dona remitto
Debita? Sic fatus, validam procul expulit hastam
Aegida terribilem ferratā cuspide pulsans;

Aegida terribilem, quam non Jovis ulla moverent
Fulmina, non saevos queis dejicit ille Gigantas.

Hanc tamen armipotens hastā Gradius adibat.

Illa manu saxum turri dejecit ab alta
In caput, inque humeros laesā cervice furentis,
Labentisque retro. Risiit Pandulphius heros:
I nunc, et Celtis animum, viresque secunda.
Vix ea: praecipitem, ac summā pro turre minantem

620

625

630

635

640

HESPERIDOS LIBER XII. 273

Diripit Orsilochum, nec te tua formā, Lycurge,
Nec roseis alba ora genis texere Podargum
Insignem genitore Tago, nec profuit aureo
Amne satum; sed te geminae flevere sorores.
His Halium comitem, et confixum Therea dextram
Gargani clypeo demittit, et urget ab alto
Increpitans: Nunc, siqua animatum fiducia tangit,
Incipite, et conferte manus contra omnibus unum
Viribus, o Celtae. Quò tela refertis Hetruscis
O toties promissa, Viri? Sic fatur; at illis 645
Frigidus e toto fugit in praecordia sanguis
Corpore, nec quisquam jactavit verba canenti
Talia; sed latebras exquirere moenibus omnes.
Et nisi clausa dies magnum fugisset Olympum,
Quatuor ille virūm misisset millia letho, 650
Induxeratque suos, et moenia summa teneret.

—

650

655

M m

BASINI PARMENSIS HESPERIDOS



LIBER TERTIUS DECIMVS.

A
BSTULERAT curas mortalibus, atque labores
Nox Jovis imperio, et nigrâ telluris in umbrâ
Causa diurnarum referens oblivia rerum
Lenibat dulci languentia corpora somno.
Sed non magnanimi subigebat corda Palermae,
Tristiaque adsiduis urgebat pectora curis,
Qui simul in mediis haec est effatus Iberis.

Hactenus, o Socii, spes est solata timentes
Ante diu Celtas, donec mare currere apertum
Fas erat, et nondum Fortuna inimica furebat
In caput Alphonsi magni, nostramque salutem.
Nunc autem ultro Italiam quoniam sors aequa propinquat,
Cedamus Superis, nec tendere Numina contra
Conemur, Proceres. Unum tentare favorem
Experiamur adhuc Superum, dum nigra silet nox:

5

10

15

HESPERIDOS LIBER XIII. 275

Apta fugae nox est, tacitisque adcommoda furtis.

Dum somno, vinoque graves Deus imbuit artus

Ausonidum, tormenta silent muralia, et ignes

Permixti fumo totas posuere favillas,

Navibus a tacitis tortas abrumpite funes;

20

Et tantos servate Duces. Gratissima Celtis

Omnibus, Alphonso p[re]e cunctis grata, facessant

Imperia haec Juvenes: dulces rapiamus Hetruscis

Relliquias nostri cupidis, magnoque vetate

Sismundo hanc laudem claris accedere factis.

25

Illum, illum vidistis enim quid marte, quid armis

Infremat, insultet quo turbine victor, et hastâ,

Et clypeo ante alios! Cui si fortuna reservat

Inclusos parvae superandis moenibus Urbis,

Crastina dum vehitur roseis Aurora quadrigis,

30

Frustra iter arteptum tentemus tempore tali.

Quare agite o, dum fata sinunt, fugite ocios atram

Mortem infandam omnes; medio quos spargere ponto,

Atque feris dare, quos canibus promittit Hetruscis.

D[omi]ni prohibete boni tantarum dira minarum

35

Omina! D[omi]ni tales in eum convertite casus.

Quòd si vita tamen manet infeliciar ipsâ

Morte, quid in tenebris animam traxisse juvabit,

Carcere tam diro queis pallidus horror ad ossa,

Et verbis non laeta fames, squalentiaque ora

40

M m 2

Aeternos passura situs? Sunt omnibus omnes
 Poena quidem mortes; sed enim super omnia lethi
 Dira fames genera est suprema, miserrimaque una.

Talibus impulsi Celtae Cacosarcus, et ingens
 Bassius, atque alii, Lyrius, Pultoque superbus
 Arma, ratesque parant furtim, noctemque labori
 Gratam aptant, tacitisque movent vestigia plantis.
 Tum remos, et vela manu, tum cornua tractant
 Arborea, et funes properant aptare silentes.

Talia dum Celtae totis placito ordine tectis,
 Urbe quidem parvâ, multo sed milite plenâ,
 Expediunt, atque apta fugae jam tempora quaerunt,
 Saucius arma tenens, et vulnere foedus acerbo
 Palladis, aequoream Venerem Gradivus adibat
 Flammivomis elatus equis, clypeique cruentâ
 Parte rubens. Cyprum ipse volans se sponte tulisset,
 Ni pariter magno Cytherea redisset Olymbo.
 Aëra per liquidum niveis adlata columbis.
 Quam procul ut vidit gratissima Diva Dearum:

Cara Soror fratri ante alias, huc dirige cursum,
 Huc, mea cura, veni, videoas ut dura Minervae
 Vulnera. Sismundum contra bellare paranti
 Obsttit ipsa Deo, mihique haec tibi vulnera liquit
 Ingenio curanda tuo. Quid denique tantum
 Odit utrumque caput Veneri, Martique resistens

45

50

55

60

65

HESPERIDOS LIBER XIII. 277

Unius ob magnum decus improba? Num tibi toto
 Ex animo cecidere animi monumenta nefandi,
 Cùm tibi Tydiden diris occurtere telis,
 Inque tuam suadet mortalia vulnera dextram?

Nunc Pandulphiaden in me, crudeliaque arma
 Suscitat. Usque adeo ne Deos mortalibus illa
 Posthabeat? Tantumque Duci det laudis Hetruscum,

Ut clausos terrâ, atque mari bellator Iberos
 Vi capiat? Triginta etiam quae forte triremes,
 Auxilium Alphonsi quod restat rebus, habentur
 Spes miseris, adimant Itali? Ne talia, quaeso,
 Ne patiare, Soror: satis est spoliâsse tot armis
 Bis miseros Celtas; satis est Natumque, Patremque
 Amisisse animas, Procerum tot magna cadentum

Nomina, et incassum Populos tentasse Latinos.
 Unum oro, quando ista potes, ne navibus uti
 Alphonsum contra possint; quaecumque relictæ
 A trepidis fuerint, vulcanius occupet ignis.

Ista tui sit cura Viri; mihi caetera mandes.

Vix ea, cùm vultu risit Cytherea decoro.

Non bello, Germane mihi, non victus iniquâ
 Pallade, non armis dejectus adesse Sorori
 Adpare; sed forte choros cùm dicit Apollo
 Qualis ad Oceanum, talis nunc ora, comasque,
 Frater, ades. Tum grata manu tergere cruentum
 M m 3

70

75

80

85

90

Incipit, imbuerat qua colla tumentia sanguis:
 Verum humor, non sanguis erat; sine sanguine Divos,
 Quos non ipsa Ceres, quos non alit ipse Lyaeus,
 Nectaris, ambrosiaeque liquor sine tempore reddit.

Tum Venus ipsa refert: Vulcanum in talia mitto
 Obsequia, et solitos jubeo exercere labores.

Quos tu ignes illic, Frater, quae incendia cernes?

Sic ait; ille Deae magnum praesensit amorem,
 Amplexuque levi clypeo dedit oscula ademto:
 Hinc Apennini juga celsa nigrantibus alis
 Occupat, unde videt diversas littoris oras
 Hadriaci, Thuscique maris, regnumque superbi
 Sismundi. Illa autem Siculos super ardua fluctus
 Tollitur aligeris nocturna sub astra columbis.

Est locus Aeoliam juxta, domus alta cavernas
 Efficit, et longis suspendit cornibus antrum
 Usque sub Aethnaeas per longa foramina rupes,
 Vulcani sedes vasto sublimis hiatu,
 Unde ignes, ventique rount, et fumus ad auras
 Aethereas nigrâ caligine semper anhelat.

Hic gelidis Cyclopes aquis stridentia tingunt
 Arma Deum, et validis quatunt incudibus antrum,
 Brachiaque in numerum tollunt, alternaque versant
 Aera manu, vastique gemunt stridore camini.
 Hic magno mittenda Joyi cendentia flammis

95

100

105

110

115

HESPERIDOS LIBER XIII. 279

Fulmina, terrificamque horrendis aegida monstris
 Horribili exercent sonitu, currusque, rotasque
 Praecipites, ocreasque graves, galeamque micantem
 Fulmine cristatam, sublimem Martis honorem.

Fulmina praecipue ventoso turbine, et igni 120

Sulphureo miscent operi, tortisque sequaces

Imbribus adjiciunt iras, et nube coruscâ

Murmura rauca gravi sonitu, fremituque remittunt.

Inde vomunt clausis animosas folibus auras,

Inque cavâ fornace furit vulcanius ignis, 125

Instat et ipse Deus tanto insudare labori.

Quem Venus ut juxta stetit ore superba decoro

Haec prior eloquitur: Divum gratissime conjux,

Nota tibi Alphonsi quonam Fortuna loco res

Constituat, quâ parte labans, quo pondere vergat: 130

Cui misero nunc triste quidem pro viribus haustis

Subsidium paucae Tyrrheno in littore naves

Restabant, dum Fata dabant meliora favorem.

Nunc autem an restent dubitans, ignara pericli

Tristis agor, quando a Latiis tot gentibus unâ 135

Urbe feros Celtas clausos, et moenia vidi

Penè manu fortis Sismundi capta; nec armis,

Nec rapidis Gradivus equis obstarre furenti

Fas habet: ipsa Viro vires Tritonia Pallas

Sufficit; ipsa egomet parmamque, et sibila durae 140

Gorgonis ora videns abeo, nec praelia tento
 Ulla manu: mihi bella meo placuisse marito:
 Una gerenda; meus non hic Rhoeteius heros;
 Os quena Tydides servandum vulnera nobis
 Intulit: unum oro, quoniam tibi sola superbo
 Ingenio certare audet Tritonia, vires
 Ignibus ipse tuis addas, navesque relictas
 A trepidis, cum terga fugâ nudasse videbis,
 Uras, atque urbem vacuam sine classe relinquas.

Hanc operam partire mihi, et largire laborem;
 Quodque petit Conjur, alii quaecumque dedisses,
 Ne, Vulcane, nega. Moestis Aurora querelis,
 Te Thetis, et toties Mars flexit, ut arma novares.

Et mihi fas aliquâ, Conjur, in parte locari
 Te penes. Haec fatam, verbis, et nomine contra
 Lemnius adpellans: Quid enim, pulcherrima Conjur,
 Non dederim? Sanâ quid enim tibi mente negarim?

Tu mihi curarum requies, tu grata voluptas,
 Atque animi pars magna mei: nec Nereis unquam,
 Te nisi propter, opus manuum immortale mearum
 Ipsa tulit: nostris fabricata incudibus illi

Arma dedi, quod alumna sacris adulesse sub undis
 Diceris Aurora; Phrygibus, quos semper amaras,
 Aequa fuit quoniam, croceum dignata cubile
 Tithoni: nec plura moror. Sic fatus apertis

145

150

155

160

165

HESPERIDOS LIBER XIII. 281

Rupit iter terris, et turbine fertur anhelo,
Nec tortas secat ipse vias, nec clauda retardant
Ipsa Deum, ut quondam, rapidis vestigia flammis;
Sed super aequoreos fluctus, et curva secundum
Littora pronus iter populandam inclinat ad urbem. 170

Qualia ubi ad terras de prono sidera caelo
Lapsa cadunt, longosque trahunt trans aethera crines:
Aut ubi ventus agit summis de montibus ignem
In nemorum sylvam ingentem, descendit inane
Aequor, et arenti spoliantur gramine valles. 175

Sed jam lecta Ducum naves manus omnis in aequas
Ibant, et transtris tacita sub nocte sedebant,
Cum graviter portu crepuerunt rostra recusso.
Quem strepitum mirati Itali rapiuntur ad arma
Unanimes, tolluntque moras, et noctis in umbra 180

Horrendae obscurâ densant ad littora passim,
Pars muros fortis Sismundi scandere jussi
Imperio, pars ingentem concendere turrem,
Pars tormenta virum tollendo ad sidera saxo
Instituunt. Tum prima ratis, quae forte tenebat 185

Jam pelagus, misso defecit in aequore saxo,
Immersitque viros unâ cum classe ruinâ.
Inde moram faciunt Itali dum forte, ferendo
Pondere nave Duces pelagus tenuere secundâ.

Caetera Celtarum bello praeclera juventus 190
N n

Arma ferunt contra, jaculisque volantibus umbras
 Divisere cavas naves deducere curvo
 Littore conati: taedas Pandulphus, et ignes
 Poscit: at ardentes concrescere littore pinos
 Ocius adspiciunt Celtae: tum lampada mixto
 Sulphure praeципiti demisit ab aggere dextrâ 195
 Dux Pandulphiades navem jaculatus in atram
 Aethomeni, et nigros concepit vertice crines
 Flamma volans olli, tabulisque adfixa vaporem
 Ingentem piceis circumtulit. Ora vocantis 200
 Orsilochi socios fax altera clausit, et udo
 Guttura flamma furens stomacho consedit aperto.
 Labitur infelix Telon, labuntur Iberi
 Innumeri circa, durisque imperdita Mauris
 Corpora Celtarum pelago cecidere cruento. 205
 Quatuor ipse rates flammis incendit, et igni
 Sulphureo ante alias perstans, bellumque ministrans.

At Deus, indignatus enim mortalibus esse
 Tantum opis in flamas, discussis protinus umbris
 Omnibus adparens caelo se ostendit aperto. 210
 Porto alias ignes, incendiaque altera vobis,
 Ausonidae duri; nec plura: fragore per auras
 Intonuit, vastumque vagans tremor impulit aequor.
 Audiit et sonitum pastor Tyrrhenus, et audax
 Sardus, et ora, caput rapit unde celerrimus Arnus. 215

HESPERIDOS LIBER XIII. 283

Obstupuit Dux Ausonidum, Tyrthenaque turba,
Ausoniique Duces flammis lucescere fluctus,
Et vicina diem superare incendia verum.

At verò Vulcanus edax per tecta, per aedes .

Volvitur, et latos dispergit lumine muros 220

Usque furens; tum diluvio per dura sequaci
Robora serpit: hiant tabulata, ratesque fatiscunt
Peste novâ cunctae; vacuas tum fumus ad auras
Erigitur, tum clara vomunt incendia lucem.
Purpuream, tum flamma Euris inclinat Eois, 225
Nunc Boreae submissa truci, nunc effugit Austros;
Nunc incerta fluit, mutatoque aethere fertur;
Nunc gravidas populata trabes, nunc prona carinas,
Arbuteasque levi contextas vimine crates.

At trepidi Celtae naves deducere toto 230

Littore conati bellantur limine parvae
Urbis, et ingenti muros clamore relinquunt.
Hic animis praestans, pictis insignis et armis,
Clarus et ipse suâ jam laude Tolonius ingens,
Jam virtute annos superans, ut vidit euntes 235
Ipse rates Celtarum, animis elatus avaris
Littore de sicco saltum dedit ocios undis;
Et simul: O trepidi, quae vos fuga concita, Celtae;
Praecipitat? Nec plura: ratem de littore dextra
Arripit, Alcoriem quae forte vehebat Iberum. 240

N n 2

Ille diu luctans puppem deducere frustra
 Viribus in ventum fusis, dum forte tenetur
 Ancipiti suspensus aquâ, miratur abire
 Tres alias, propriamque vado stagnante morari.
 Dum stupet, atque animum formidine frangit amarâ, 245
 Adspicit haerentem navi de littore Lydum,
 Pressantemque manu puppem, obnixeque tenentem.
 Tu ne, ait, infelix, Celtas Tyrrhene reducis
 In terram hanc iterum? Nec plura effatus, adacto
 Ense secat dextram misero tibi, magne Toloni. 250
 Illa tremens paulum liquidis stat inutilis undis.
 At juvenis laevâ puppem tenet, atque cruento
 Verberat adsiduus ventos, aurasque lacerto,
 Voce vocans Alcona ferum: Quid, Celta, minaris?
 Hinc tibi fas non est exire, potentia nulla: 255
 Sunt alii, qui jam igne rates populantur, Hetrusci.
 Vix ea praefato, laevam secat hosticus ensis.
 Tum juvenis, tum vero amens formidine nullâ;
 Truncus uti firmis haerens radicibus altâ
 Olim fronde comas, et brâchia tectus adulta, 260
 Verùm ubi tristis hyems ramis decussit honestam
 Caesariem, solus vestit se tegmine vertex,
 Et viridis consurgit honos, deformia supplet
 Brachia solus apex; tali se robore firmat
 Ferreus ante ratem pernix, tum pectore toto 265

HESPERIDOS LIBER XIII. 285

Trudit ovans, et victor agens ad littora navem.
Obstupuit Dux ante alios fortissimus Alcon,
Fulmineo simul ense caput ferit, atque cerebrum
Spargit utrinque viro; pronus tamen ipse ruinam
In puppim dedit; obstupuit fortissimus Alcon. 270

Interea per cuncta furit loca lucidus ignis
Vulcani, diasque faces in robora classis
Amissae, et demitā jam tum statione relictæ,
Conjicit, et vires tectis dispergit anhelas
Omnibus. Exsuperant flamarum lumina ponto 275

Obvia Tyrrheno, egressis crudele Tyrannis
Augurium; flamas laeti mirantur Hetrusci.
Nec divina quidem cessant incendia, donec
Pallentes abjungit equos. nox humida curru
Vecta suo, et nigras telluris abegerat umbras. 280

Ac velut astra procul niveam circum undique Lunam
Magna videntur, ubi tranquillior expulit aér
Nubila, cernuntur montes, procurvaque ponti
Littora; multus enim se ostendit in ignibus aether;
Sidera cuncta micant, laeto stat pectore pastor. 285

Tum Pandulphiades urbem sine more receptam
Aequat humo, et muros Italum Dux diruit altos.
Corpora deinde virum dignis mandare sepulchris
Instituit: dubiam Tyrrheno in littore plebem
Condidit; eximios Pisanam mittit ad Urbem. 290

N n 3

Te Narni ante alios, et te memorande Toloni,
 Quem Tyrrhena manus longo comitata dolore
 Prosequitur gemitu, et singultibus aethera pulsat.

O decus aeternum nostrae, memorande Toloni,

Gentis, et egregium nomen venture per ora

29;

Magna virum, et lustris nunquam moriture futuris:

Te pietas, te laudis amor, te conscientia virtus,

Gloria te jussit crudelem spernere mortem:

Nec casus te in fata trahunt, sed sponte subisti

Lethum insigne libens, stupuit quod ferreus hostis

300

Exemplum antiquae virtutis, et unde fuisset

His genus, unde animus, queis cum bellare parassent.

Esse quidem cuncti clamabant ferrea Lydis

Pectora, dura virum non ulli membra labori

Subdita, non ferro, non cedere fortibus armis,

305

Non unum a tota superari classe: quis alter

Alcides, Theseusve manu praestantior olli?

Et taurum ingentem, et fulvum traxere leonem,

Indomitas impune feras: Tu tanta virorum

Corpora cum magna traxisti, Lyde, carinam.

310

O dextram, indignum! crudeli vulnere raptam;

O dignam Pylio consumtam rege juventam!

Tu ne decus magnum primis extincte sub annis

Aeternam nostros decorasti laude triumphos?

Scilicet invidit tantum Gradivus honorem

315

HESPERIDOS LIBER XIII. 287

Ante diem audenti, atque ahimum super astra ferenti.

Haec ubi fleta, viam arripiunt, curvoque feruntur
Littore deflentes, planctus, lacrymasque cientes.

At Pandulphiades patrias remeabat ad urbes
Cum sociis victor, Picenaque presserat arva, 320
Amnis ubi Hadriacas volvit se Sena sub undas.
Hic urbem sociis, olim quam longa vetustas
Solverat, emeritis dedit alti grata laboris
Praemia: laetus ager circum, sylvaeque novandis
Materies ratibus natae, nec plura juvenci 325
Farra domum Italiā grati traxere laboris
Ex magnā cuncti, quām qui sunt moenia circum
Gallica: clarus adhuc famā locus ille, ubi victor
Hannibal fratre spoliavit Claudio armis,
Et vitā quondam clari trans laeta Metauri 330
Flumina; parte aliā nam Graja reconditur Ancon
Montibus, atque mari portu seclusa profundo est.
Hic Arcem primū, magnum quae despicit aequor;
Condidit; hinc totam praecinxit moenibus urbem,
Hinc pontem, et portam posuit, turrimque superbam; 335
Hinc loca grata fori, atque domos capere ipse jubebat;
Hinc portas aptare viros, hinc dividit agrum
Civibus, hinc mores, et jura ex ordine avita
Imposuit, qui bella gerant, si forte vocārit
Fors adversa, viros delegit, agroque locavit 340

Cultores, terrae imperitent qui laeta moventes
Jugera, qui domitent tauros, glebasque fatigent.

Hinc ad Arimineam fertur laetissimus Urbem,

Victor ubi Superis votum dum solvit, honorem

Ipse Deo reddens summo, mirabile Templum

Marmore de pario construxit, et Urbe locavit

In mediâ; quod dura Jovis non ulla moverent

Fulmina, non saevos queis dejicit ille Gigantas.

Porta aeterna ingens nigro durissima saxo

Vestibulo posita est pulchro, quam candida circum

Quatuor in caelum capita arrexere columnæ.

Candida praeterea muri latera undique magni;

Sex intus late signis fulgentibus Aedes

Hinc, atque hinc, pulchrâ testudine ad aethera missae.

Marmora tum partim fulvo conduntur in auro,

Ostentant nudas partim sua signa figuræ.

Parte aliâ ingenti surgit testudine Templum

Aetheris in morem, magnumque imitatus olympum

Ille labor manuum, signisque ingentibus altum

Ardet opus, fulgentque poli viventia monstra.

345

350

355


360

BASINI PARMENSIS

HESPERIOPUS

LIBRI XIII. ET VLTIMI

FINIS.



BASINI PARMENSIS
ASTRONOMICON
L I B R I D V O.

IN LIBRVM PRIMVM ASTRONOMICON BASINI P.

A R G V M E N T V M .



BASINIUS Poëta in ipso Operis principio Musam invocat, et Sigismundo Pandulpho Malatestae Ariminensium Regi Opus suum dedicat, quem a Poëtarum studio, Astronomicae rei peritiâ, et bellicâ virtute laudat, ac in laboris partem vocat: dumque magnanimi hujus Principis texit encomium, Operis totius argumentum breviter proponit; Hesperiden suam memorat, atque consultò extenuat: utque Eum ad bellum adversus Turcas tum temporis Graeciâ potitos incendat, de eo bello scripturum se pollicetur, eique Apotheosin ominatur a v. 1. ad v. 29. II. Tum rem adgressus, docet a v. 30 ad v. 42 Mundum a Deo creatum esse, eumque ex Caelo et Terrâ constare; praeterea que aliud nihil esse, quam Inane spatiū. III. Caelum rotundum esse, Stellisque respersum: omnia complecti, et a Divinâ Mente perpetuo rotari in seipsum ab Oriente ad Occidentem ad v. 54. IV. Motu autem illi per obliquum adverso ferri Planetas, quorum sphaeras atque naturas singillatim ad v. 65; simulque Elementorum regionem et ordinem ad v. 69 recenset. V. Terram vero immotam stare in medio Caeli, quod certo ordine circum ipsam volvatur; ejusque Plagas, et Polos notat ad v. 82. VI. His brevi atque eleganti carminum serie praemissis, Stellas sub unaquaque regione meantes dicturus, cunctos Circulos Caelum ambientes prosecutur; ac primò quidem Orbem Lacteum, deinde Zodiacum, in cuius linea mediâ Solis et Lunae defectus fieri monstrat ad v. 98. VII. Tum Parallelos quinque, quorum Aequinoctialis qui dicitur, ceterorum medius et maximus sit; duo autem mediî, qui Tropici; extremi tandem duo Polares ad v. 109. VIII. Itemque duos alios, qui Parallelos in partes quatuor aequales secant, et Coluri adpellantur; nec non Meridianum et Horizon tem, qui certum non habent locum, subnectit ad v. 21. IX. Inde ad quinque Caeli Plagas descendit, quarum naturas ac proprietates exponit ad v. 153. X. Zodiaci Signa enumerat, eorumque tempora signandi rationem tradit ad v. 174. XI. Demum reliqua Sidera describit tam in Borealibus, quam in Australibus Caeli partibus micantia, quarum singularum non modo nomina, numerum, et positum, verum etiam formam, ortum, et occasum, fabulas identidem intexens, mirâ sane felicitate et elegantia, a Borealibus incipiendo, graphicè pingit ad v. 545. XII. Postremo Signa Zodiaci persequitur, quae Sol annuo suo cursu perlustrat, eorumque positum, connexus, stellas eleganter exponit.

O o 2

I N altero hoc Libro Poëta agit de Planetis, quorum nomina, periodi tempora, cursusque rationem tradit a v. 1. ad v. 26: dumque Lunam recenset ejus Phases describit ad v. 40. II. Quoniam vero Stellae, ac Planetae diverso per Caelum itinere sub Zodiaco volvuntur, ideo illas fixas dici innuit, non quis motu careant, sed quia inter eundum eandem semper a Terrâ distantiam conservant; hos vero hac lege solutos per Orbēs eccentricos ferri: quos omnes per propria nomina indicat ad v. 66. III. Non ideo autem posteriores hos Errantes Stellas dici, quod temere moveantur; sed quia per inaequalia spatia oberrant: quarum quidem Mercurium, et quinque Vagis non scintillare docet ad v. 78. IV. Ad haec occasum Heliacum stellarum observare praecepit, ejusque rei profert exemplum ad v. 84. V. Inde Planetas, eo quo dispositi sunt ordine, indigitat, eosque, Lunâ exceptâ, proprio lumine splendere ait ad v. 125. VI. Locum porro, et rationem defectuum Solis, et Lunae tradit, eosque irridet, qui ex iis mala, atque infortunia Terrarum Orbi ominantur; ac pertimescunt: ibique paucis de eo, qui in Christi morte accidit ad v. 142. VII. Tum Solis, et Lunae prognostica subtexit ad v. 179. VIII. Hinc in viā rediens, agit de Mundi Plagis, earumque proprietatibus, atque inter alia plurima, de Antipodis, quos aptis rationibus existere conficit: quo in loco Terrae rotunditate adsertâ, eam in mediâ Mundi parte sitam, atque Oceano, Aëre, Aethere in eandem figuram coactis, esse undique circumfusam ad v. 304. IX. Porro Mundum in duas Regiones dispescit, inferiorem unam, seu Elementarem, superiorem alteram, sive Aetheream, quo in loco Planetarum in Elementa potestatem, eorumque Elementorum naturas, et commixtiones tradit ad v. 325. X. Solstitia, Aequinoctia, Tropicos, Annuum Solis cursum per duodecim Signa Zodiaci, nec non Zonarum temperiem explicat ad v. 405. XI. Tandem captâ ab anno Solis cursu occasione, sublimi aequa ac eleganti Hymno eum celebrat, et in laudes Principum Malatestarum excurrit, ac praecepit Sigismundi Pandulphi, cuius bellum contra Alphonsum Neapolis Regem pro Hetruscis gestum, quod Epico Poëmate celebraverat pridem, iterum extollit, eumque, quod in Operis hujus principio fecerat, arna adversus Turcas ut sumat hortatur impensisime. XII. Denique Christum precatur enixe, ut Christiani Reges armâ in eum capiant concordes, et Sigismundum Pandulphum Malatestam, qui jam barbâros expulit ab Ausoniâ, huic expeditioni Ducem praeificant. Quod cum bellum tum se elaboratori Poëmate cantaturum pollicetur, tum Parteonem Ariminensem V. Cl. ad ejus Historiam conscribendam invitat; atque omnia fausta, feliciisque ominatus, Astronomico huic Poëmati finem imponit.

BASINI PARMENSIS ASTRONOMICON



L I B E R P R I M V S.

AETHERIOS Orbes, subjectaque templa Deorum,
Musa, cane, atque vias semper volventis Olympi;
Curribus auratis quae Signa secutus iniquos
Sol vehat ipse dies; quae tempora noctibus addat;
Quae rapiat rursum tardis adjuncta diebus.

Hic age, magne, tuo, Malatesta, canende Poëtae,
Castalias amplexe Deas, partire laborem
Hunc mecum: neque enim sine te Parnassia nobis
Antra patent, Musasque sinit Romanus Apollo,
Tu decus Aoniae, tu spes certissima Vatum; 10
Nec cuiquam potui, tibi quam felicius Astra
Dicere, qui rerum causas, qui Sidera primus
Cunctorum, et vasti scrutaris semina Mundi.
Nec levius fuerit quam condere bella, referre
Tellurisque, Undaeque locos, Animaeque, liquentisque 15

Tum siccum invasit calor igneus Aethera primum,
 Aëra tum calidum non humor ab Aethere longe
 Dispulit, et frigus sicca tellure potum est,
 Quam circum gelidae medium liquor ambiuit Undae:
 Utque movet Caelum Divina Potentia certo 70
 Ordine, quae media est Tellus immota resedit,
 Quam circum ipse Polis Caelum dedit ire rotatis..

Nam Pater in tractus omnes Caerule, Marisque,
 Tellurisque, Animaque vias, Ignisque liquentis
 Funditur, et toto se miscet corpore rerum. 75
 Terga dedit Mundi Genitor quae verteret Orbi
 Eō, occidua frontem torqueret in oras:
 At dextrae partes tardum tenuere Booten,
 Arcturique domos, magnamque Lycaonis Ursam,
 Austrinosque situs laevum devolvit in Orbem; 80
 Hinc alias Vertex aliasque hinc fixus urinque,
 Quos dixerat Polos, Austro, Boreaeque minantur.

His ita monstratis, superest Regione sub unâ
 Dicere quaque meant quae Signa, plagasque retentant.

Lacteus ingenti candore decorus, et auro, 85
 Nescit utrumque latus medii qui finit Caelum;
 Fertur in obliquum, clarum Phaëtona relinquens,
 Temperat et totum flammis errantibus Orbem.

Inde Orbes alij varias tenduantur in oras;
 Signifer est alios quorum pulcherrimus ante, 90

Tennia ducta triplex quem fecit utrinque refuso
 Margine Signorum; media est via Solis iniqui,
 Defectus in quâ Solis, Lunaèque patescant,
 Vel cùm tota Soror fraterno opponitur orbi,
 Vel cùm Terra jacens inter fratremque sororemque, 95
 Ipsa negat caecae Titania lumina Lunæ
 Cùm cadit oceano nitidi fax lucida Phoebi,
 Et Luna oppositâ jam fertur in aethera Terrâ.

Inde Paralleli, Grajo quos nomine dicunt,
 Quinque recensendi; quorum qui maximus unus 100
 Et medius fuerit, noctes aequare diebus
 Dicitur: unde illi nomen posuere profectum.

Sunt duo, non longis qui frontibus immiuuntur:
 Alter habet septem gelidâ de parte Trionas:
 Alter in Austrinos infert sua terga recessus. 105

Hos inter mediumque sedent duo Signa reposta,
 Quae Tropicos vero dixerunt nomine Grai,
 Majores longe extremis, medioque minores.
 Parte ab utrâque Plagae finem posuere perustae.

Inde alii duo sunt, qui verticis ardua summi 110
 Amplexi capita, sparsi in diversa secantur
 Inter se extremo in spatio, summosque recidunt
 Quinque Parallelos dirimentes partibus aequo
 Quatuor, atque secant animalia magna gerentem
 Signiferum tali ratione, ut permeet alter
 P p 115

Phryxaeam pecudem, justaeque examina Librae;
Alter et Aegoceron, et magni brachia Cancri.

Sunt duo praeterea, quos non aequaliter omni
Parte licet nobis terrâ comprehendere iniquâ,
Quique secat mediumque diem, Caelumque profundum 120
Dividit, alter is est qui terminat omnia visus.

Quinque Plagas Caelo posuit Natura creatrix,
Quarum quae media est aeterno incanduit igni;
At magno extremae riguerunt frigore Zonae.

Temperiem mediae dupli regione benignam 125
Excepere duac: mediam quas inter et ambas
Dicimus extremas. Caeli devexa profundi
Cingula bina hominum generi concessa Deorum
Munere: de medio quae cùm traxere calorem,
Frigus ab extremis, geminâ de parte profunda 130
Temperies geminis infertur ab Aethere Terris.

Atque haec culta quidem latera, et Telluris utroque
Margine clausa, virûm spatiis gens exsulat aequis.

Nam media, ut perhibent, Plaga vasta sine urbibus ullis
Magna procul magni patiens incendia Solis, 135
Non volucrum nidos, magnarum aut lustra ferarum
Substinet, aut hominum genus improba pascit; at illas
Nix aeterna premat, foedusque amplectitur horror:
Hinc Boreas, illinc gelidâ Notus effluit aurâ:
Hic tepet Auster, at hic Aquilo non frigidus efflat; 140

Hoc vitio Caeli: densum sed frigus utroque
 Vertice devexi semper spirabile Mundi.

At nobis Arctos sublime propinqua furentes
 Frigore demittit ventos, insana rigore
 Flamina perpetuo nobis; quae torrida dum se 145
 Trans spatia evolvunt calidis contraria pennis,
 Nubila dant populis adversa tenentibus arva.

At nobis longè Mundus consurgit in arces
 Scythonias, gelidumque Polus se tollit ad axem.

Obliquus latè Signorum flectitur Orbis 150
 Transversum, et longo circumspicit ordine Zonas
 Quatuor, atque secat medium, quae semper ab aestu
 Fervet, et ardenti collustrat lumine Caelum.

Ergo inter medias quoniam latissimus Orbis
 Signiferum decuit, quòd clara, et maxima Signa 155
 Verteret, incubuit magno per Sidera tractu,
 Quae duodena sedent incurvo lucida Circo.

Primum Aries signum; sequitur quem Taurus acutis
 Cornibus: hinc gemini Laedeïa sidera fratres:
 At Cancrum Herculei sequitur quoque forma Leonis: 160
 Hunc Virgo; hanc justae pendentia pondera Librae.
 Scorpius hanc sequitur; post quem sua spicula Chiron
 Tendit: at Aegoceros premit hunc quoque cornibus altè
 Auratis, curvâ cui surgit Aquarius urnâ;
 Ultima quem Pisces, caelestia signa, secuti. 165

P p 2

Tempora Signorum numeramus ab Orbe supremo
 Hybernum ad cyclum vertenti Sole; reverso
 Inde etiam ad summas imis de partibus oras,
 Cum semel a Cancro Capricornum Phoebus ad imum,
 Et semel ad Cancrum Capricorno venit ab imo; 170
 Aut etiam medios legit cum passibus Orbis,
 Aequat ubi noctes Aries, aut Libra diebus,
 Vel sursum Phaethon fugit, vel fronde deorsum..

Hinc atque inde sedent vasti miracula Mundi,
 Quae Pater ex hominum specie caelestia fecit 175
 Sidera, tum mutis etiam sua forma remansit;
 Ut Corvo, et Lepori, Cygno, fulvoque Leoni.

Orbe prius fixas summo dicemus, et ortus
 Atque obitus, magno faciunt quos Sidera Mundo.

Ac nobis quia nam vertex spectatur et Arctos, 180
 Ordiri melius dextrâ de parte licebit:
 Namque duae spatio spectantur verticis Ursae;
 Fluminis instar enim circum interlabitur Anguis.
 Magna supina caput parvae tegit ipsius Ursae;
 Nam medium pedibus calcat fera parva Draconem, 185
 Cujus in extremâ latitat quoque maxima caudâ,
 Quo caput usque suum simul ipse retorserit Anguis.
 Vertice magna tenet septem, sed in auribus ambas,
 Unam humero stellam; duo sunt pede sidera in uno
 Postremo; atque alio sub crure est una, cavoque 190

ASTRONOMICON LIBER I. 301

Una humero; geminæ parvâ sunt denique caudâ.
Parva pedum stellis paribus vestigia fixit;
Tres caudam supra: quarum quae proxima summo est,
Ipsa Polus, quoniam est immobilis ipsa, vocatur.
Anguis utroque sedent duo tempore sidera, bina 195
Sidera sunt oculis; mento stat sidus in imo:
Namque decem stellæ reliquo sunt corpore toto.
Nec minus Arctophylax, caraë custodia matris,
Ipse pedem dextrum aestivo super addidit Orbi.
Huic humeros, pectusque secat quoque Circus ab imo 200
Aegocero, summi tangit qui brachia Cancri.
Non cadit oceano citius quam Cancer, et ambo
Tyndaridae, ac magni pateat quam forma Leonis.
Quatuor hic laevâ stellas gestare videtur;
Pectore tres dextro; laevo sed pectore solam, 205
Supra humerumque duae spectantur utrumque repostæ:
Una caput supra est, cubitum subit altera dextrum.
Sidera quin etiam pedibus sunt bina duobus:
Nascendo curvas solet hic praecedere Chelas.
Inde novem numero Cressam fecere Coronam, 210
Arctophylax humero tangit quam forte sinistro.
Occidit haec Cancro, magnoque oriente Leone,
Nascitur, extulerit cum brachia Scorpius orta.
Inde tenet laevâ pellem quae forte Leonis,
Quae genibus flexis magnam se extendit ad Arcton, 215
P p. 3

Herculis effigies, nati Jove, magna videtur,
 Colla Draconis habens pedibus subjecta, Leonis
 Exuvias laevâque tenet, dextrâque gravatum
 Robur, et infestae minitantia pondera clavae.

Hunc quidam credunt Cetea Lycaone cretum,
 Qui dicunt illum natam spectare Megistâ.

Hic humero aestivum contingit denique cyclum;
 Ipse pedum digitis Arctoa prioribus arva
 Terminat, atque alio calcat pede colla Draconis
 Hesperidûm sacros servantis ab Hercule ramos,
 Dextra sub Aestiferum manus est extenta, sinistra
 Erigonem tangit, stat vertice stella sed una,
 Altera stat laevi mediâ pro parte Leonis:

Sub cubito dextro micat altera; utrâque papillâ
 Singula; sunt femori geminae, sunt poplite binae:
 Altera crure micat, pede et altera maxima. Post hunc
 Est Lyra, quae pulchrâ testudine spectat ad Arcton,
 Inque Notum tendens vertit diversa cacumen.

Occidit haec, oritur cùm jam pulcherrima Virgo.

Eripit haemoniâ Chiron cùm tela pharetrâ
 Inflexum ostendens terris mirantibus arcum,
 Nascitur aethereas Caeli manifesta sub oras.
 Terga super stellae fulgent cui grandia binae,
 Atque utrumque latus geminas habet: exstat utroque
 Stella humero; partes imas habet una; sub ipso

220

225

230

235

240

A S T R O N O M I C O N L I B E R I . 303

Vertice et una latet. Superos quis crederet unquam
Mutorum varias aliquando habuisse figuræ?
Flumine àque Jovem Cygni vestire figurâ
Quis dubitet, cupidi nôrit qui furta Tonantis?

Qualis olorisoni viridantia ad arva Caystri 245
Accolit herbosas piscoso flumine ripas;
Talis in aethereis Olor est pulcherrimus oris;
Ala tenet cujus magnam sublimiter Arcton,
Tenditur aestiferum sed et altera pene sub Orbem;
Flexigeni tangit pede sed vestigia summo: 250
Aestifer ipse secat reliquo de corpore rostrum;
Cauda caput Regis contingit denique Cephei.
Virgine cum pulsâ, chelisque cadentibus, ipse
Labitur, atque caput terris immergit opacis:
Exoritur magni surgunt cùm brachia Cancri. 255
Colla tenent unam, longae unam temnia caudæ:
Quinque sinistra tenet spatiis ingentibus ala,
Altera quinque; caput solam tenet. Inde videtur
Cepheos effigies socii tibi, maxime Perseū,
Arcto inclusi summo cum vertice Circo, 260
Et pedibus: verùm caput extulit orbe relicto.
Huic, humeros praeter cum vertice, protinus alto
Non cadit oceano pars ulla, sed Angue sub ipso,
Quem facit ipse caput vacuas cùm tollit ad oras,
Brachia projectis tenet in diversa lacertis; 265

A pede quin Ursae tantum distare minoris
 Ipse videtur enim, quantum inter utrumque duorum
 Ipsius esse pedum, terras caput omne subintrat,
 Nascitur aethereas cum Scorpius acer ad oras:
 Cum Chirone caput claro quoque reddit Olympo, 270
 Sidera cui sacrâ monstrantur bina thiarâ;
 In manibus duo sunt; duo sunt sub pectore dextro:
 Cingula terna tenent; fulgent duo poplite laevo;
 Bina pedes servant. Supra hunc stat regia conjux
 Cassiope inverso longe subnixa sedili. 275
 Huic latus ut ternum est, designant sidera terna:
 Huic regit Arctoi demum vestigia Circi
 Summa pedum tardus, circum quem ducitur, Orbis;
 Ventris at effigies aestivas tendit in oras.
 Lacteus hanc medianam Circus secat; oceano se 280
 Abluit, oceano cum Scorpius exit ab alto;
 Nec minus Haemonias semper videt orta Sagittas.
 Vertice stella micat; dextrâ stat clara papillâ
 Una, humerisque duae: lumbis est scilicet una:
 In femine una etiam laevo; duo poplite summo 285
 Sidera: stella pedis tenuit vestigia dextri.
 Propter eam posita est miris quoque filia Signis
 Andromede, alati supra caput alta mariti,
 Juncta caput nigrum ventri, quem praepes ad auras
 Pegasus extendit Persaeis notus habenis. 290

ASTRONOMICON LIBER I. 305

Huic medium pectus secat Aestifer, atque sinistram
Forte manum: Pisci simul occidit; extulit autem
Piscibus os natis, et aperti vellere Phryxi:

Lucentem capiti stellam tenet; utraque bino
Stella humero; laevâ protensa ostenditur una; 295
Sub cubito laevo micat altera; quatuor amplio
Pectore subter enim: cubito sedet altera dextro,
Inque manu femori conjunctâ est una, genuque
Una; duaeque pedi dextro; pede sola sinistro;
Crure duae, summo sedet haec, sedet altera talo. 300

Nec te transierim, Grajûm fortissime Perseû,
Magne virûm victor, cuius secat Aestifer Orbis
Crus laevum, atque humerum magnâ cum parte sinistrum.
Ipse manu dextrâ Arctoum contingere Cyclum
Visus es, Aurigaeque caput pede suppressis uno 305
Tu dextro, atque cadis tollit cùm spicula Chiron,
Et Caper auratam signavit cornibus Aethram.
Nasceris hîc Aries cùm surgit, et aurea tollit
Cornua Taurus: habes humero sed sidus utraque:
Sidus habes dextrâ, curvam quae substinet Harpen. 310
Sidus habes laevâ, quae Gorgonis ora Medusae
Suggerit, at stellis circumdata quatuor ora:
Altera ventre micat; lumbo altera, et altera dextro
Pro femore: una genu, surâ altera; stat pede sola:
Altera sura duas tenuit; tenet una sinistrum 315
Q q

Stella femur. Tali Danaeī us ordine Perseus
Cernitur, Heniochus verso quem nomine dicunt.

Aurigam Olenium pecus alto in vertice gestat,

Fortis Erichthonius celeri qui jungere curru

Quatuor ausus equos primus, qui torquet habenas

Nunc etiam, victorque rotis certamina jactat.

Vertice stella micat, sub quā caput omne Capellae

Dicitur, atque humero stella est aequalis utroque.

Ipse tenet laevā geminos sublimiter Haedos;

Aetherias tardi qui dum venere sub auras,

Tum cadit ad terras magnai flumen aquai.

Stella tenet laevam; summō micat una lacerto;

Singula sub cubito stella est dextroque sinistroque;

Aestivum ipse suo contingit poplite Circum.

Pes dexter Tauri cornu conjungitur uno

Sidere; sed totus Persaeis denique plantis.

Subditus, ad magnam quoniam caput exerit Arcton:

Occidit haemonias caelo ducente Sagittas,

Cūm semel hiberni redierunt cornua Capri.

Nec procul Anguitenens cinctus Serpente retorto:

Amphitryoniaden alii dixere retortum

Serpentein ad ripas mactantem fortiter amnis

Lydorum Sagaris: quin Carbonanta Getarum

Qui memorent etiam multi regem esse fuerunt.

Illum flava Ceres claro sufficit olympo,

320

325

330

335

340

Quod male Triptolemum dulcem statuisset alumnum
 Perdere, ut anguineum conetur stringere guttur,
 Colla tenens dextrâ pressâ cervice, videres
 Ut caudam, laevâ, dextrâ surgente, cadenti.

Vertice sidus inest, humero sed utroque duarum 345
 Lumina stellarum; laevo sed terna lacerto:
 Ilibus at geminae; genibus stat bina duobus;
 At dextrâ una micat; mediâ pulcherrima surâ;
 Una pede in dextro micat hinc, micat altera laevo.

Aestifer huic humeros toto de corpore vellit, 350
 Cumque genu, noctes aequat qui forte diebus,
 Limite composito finitur ab Orbe: sinistro
 Projecto pede curvus; et est testudinis Orbis
 Innixus, dextrâ tangit quam Scorpius unâ

Subjectus plantâ: Cressae stant ora Coronae 355
 Proxima squamosi Serpentis; at ima repellit

Cauda Aquilae caudam: terris se condit opacis;
 Cum superas veniant Ledeia sidera ad oras;
 Cum procul oceani, cum cerula Tethyos unda
 Abluit Herculeum mediâ plus parte Leonem. 360

Exoritur, surgit cum Scorpius, atque sagittis
 Ipse refert plenam Chiron cum forte pharetram.
 Quatuor in caudâ Serpentis sidera dicunt;
 Sunt duo pro medio, sunt sex prope sidera terga,

Sunt sex in mediâ fulgent quae lucida spirâ. 365

Q q 2

Guttur terna subest; stella est in vertice bina.

Inter et Aequantem noctes hinc forte diebus,
Aestivumque Orbem positam dixere Sagittam.

Herculis e numero fuit haec, quae plurima tergo
Tela ferebat Hylas, magnos dum magna labores
Monstra feraeque dabant olli, dum pectora Nesi,
Dum sequitur magni fugientia terga Leonis.

Hanc sub signo Aquilae positam voluere, sed Orbis
Hanc secat ille, Polis qui stans admotus utrisque
Aegocerum, oppositique petit cava brachia Cancri.

Cuspis ad Aequipedum regionem versa, sed una
Angu itenente subest pars prima: haec quatuor astra
Continet, ut primum primâ sit parte locatum:
Unum cuspis habet; mediâ duo fixa sub hastâ.

Occidit ut caelum flammis Astrea petivit;
Nascitur, oceano cùm Scorpius exit ab alto.

Ast Aquila Aequantem noctes non funditus alam
Extra Orbem dextram, non longe a vertice laevam
Anguitenentis habet: reliquo de corpore rostrum
Ille secat, Cancrum Capro qui tangit ab hirto.

Lacteus hanc medium simul ipse excidit et Orbis.
Occidit illa novo jam tum nascente Leone;
Exoritur claras Capro veniente sub oras.
Hanc ego crediderim trepidò portasse Tonanti
Fulmina, Phlegraeeae fremerent cùm praelia pugnae.

370

375

380

385

390

ASTRONOMICON LIBER I. 309

Vertice stella micat; mediis sunt bina sub alis
Sidera; stella super mediae stat margine caudae.

Nec procul incurvum fas est Delphina videre
Scilicet, adverso longae qui verbere caudae
Aequantem noctes contingit forte diebus,

395

Pegaseoque jacet capiti vicinus ut ortus
Extremo liquidas viso Chirone sub oras.

Occidit, exorta est toto cùm vertice Virgo.

Vertice bina micant; supra caput altera bina;
Bina tenent caudam; duo sunt in pectore; tergo

400

Sidus inest summo. Sed Equus quum spectat ad Arcton
Aestifero pedibus Circo connixus, et imo

Ore caput magni tangit Delphinis; at Urnam
Qui tenet, hujus habet dextram cervice volutam.

Naribus huic duo sunt; duo sunt in vertice, ut unum

405

Fronte sit in mediâ; sit aure sed altera stella;

Unam mala tenet dextra, et cervice comanti

Quinque superque alia est: genibus stat singula utrisque;

Ante genu sola est: inter micat altera crura;

Ventre sub, Andromedes una est quae stella vocatur.

410

Occidit ille uno cum Pisce, super jacet illi

Qui primus: pluviâ cùm surgit Aquarius urnâ

Nascitur, atque nives Caelo defundit aperto.

Protinus hinc laevos cursum flectamus in Orbes.

Pistris Delphinum caudas commissa ferino

415

Q q 3

Pectore, celsa caput rabido levat ore lupino;
 Hiberno secta est caudae cui denique Circo
 Pars media, Eoas rostrum quae vertit ad oras,
 Extremumque pedem Phryxei velleris urget.

Ipse caput monstro refluenti proliuit undâ
 Eridanus; natoque cadit fera bellua Cancrō,
 Nec minus oceano se se condente Leone.

Cum Tauro et Geminis surgentibus orta videtur.

Ventre micant numero sex sidera; tum duo summâ
 Sunt caudâ; longae sunt quinque volumine caudae

Usque sub incurvum ventrem deducta. Fluentum
 Eridani undosum latis diffunditur oris,

A pede qui laevo veniens Orionis ipsam
 Pistrin adit, Leporisque pedes amplectitur, Austrum

Pressus ad emotum, Circus quem dividit illo
 E spatio, grandi quo jungitur ordine Ceto.

Occidit, exoritur cum Scorpius, atque Sagittas
 Qui gerit haemonias; oritur, cum brachia Cancer

Extulit, et Gemini venere sub aethera fratres.

Tres stellas primoque volumine, tresque secundo,
 Septem habet extremo longae qui flectitur undae
 Fluxus, et ingenti designat flumine Caelum.

At Lepus ipse pedem sub laevum Orionis Orbem
 Per gelidum fugiens, ab eo divisus, in imâ
 Parte sui multâ stans corporis, occidit orto

420

425

430

435

440

ASTRONOMICON LIBER I. 311

Jam Chirone; venit caelo veniente Leone;
 Auritumque caput stellis insigne duabus
 Gestat, et in vario geminas quoque corpore stellas:
 Singula sunt pedibus fulgentia sidera primis.

Oriona secat noctes aequare diebus 445

Qui solet, a zona, reliquoque a corpore toto.
 Dextra tenet clavam cui Tauro dura minantem.
 Vertice terna micant huic sidera clara, sub ipsis
 Auribus et totidem: cubito sed languida dextro
 Una, manuque alia est; tres sunt in margine zonae; 450
 Poplitibus geminis duo sunt et sidera clara.
 In pedibus duo sunt, sed languida: sunt tria clava.

At Canis occasus spectat quām vertice Mundi,
 Dum Leporem sequitur fugientem, clauditur Orbe
 Hiberno, atque pedem dextrum sub Orionis urget 455
 Vertice: ad Aequantem noctes caput extulit orbem.

Occidit exorto Chirone, exsurgit et idem
 Cum Cancro: emissae protendit imagine linguae
 Stellam unam, ipsa Canis quae dicitur; altera summo
 Stat capiti, Grajo dicunt quam Sirion acrem 460
 Nomine, quae morbos molitur: utrāque sub aure
 Una parūm lucens: pede stat terna prior:
 Pectore sunt geminae, atque humero tres denique laevo.
 Ilibus una sedet, caudā sunt quatuor ipsā;
 Postremis pedibus duo sunt. Sed Lacteus Orbis 465

Te, Procyon, pedibus fixis tenet; arripis autem
 Aequantem noctes Mundi conversus ad oras,
 Occasum spectas, Geminos Cancrumque quòd inter
 Diceris: ante Canem magnum quòd nasceris, inde
 Nomen habes Procyon: Capricorno oriente fugaris;
 Exoreris magno caelum scandente Leone, 470
 Tresque tuae faciunt stellae nova signa figurae.

Thessala nec procul hinc hibernum Puppis ad Orbem,
 Ipsa Canis caudam tangens majoris iniquam,
 Ima Polum cuius nostrā tellure sepultum 475

Pars habet: occiderit, nascetur ubi ille Sagittas
 Qui gerit haemonias, Capricornus et ipse renasci
 Ceperit: at Virgo primūm cùm candida caelo
 Venerit, haec notas spectabit proxima Chelas .

Quinque gubernaclo lucent huic sidera primo; 480
 Quatuor astra Ratis clavum tenuere secundum:

Quinque sub incurvae numero jacuere Carinae;
 Quinque sub haec vitreo ceciderunt lucida ponto:

Quatuor ad malum; latitat pars una, nec Argo
 Tota patet nobis, nimium quòd vergit in Austrum. 485

Canobos e medio se aplustre refundit, ut ajunt
 Qui Rhodon, et madidi penetrarunt arva Canopi.

Nititur austriño pedibus Centaurus et Orbi,
 Hibernumque humeris adtollit in aethera Circum,
 Et caput Herculeae jungit sublimiter Hydræ. 490

Ipse tenens dextrâ Leporem decurrit: hic ore
 Et pedibus primis pendet porrectus ad Orbem
 Hibernum, inter eum, atque Austrinum postus: et ipsi
 Semifero demit de corpore crura relicto
 Lacteus, aethereum caeli qui amplectitur orbem. 495

Conditur oceano natâ cum Piscibus Urnâ:
 Scorpius haemonias urget cùm forte Sagittas
 Nascitur: hic summo tria vertice sidera gestat,
 Non obscura quidem; sed nec clarissima signa:
 Singula cuique humero stat clara, atque una sinistro 500
 Fixa humero: illa manu; sub pectore lucet equino
 Illa; sub ingenti sunt pectore quatuor ipsi
 Lucida; ventre duo formae spectantur equinae:
 Tres caudâ, lumboque alia est, genibusque supremis
 Singula, poplitibusque duae; sub pectore sola est. 505

At Lepus ut captus magnis cadit hostia Divis,
 Parte pedum extremâ stellam tenet: at duo caudâ
 Sidera sunt summâ, capiti tria, pectore stella est;
 At pedibus primis una est quoque clara, sub ipso
 Pectore et una latet: sic Hostia. At illius inter 510
 Et caput et Scorpî caudam jacet Ara prope Orbem
 Austrinum: ipsa cadit, Aries cùm cornua tollit
 Aurea: nascenti Capricorno nascitur Ara.
 Huic duo pro summo stant astra cacumine celsa:
 Huic duo praeterea spatio dicuntur in imo. 515

R r

Hydra trium spatium signorum intercipit, alti
 Summa locum Cancri, post Virginis, ante Leonis:
 Inter et Aequantem noctes est ipsa diebus,
 Hibernumque simul longo cum corpore Circum,
 Ad Procyna usque caput tendens; sed quarta sub ipsum 520
 Aestivum, Aequantemque dies pars ducta suprema.
 Cauda caput magni Centauri protegit, atrum
 Substineat tergo ut Corvum Cratera moventem.
 Virginis ille inter ferventiaque ora Leonis
 Exstat, et Hydrai capiti se inclinat: at illa 525
 Occidit obliquâ cùm surgit Aquarius urnâ,
 Et nitidi Pisces primum tenuistis Olympum.
 Tres capiti stellae, primoque volumine ab ipso
 Vertice quinque micant: tres curvatura secunda,
 Quatuor at terna, atque duas pars quarta; sed ipsa 530
 Cauda tenet quasdam minimo fulgore micantes.
 Gutture Corvus habet stellam, pennasque duabus
 Insignitus, habet caudam prope bina remissam.
 Verùm infra pennas pedibus sunt bina duobus.
 Ipse caput Crater magni qui prospicit Anguis 535
 Bina gerit labris: geminas obtusa sub ansas
 Sunt duo; ventre duo; duo sunt pulcherrima fundo.
 At Notium grajo dicunt quem nomine Piscem,
 Dicimus Austrinum patrio sermone loquentes.
 Hibernum, Austrinumque orbes spectare sub oras 540

Eoas mediâ regione, interque videtur
 Aegoceron, curvamque tenet qui fortiter Urnam.
 Effusas hic potat aquas, quibus Urna cadenti
 Ora ferit fluxu Pisci: cadit ipse, renasci
 Incipit ut Cancer: sed Piscibus eminet ortis.

349

A capite ad caudam bis sex sunt sidera Pisci.

Protinus aethereum ducunt quae sidera Solem
 Exsequar. Aequanti noctes namque orbe diebus

Primuna Aries signum est eoas versus in oras,
 Ora caputque novum magni quod magna Trigoni
 Forma tegit: pedibus Pistrin contingit; at olli
 Vertice stella micat; tres cornibus; efficit autem
 Terna locos, magni causa est quae stella Trigoni,
 Trinacriae in morem, magnae vel imagine Terrae.

350

Tres cervice micant; pede stella priore, sed una
 Cum tribus ac totidem lumbis sunt sidera clara;
 Ventre sub una jacet, pede stat quoque sola supremo.

Taurus at Europae vector dehinc candidus ortum
 Signorum spectans, mediâ qui parte locatur,
 Cernuus ad terras flectit caput; huic secat Orbis
 Ille genu, noctes aequat qui forte diebus:

359

Quippe pedem Aurigae cornu petit ipse sinistro.
 Inter et ora hujus, caudam vectoris et Helles
 Et Phryxi, septem sunt sidera; Plejadas ajunt
 Grajugenae; et summis duo sunt in cornibus, unum

360

R r 2

Clarius inde laevo; duo sunt pro lumine bino;
 Fronte tenet solum; duo sunt ubi cornua nasci
 Incipiunt; Hyadas Graii dixere, quòd, ortis
 His, cadit ad terras magnaï flumen aquaï.
 Inde genu laevo stellam tenet, altera dextro
 Subsidet, atque pedis gerit ungula dura bisulci
 Unam etiam; atque imo tres pectore; pectore in alto
 Una aliis longe fulgentior. Inde Gemelli

Tyndaridae Aurigae dextrâ de parte locati

Oriona super, quum sit tamen altus Orion

Hos inter Taurumque, secat capita orbis eorum

Perficit Aestatem qui cum Phaëtonte recepto;

A pedibus superas redeunt hi namque sub oras.

Proximus est Cancro qui frater, habere videtur

Vertice sidus enim; geminis duo sidera in armis:

Sub dextro sola est cubito, geminaeque duobus

Poplitibus stellae: pedibus sunt bina duobus.

Alter item capiti stellam tenet: exstat utroque

Singula stella humero; stella est in poplite dextro;

Singula utrâque manu; stella est in poplite laevo;

Singula cuique pedi, atque pedem sub stella sinistrum.

Aestivus Cancrum medium secat, ipse Leonis

Adspectans ortus, paulum capiti imminet Anguis,

Convexâque tenet testudine sidera bina,

Quae tardos, Vates Graii, dixistis onagros.

570

575

580

585

590

ASTRONOMICON LIBER I. 317

In pedibus dextris non lucida singula multum;
 At laevo duo sunt primo pede luce minora;
 Sunt pede nec multum fulgentia bina secundo:
 Tertius ast unam pes suggesterit: ultima quarto
 Stella pede est; unam primo tenet ore cadentem, 593
 Chela sinistra duas, tres dextera chela minores.

Spectat ad occasum violenti forma Leonis,
 Et super herculeae corpus protenditur Hydrae.

Aestifer hunc medium Circus secat, ordine ducto
 A capite ad medium, Cancer qua tenditur, orbi 600

Ipse pedes primos submittens: occidit idem
 A capite atque oritur: ternae stant vertice stellae,
 At cervice duae: sola est in pectore; caudâ
 Una imâ; mediâque alia est; in ventre sed una est.

Ventre sub una jacet; geminae sub pectore stellae; 605
 Una priore pede est laevo; stat poplite laevo
 Una, duaeque humero; nate stella infigitur una.
 Una pede extremo in dextro, stat et una sinistro,
 Una genu extremo: magnique haec forma Leonis.

Protinus Erigone sequitur pulcherrima Virgo. 610

Ipsa pedes infra magni portenta Bootae
 Vertice postremam partem ferit alta Leonis:
 Aestiferum dextrâ contingit denique Circum.
 Corporis inferior pars imae desuper Hydræ
 Imminet, atque caput terris immergit opacis,

R r 3

Caetera membra cadant quām funditus: huic caput ingens
Stella tegit parva, atque humero super altera laevo;

Una alio; geminis binae stant Virginis alis;

Singula utrāque manu; sex veste micantia; plantis

Sidera bina cavis: tali est Astraea figurā.

620

Hanc Canis ad patrium perduxit fida cadaver,

Quod Rhypacea manus terrā occultārat opacā.

Unde Canem Icarium quidam dixere putantes

Hunc ipsum caelo patrem statuisse Lyaeum.

Quae simul ac dirā conspexit caede Parentem

625

Confectum, fuerat quae desuper arbore ab altā

Multa precata Deos, curas testatur inanes

Illorum, ac turpi defregit guttura nodo.

Virginibus magni dehinc Cecropis urbe creatus

Mos erat aetherias corpus librare sub auras,

630

Virginis ut magnum tenuarent sacra dolorem,

A nnuaque aestivi portarent frigora venti.

Scorpius Aequanti noctes super Orbe diebus

Protendit geminas, dicunt quae brachia, chelas,

Subditus Anguiferi pedibus, postremaque tangit

635

Hibernum cauda e longo nova corpore Circum.

Hostia nec procul hinc quam fert Centaurus; obitque

In caput; exoritur chelis erectus ab ipsis.

Bina tenent chelae duplicatā siderastellā:

Fronte teret ternas; sunt quoque in ventre: sed ipsā

640

Sunt totidem caudâ: caudâ duo sidera summâ.

Excipit hic chelis medium aequo examine Libram:

- At Chiron certo contendit spicula cornu
 Versus in occasum, veluti qui mittere tela
 Incipit; hibernoque tenet sua corpora Circo, 645
 A pedibus humeros projectus ad usque latentes
 Intra Orbem hybernum, caput extra hunc extulit Orbem.
 Lacteus huic arcum medium secat Orbis; at illi est
 Ante pedes magnae Gortynia forma Coronae.
 Occidit hic praeceps: duo sunt in vertice summo 650
 Sidera: bina micant curvis in flexibus arcus:
 Stella micat, summâ fixa est quae forte Sagittâ:
 Una manet cubito in dextro, laevoque priori
 Una, duaeque humeris: una est in pectore; at una
 Fixa pede est, alia atque alia est in poplite; at illa 655
 Fixa genu, haec caudâ. Capricornus ad ora voluti
 Aeternûm Mundi spectans, ac fixus in ipso
 Signifero; hybernum caudâque et corpore toto
 Hunc secat Orbis; et est suppostus, Aquarie, laevae
 Forte tuae, ac stellam simis fert naribus unam. 660
 Sub cervice una est, duo sunt in pectore clara
 Sidera; stella pedi est primo; micat aurea primo
 Una alio; inque humeris sunt quinque; in ventre duobus
 Addita quinque: duo sunt ipsâ lucida caudâ.
 Talis et Aegoceros. Sequitur sed Aquarius urnam 665

Qui tenet inversam, phrygiâ Jovis ales ab Idâ
 Quem tulit: ipse pedes hiberno innititur Orbi,
 Porrigit hic laevam, Capricorno quae tenet unum
 Sidus, Equi tergum contingit dextra Persei
 Atque jubam: hic ortus spectans resupinus inani
 Corpore: fluxus aquae Piscis ferit unius ora.

Occidit a capite, atque oritur quum cætera surgant
 Membra quidem citius: duo sunt obtusa comanti
 Vertice: magna humeris duo sunt, unumque sinistro
 Sidus inest cubito: duo sunt in utrâque papillâ,

Unum lumbus habet; genibus spectantur utrisque
 Singula, sed dextro solum sub crure videtur;

In pedibusque duo longè spectantur utrisque:

Sex Urnam atque decem cingunt a parte sinistrâ
 Et fundo. Hinc Pisces spectantur ut ultima Mundi

Sidera: quorum uni nomen regione propinquâ

Austrino est; alter Boreae de parte Boraeus

Dicitur; Aequantem noctes, Aestivaque signa

Inter, et Andromedes sub magnum forte lacertum

Tenditur, et longo perspectat corpore Mundum,

Parrhasiasque jacet longùm porrectus ad Ursas.

Alter in extremo qui fert animalia Circo

Signifero duodena jacet sub equina volutus

Terga, humerosque manens, nec longè Aequante diebus

A Circo est noctes; occasum spectat ad ipsum.

670

675

680

685

690

ASTRONOMICON LIBER. I. , 321

A pede Phryxaeae pecudis sunt sidera multa
Quae veniunt ad eos, et circum terga voluant
Squamea, et auratis innectunt corpora signis.
Conjunctura jugat Pisces quae forte, sub Arcton
Spectat, et haec ternas stellas habet; altera pars tres; 695
Tres ortum versus; juncturâ tres quoque in ipsâ:
Caelestem veteres Nodum dixere Poëtae,
Ariete de summo quae venit ducta; nec ipsis
Piscibus haec sola est. Mesembrinos ille vocatur
Qui locus est stellis, numero quas dicere non est: 700
Hic locus Orbis is est, tangit quem Circulus, aequat
Qui noctes, junctu cyclorum Nodus, et idem
Caelestûm nexus. Satis haec dixisse rotanti
Orbe super magno, miris qui sidera signis
Nexa tenet cursu semper volventis Olympi. 705



§ s

BASINI PARMENSIS ASTRONOMICON



L I B E R S E C V N D V S.

Q UINQUE Vagas etiam, nec non pulcherrima Mundi
Lumina bina canam, rapido contraria caelo
Quae faciunt cursus, variasque feruntur in oras,
Sed non tam celeri, quam caetera sidera, motu.

Ordiar unde igitur? Mirer quae sidera prima?
Quae postrema sequar? Te ne, o pulcherrime terum
Phoebe, prius? Te Luna prius Latonia monstrem?
Incurvum ne Senem curvâ cum falce minantem?
An Superum regem, caeli cui magna potestas?
Mercurium ne dolis insignem atque arte loquendi?
Te ne etiam, Cytherea, tuo cum Marte silebo?
Pauca equidem cunctis super ignibus orsa movebo
Ipse aliis: de te, Sol auree, multa canenda,
Multâ mihi referenda modis insignia miris.

A tque ideo a summis quoniam certissimus ordo

5

10

16

ASTRONOMICON LIBER I I. 323

Ille fuit, breviter Saturnum dicere pergo,
Triginta magnos Solis qui perficit annos,
Ante suum pleno condar quām limite cursum.

Quem subter senos currit bis Jupiter annos:
Quinque sub hunc menses geminum Gradivus et annum. 20

Sol duodena premit revoluta sidera Mundo,
Quatuor efficiens divisum partibus Annum.
Quem Venus, et proles Cyllenia pene secuti.

Vigintique dies septemque argentea Phoebe,
Dimidiumque tenens tenuatis cornibus Orbem
Occultum geminis tenet intempesta diebus.
Haec septem primo currunt contraria Caelo. 25

Cūm cadit oceano nitidi fax lucida Phoebi;
Jam sequitur tenui germanum Cynthia cornu:
Nec procul erubuit fraternis proxima flammis.
Pulsa retro septem Caelum tenet alta diebus
Jam medium; Phaëton sacrâ dum se abluit undâ.
Inde alios septem postquam confecit, obitque
Sol procul; illa procul claris se tollit Eois.
Post alios septem mediâ se nocte reducit: 30
Post totidem parvis fratrem complectitur ulnis.
Nec longe inter se Latonia pignora ab ortu
Vicino surgunt, donec nova protulit ora,
Atque iterum occasum versis exivit habenis.
Nec minus hâc Solem certum est se parte movere. 35

S s 2

Ipse Aries oritur; post ipsum cornua tollit
 Aurea Taurus: at hunc Gemini sunt deinde secuti.
 Sidera si secum converteret haec vaga Mundus,
 A Tauro in geminos unquam non ista redissent;
 Nam retro fuerant nivei post cornua Tauri
 45 Týndaridae gemini: Geminis nec deinde relictis
 Signa tenerentur perarato caetera Mundo:
 Quippe globi nunquam variantur in Orbe locati
 Stellifero, atque Hyadas propriâ regione videmus,
 Ambrosiam, Eudoramque simul, flavamque Polypo. 50
 Non aliter juxta Plejades adspiciuntur
 Taygete, ac Maje, et Neptuno admixta Celaeno,
 Alcyone, Meropeaque soror, Steropeaque mater
 Oenomai: una latet phrygiis Electra ruinis.

At quae cum Caelo volvuntur, tractibus aequis
 55 Omnibus a Terrâ distant. Excentrica sunt haec
 Sidera, quae graio dicuntur nomine, Solem,
 Ut liquet, et Venerem spatiis praecedere inquis.

Namque videmus enim, sacris cùm se abluit undis
 Phoebus, et ardenti subducit lampade terras, 60
 Ire simul post hunc Autumni nocte Dionem,
 Nocte eadem extremâ ante ipsum spectatur eâdem.
 Nam Venus illa ipsa est, quae Lucifer orta vocatur
 Ante diem; oceano cùm Sol se tinguit Ibero,
 Hesperus, Hesperiae de nomine dicta propinquae est. 65

ASTRONOMICON LIBER I I. 325

Haec sub Signiferum gradiuntur. At aureus Orbem
Ipse secat medium Phaëton; at caetera utroque
Margine non rectis discurrunt sidera Cyclis.
Illa Notos fugiunt interdum Aquilonis ad axem;
Haec autem a Boreâ tepidum vertuntur in Austrum. 70
Nec vero citius vel tardius ulli vagantûm
Stella meat, quamvis Lunam praecedere Solem
Cernimus, aut Solem magnum transire Gradivum;
Hunc superare Jovem, vincat qui deinde parentem.
Diversi tantae spatii est victoria causae. 75

Mercurium, quamvis Stilbonta vocare Pelasgi
Non dubitant, nunquam scintillas promere fas est;
Quinque Vagas sparsos nec ducere crinibus ignes.

Cura sit Heliacos obitus, quos sidera caeli
Fessa timent, Phoebum cùm jam fugere propinquum, 80
Discere, et admotis cedant quae Solibus astra:
Ceû latet aethereo quandam Canis acer olymbo,
Sustulit auratum cùm Taurus ab aequore Solem,
Aut Atlante satae medio periére sereno.

Errantes numero quia diximus, ordine easdem
Quem tenuere, Pater cùm primum texere Mundi
Corpus, et immenso Terram discludere Ponto
Coepit, et in bis-sex posuit quae Signa, canamus. 85

Quippe ferunt tenerâ surgentis imagine Mundi
Hunc septem numero Errantes habuisse tenorem;

S 3

90

Inferior Casrum cunctis ut Luna teneret;
 Sol medius magni premeret cum terga Leonis;
 Virgine in Icariâ Cyllenius ipse mearet;
 Examen mediae premeret Venus aurea Librae;
 Horrida Martis enim gestabat Scorpius arma,
 Semiferoque Pater Divum Chirone sedebat;
 Saturnumque senem Capricornus et ipse vehebat:
 Saturnoque puer, curvam qui sustinet Urnam,
 Additus: atque Jovi Pisces junguntur: at Helles
 Vector habet Martem; Tauro Venus addita pulchro est. 100
 Mercurius Geminos junxit sibi: et ordine verso
 Ista fuere Deum tectis data Templa supernis.

Harum quaeque suo claram de lumine lucem
 Protulit, excepto condensae corpore Lunae,
 Quae de Sole quidem sumta sibi luce, calorem
 Non tamen ad terras Caelo demittit ab ipso.
 Haec sunt illa eadem, quae corpora nostra tuentur,
 Lumina magna: venit sensusque vigorque, ministris
 His, hominum vitis: agimus tamen omne, quod ipsi
 Non minus errantes, ad quinque referre solemus:
 Verum alias veniens numerus compellit ad ipsa
 Lumina: luminibus melius quoque jungere quasdam
 Dicitur, ut numerus numeratus tempus agit res.
 Omnia fert etiam corpusque animumque recurrens
 Jupiter, ut Soli numeros adspicat amicos:

95

105

110

115

ASTRONOMICON LIBER I I. 327

Et Venus aurato spectat Latoïda vultu.

Tum mihi, si quid agam, contingat pace serenâ
Magna agere, et magnis tali me tempore gratum
Regibus, ac dulces revocare ad carmina Musas,

At cum Saturno quoniam concordia Soli 120
Nulla, nec est Lunae duro cum Marte voluptas,
Nulla fere humano generi Saturnia lampas
Comoda, nec Martis rufilum jubar utile cuiquam,
Mercurium graui Divum dixere ministrum,
Se comitem quoniam nunc his, nune addidit illis. 129

Luna dies postquam triginta incognita fecit,
Abstulit ex oculis hominum fraterna repente
Lumina, et adverso turbavit lampada cornu.
Aut ter quinque dies ubi jam confecerit, ipsa
Deficit, in Caeli modo si volvuntur eodem 130
Limite, cum medium secuerunt protinus orbem
Signiferi; via quae defectus una vocatur,
Tempore defectus Solis Lunaeque videbis
Non alio: atque ideo numerum si forte notabis
Temporis atque loci, nunquam te tristia fallent 135
Lumina, nec dubio spectabis sidera vultu.

Ceū genus humanum quondam caligine mira
Ultima consumti credebat saecula Mundi,
Cum Pater Aethereo spoliavit Lumine terras,
Extra Orbem medium cum Sol et Luna negarent 140

Defectus fieri: tali sed tempore causa
Major erat, quam quae Mundi ratione fuisset.

Signa juvat varii si te quoque discere Solis,
Scire licet, facilemque viam praebemus. Ibero
Cum cadit Oceano, si lucidus exstat, Eois
Clarus et exit aquis, Boream tardante, videbis
Tranquillo sque dies, et motas vertice sylvas;
Nec metus insano tibi tum te credere ponto.

Sin vero croceum maculis distinxerit orbem,
Cum croceo surgens Aurora rubebit amictu,
Auster et in nubem Libyco se tollet ab alto;
Omnia praecipiti miscerier imbre videbis.

Pallida si croceis veniens Aurora quadrigis
Nubibus adversis radios infringet anhelos,
Grandine terrificâ campi pulsantur et urbes,
Nec minus interea tremuli maris unda tumescit,
Jamque obnixa cavas impellunt flamina nubes:
Stant simul obnixi caelo, simul aequore toto
Turbida navifragi condensant nubila venti,
Namque Notus tepidis caelum complectitur alis.

Parte aliâ insurgens paulatim excedit ab antro
Horridior Boreas getico; cunctantur eunes
Austrique Zephyrique diu; dabit ecce fragorem
Ingentem cumulis tumidarum ventus aquarum.

Verum ubi ceruleam spectabit lampade terras,

143

150

155

160

164

ASTRONOMICON LIBER I. 349

Jupiter udus aquas caelo demittet ab atro:

Igneus ante obitum fuerit si forte, sonoris

Flatibus adversi venient in praelia venti.

Luna quater postquam tenuata reduxerit ora,

Si caelo puram faciem sine labe, sine ullis

170

Ostendit maculis, et acuto candida cornu

Venerit aetherias caeli manifesta sub oras,

Omnis ubique dies toto sub mense manebit

Clarus; et elato frustra terrebere vento.

At post terga sui primūm cùm cognita fratris

175

Cernitur, et pulsos renovata recolligit ignes,

Cornibus obtusis nigrum tenet aëra, magnus

Imber erit: nigro semper pluit illius ortu.

Ventus erit, roseo si punieet illa rubore.

Ordine sed nostro repetamus coepita priori;

180

Nec curanda quidem quae sint mittenda sequamur;

Neve super quae sint aliás dicenda canamus;

Omnia neve diu liquido super aethere, neve

Aëre multa super memoremus: ut aureus ipse

Jupiter auratis Junonem amplectitur ulnis;

185

Neū Pater ut medium praecinxerit Amphitrites

Tellurem; verūm quae sint habitata Plagarum

Diversarum acri doceamus acumine mentis.

Queis Pater aethereo dispensat lumina curru;

Seū supra terras, seū so libraverit infra,

190

T t

336 BASINII PARMENSIS

Quatuor esse ferunt habitatas ordine terras.
 Temperies longe quas est amplexa superni
 Infernique soli, tellus habet una viros, qui
 Nos et adire queunt, et sunt regione sub unâ.
 Aequipedes alios patrio sermone vocamus,
 Antoecos Grai, nostro qui sole fruuntur
 Parte sub adversâ superi sub corpore Caeli
 Verticis austrini prope sidera condita nobis.
 At qui circum habitant Grajo sermone Peroeci
 Dicuntur populi, sua qui vestigia contra
 Nostra tenent, Grajâ Antipodes quoque voce feruntur.
 Illorum Antipodes et nos sumus ordine verso:
 Nec nostri adspiciunt vestigia nostra Peroeci,
 Nam Peroecorum nos et liquet esse Peroecos.
 Est nobis unum hoc, nec non commune Peroecis,
 Illam habitare plagam, quam temperet aestus, et altum
 Frigus in adversâ regione sub orbe supernorum
 Aequipedum: atque aestas, gelidaeque brevissima brumae
 Tempora sunt eadem, simul incrementa dierum.
 Sed tamen hoc reffert: nam cùm nox exit ad illos,
 Incipit ipse dies nostris se reddere terris:
 Atque ubi venit hyems nobis, his vertitur aestas.
 Antipodum nobis nihil est commune: sed illa
 Convertunt, lucemque vident, cùm nocte teguntur
 Aequipedes nostri superâ tellure locati.

198

200

205

210

215

ASTRONOMICON LIBER I L 331

Quin Natura jubet cunctos hos esse creatrix
 Magna virūm, et tellus omni de parte nitenti
 Sole repercussa, ut variis animantia formis
 Mater alit rerum natura benigna: nec ipsi
 Antipodes imo nostri labuntur Olympo. 220
 Sed grave quodcumque est terram petit; haud magis illi
 Imo tenent Mundi, quam nos, qui summa tuemur
 Sidera; sub pedibusque suis nos esse putantes,
 Saepe timent summo lapsos succedere caelo.
 Sunt qui non aliā credunt tellure morantes 225
 Esse, nec Antipodas, nostrosque manere Peroecos
 Usque alias, praeter nostrā regione videndos
 Aut visos, magni cùm dividat unda remotos
 Oceanī Antoecos: quos qui negat esse, negabit
 Antipodas. Quid ager magnus tellure sub altâ
 Phœbus? Aget quidnam Phœbi germana decori
 Luna Jovis magni Latonae ac lucida proles?
 Quippe ita crediderim, fuerit si Terra rotunda;
 Ut memorant, rerum causas quicunque sequuntur.
 Instar enim pauci quidam dixerunt theatri 235
 Tellurem, quidam cubaeā stare figurâ.
 Verūm ita si fuerit, Phœbo surgente, videbunt
 Lumina clara prius, quam Persæ, Solis Iberi.
 Nam cava si fuerit Tellus quæ proxima Soli est;
 Noctis adhuc nigrâ staret languentis in umbrâ, 240
 T t 2

Altera pars magnum Phoebi cùm passa calorem
 Lustraretur eo, primâ regione relictâ:
 Luce etiam semper major nox atra maneret,
 Ac prior ipse dies, quām Persis, iret Iberis:
 Quod fieri contra certâ ratione videmus.

Sol prius ad Persas numeratis quatuor horis
 Tollitur, adversos afflet quām pronus Iberos.
 At si plana fuat Tellus, aequaliter omni
 Parte polus Mundi distare videbitur illo
 A Circo, celeri qui dividit omnia visu.

Verūm apud Aethiopas polus est non altus, ut idem
 Despicit adversos altissimus ipse Britannos.

At mediis variâ ratione magisve minusve,
 Menstruaque una dies extremae in littore Thylae
 Cernitur, aurato sì stat Titania Cancro
 Lampas, et Aethiopum nullas facit urbibus umbras,
 Pracipuae mediae, dicunt quam forte Syenae.

Quippe dies patriis aequales omnibus essent,
 Omnibus in patriis eadem nox, umbraque magnæ
 Una eadem Terræ tenerum fuscaret Olympum;

Terminus idem oculis caelo foret unus aperto.

Vix caput Anguis enim Grajâ regione videtur,
 Atque pedes Helices: aliâ de parte Britannis
 Nec caput inflexi fast est spectare Draconis;
 Parte nec ex eâdem Grajûm regionibus ullis

249

250

255

260

265

ASTRONOMICON LIBER I I. 333

Canobos adparet caeli clarissimus ignis.
 Unde licet Terram formâ constare rotundâ
 Dicere; nec Tellus aliâ quadrangula formâ est.
 Ipse dies quoniam sex horas omnis haberet,
 Noxque decem horarum nec non bis quatuor esset. 270
 Nec fuso Tellus quae se tenet aëre circum
 Defugit a Zephyris Eoum admota sub Eurum;
 Nec contrâ in Zephyrum Nabathaeis cessit ab Euris;
 Nec magis Arctoos Tellus Aquilonis ad axes
 Versa, meri quam sit parti subjecta diei. 275
 Eoo sedeat Tellus si proxima Mundo,
 Adsurgente breves umbrae sub Sole venirent:
 Majoresque forent aliis labente sub undas.
 Ac majora quidem nobis orientia cuncta
 Signa viderentur, propius si forte mearent, 280
 Nec minus et Zephyro si stet subjecta tepenti,
 Signa viderentur majora cadentia cuncta.
 Sol et Luna novum lumen brevioribus umbris
 Labentes veherent: contrâ surgentibus illis
 Majores caderent longè sub Solibus umbrae. 285
 Sin vero septem fuerit submissa Trioni,
 Hac sub parte jacens omnis spectabitur umbra,
 Sole caput niveum terris tollente relictis
 Cùm primum roseis Aurora retexit olympum
 Curribus, et nigrâm Terrae Dea reppulit umbram. 290

T t 3

Nec minus Austrino fuerit si proxima caelo,
 Omnis in hanc rursum regionem procidet umbra,
 Sole vel hesperias se se condente sub undas,
 Aut idem adflatis primūm cùm surgit Eois.

Nec vero Tellus mediā plus parte levatur, 295
 Aut premitur Mundi: nam sex quae signa videntur
 Terrarum supra, spatiose aequora Ponti,
 Aut plura, aut certe non tot manifesta paterent.
 Nam medio si plus Tellus se se Orbe levaret,
 Semper ibi noctes spatiis majoribus irent. 300

At medio contra Tellus depressa sub Orbe
 Si jaceat magis et brevior nox atra manebit.

Nec minus Oceani formam tenet unda rotundam;
 Et maria, atque animae tractus, aetherque profundus.

Inque duas partes divisum dicere Mundum 305
 Non dubitant, supra Lunam ut quaecumque moventur
 Esse ferant semper Divūm immortalia tecta,
 Intemerata situ spatiose aetheris oris.

Haec facere, illa pati memorant quae cuncta sub imā
 Semina sunt Lunā, flamas, animamque tepentem, 310
 Undarumque locos, et siccae pondera Terrae.

Haec quoque mutantur superis et semina formis.
 Terra tenet medium: pro qua quoque candida Luna
 Dicitur aetheriis regionibus: unda sub ipso
 Mercurio est: aēr pro te, Cytherea, putatur. 315

ASTRONOMICON LIBER I I. 335

Ignis habet Solem; Marti sed rursus et ignis
 Additur: aërio pro Jupiter orbe locatur:
 Saturnus gelidae pro frigore ponitur undae,
 Terraque pro magni summo stat corpore Caeli.
 Nec vero est Igneis siccae sine semine Terrae, 320
 Communesque manent unâ sub lege: sed Igneis
 Aëris in partem magno venit ipse calore.
 Humidus ast Aër gelidae se miscuit Undae;
 Miscet Aquae Tellus se frigore, participemque
 Naturam inter se tenuerunt semina Mundi 325
 Quatuor: unde hominum genus haec pecudumque volantumque
 Arboreumque simul, nec non simul omne natantum
 Temperies magno nutrit permixta vigore.
 Nunc simul hybernus quae tempora noctibus addit,
 Quae rapit aestivus Sol impiger ordine pandam, 330
 Et Cleomedes romanis versibus artes
 Exequar, ingenti patriae perculsus amore,
 Dulcis Apollineas referens tibi, Parma, coronas.
 Nam duo Solstitia efficiunt Caper, et nova magni
 Effigies Cancri, cum Sol altissimus Orbem 335
 Ipse tenet summum, aut imos invergit ad Austros.
 Verum aequant noctes Aries et Libra diebus.
 Sed cum Sol summum tenuit pulcherrimus Orbem,
 Magna die cum jam lux intempesta vocatur:
 Ultimus in Boream qui dicitur Orbis, is ille est 340

Aestivus Tropicus, qui vertit ab aethere Solem,
 Inque Notum seris Phoebum sinit ire quadrigis,
 Incipit a nobis tardum cum texere gyrum:
 Cum fugit a nobis Phaeton, et lucida lampas,
 Quem fecit hybernus Tropicus fuit ultimus Orbis.

345

Incipit in Boream volvens Sol inde reverti:
 Impiger Aegoceron nam linquit, et aethera contra
 Nititur adscendens peraratum denique Caelum;
 Atque ubi jam medios vincto percurrexit Orbis,
 Aureaque Aeolii calcariit vellera Phryxi,
 Aequabit noetes caeli mensura diebus,
 Inde sub aestivum veniet Sol candidus Orbem.
 Atque ubi discedens Libram jam contigit, aequas
 Efficiet rursum noctes Pater ipse diebus.

350

Hanc, duodena secans Sol aureus astra, peregit
 Ipse viam: Caper est, gelido quem mense decembri
 Sol premit: hinc Solem jam coepit Aquarius ultiro
 Tollere: dehinc Pisces oriuntur in alta vehentes
 Lampada Phoebeam, donec Titana recepit

355

Hinc Phryxeia pecus, Taurumque ingressus, et ambos
 Tyndaridas, Cancrumque tenens, non amplius altum
 Aethera, nec superas audet se tollere ad oras:
 Sed redit ad terras magnum dum forte Leonem
 Arripit, ac pronâ de Virgine labitur: aequam
 Inde tenens Libram, medios jam colligit Orbis.

360

365

Scorpion hinc labens paulatim linquit, et arcus
 Jam premit Haemonios: Capricorno deinde retento
 Ultima depresso deducitur orbita Circo.

Summa igitur Cancri via dicitur, infima Capri.

Esse quidem portas veteres dixere Pelasgi 370

Has hominum divumque duas; quod vita per illam

Defluit in terras, per et hanc ad sidera rursum

Fertur, et aethereo revolans se sistit Olympo.

Sol igitur quantum superas se tollit ad oras,

Tanto tarda magis nostro lux orbe moratur. 375

Nam Tropicos inter medium Sol aureus orbem

Circuit; et magnum volvens pater efficit Annum.

Atque haec causa quidem, quare sint frigida quaedam;

Haec calida, haec autem cur temperet aestus et altum

Frigus; ob hoc quoniam Sol non excedat iniquum 380

Signiferum, a Cancro Capricornum lapsus ad ipsum.

Sed neque quae Tropicos inter sunt tempora noctis

Atque die spatiis aequalibus ire feruntur.

Namque decem novies Sol cursibus ambiit annum,

Dimidioque die cum quatuor ante diebus, 385

Ariete de medio Cancrum quam surgat ad altum.

Atque decem novies Sol cursibus ambiit annum,

Dimidioque die geminis cum deinde diebus,

Ante cadens victor Libram quam vergat ad aequam.

Hincquoque dum fugiens Capricornum cedit ad imum, 390
 Vu

Ipse quater Phaëton viginti forte diebus
 Atque octo finem circa facit aureus imo;
 Atque decem novies Sol cursibus ambiit annum
 Hinc petit Aeolii dum vellera lucida Phryxi.

Maxima Tyndaridae spatia obtinuere Gemelli;

395

At minima Arcitenens currentis in aethere Phoebi.

Ergo ubi principium crescendi coepit anhelis

Lux nova solis equis, duodecima surgit inique

Pars incrementi primo jam mense: secundo

Pars sexta: at quartam mensis quoque tertius auger.

400

Tum quartus quartam, sextam sed quintus habebit:

At sexto pars est duodecima redditrix mensi,

Sex horis minimam superat lux maxima namque.

His data temporibus Phoebo via certa decoro,

Purpureas Caeli nobis qui flectit habenas.

405

O decus aethereum, lux o clarissima caeli

Sol hominum Divumque parens; quo carmine laudes,

Quae mihi Musa tuas memoret? Tu causa creandi

Omnia: cum magnâ rerum tu semina Lunâ

Accipis, et valido nutriris cuncta vigore.

410

Aetherei princeps tu luminis almus, et auctor

Lucis, et immensi moderator magnus Olympi,

Salve hominum sator, ac miseris accommoda terris

Lux aeterna Deum: tua vis, tua, Phoebe, potestas

Abduxit morbos, caelumque salubre serenat.

415

ASTRONOMICON LIBER II 339

Terrigenam Phytona puer Latonius arcu.
 Horrisono innumeris macasti, parve, sagittis.
 Ora novo aeternae vestiris flore juventae.
 Te pia Castalio lavit Latona fluento,
 Ambrosios dulci perfundens nectare crines. 420
 Instabilem Delon medio tu sistere ponte,
 Tu potes et Musâ contendere victor: iniquas
 Noscere tu Parcas: strepuit si argenteus arcus.
 Turpia lustratis pereunt animalia terris.
 Phoebe salutiferas aegris mortalibus herbas 425
 Addis, et ingratâ cingis pia tempora lauro..
 Tu Phryga pelle suâ spoliasti, Phoebe, superbum;
 Tu Niobem natosque premis; tu matris amore.
 Incensum Tityon stygjâ provolvis arenâ.
 Huc ades, o Superûm clarissime, pulcher Osyri, 430
 Seu te hiberna sinunt Lyciae dumeta Zeliae,
 Seu vocat Aegaei mediis tibi cognitus undis
 Cynthus, et Eurotae placidissima fluminis unda:
 Sive mihi Liber, seu sis mihi dictus Apollo,
 An Titana magis cupias te forte vocari, 435
 Laeta Sigismundi nuno tempora ducis, honorem
 Cui summum Omnipotens patriis concessit in armis;
 Qui nunc Italiam pacis sub legibus omnem.
 Justiciâ, arque fide magnâ ditione tuerar:
 Ut qui caeca legit rapidis contrarius undis. 440

Vu 3

Marmora ventisoni revoluta per aequora ponti
 Nauta mari in magno voces atque irrita surdis
 Littoribus dat verba , sonosque effundit inanes ;
 Verum ubi ad optatos subduxit carbasa portus
 Rupe ligat vastâ munitam forte carinam.

445

Ac , ne pace bonâ nullis terat ocia factis,
 Templa Deo victor statuens ingentia summo ;
 Nunc exhausta novis decorat sua bella trophyeis ,
 Gallicaque antiquis reddit nova moenia terris
 Amnis in hadriacas qua Sena labitur undas .

450

Nec minus insigni se se germanus honore
 Extulit ante alios Malatesta Novellus ; et armis
 Hic quoque depositis , tua munera , pulcher Apollo ,
 Castaliis Musas primus deduxit ab antris .
 Ille fide , ille animo constanti , ac denique sanctâ
 Justiciâ invictum potis est superare Catonem .

455

Hos saltem Italiae custodes , maxime Divûm
 Phoebe , fove , longosque piis da fratribus annos .
 Ille intes Musas longûm se oblectet ; avitum
 Dum regit imperium bello fremat ille superbo ,
 Nuper et Ausoniam saevis ut vindicat armis
 Alphonsi , Hetruscâ cogit quem cedere terrâ ,
 Ac libertatem populis dat habere Latinis ;
 Mox quoque in audaces vertat sua praelia Turcos ,
 Infidasque manus , inimicaque pectora Graiis

460

465

ASTRONOMICON LIBER II.

341

Heu miseris ! quos clade novâ tot millia campis
 Perdita Threiciis Byzantia moenia juxta
 Abtsulit una dies , saevit dum barbarus hostis
 In Graios omnes , Trojam dum jactat avitam ,
 Dardaniosque patres , Idâ quod natus aquosâ est .

470

Vrbs augusta potens regum domus alta potentûm ,
 Romanis opibus , romanis civibus aucta ,
 Imperio quae sola suo Garamantas et Afros ,
 Auroram et Zephyrum , nec non Boreamque Notumque
 Subdiderat pedibus , domitumque subegerat Orbem ,
 Capta dolis pueri ; quin et Phryx semivir illâ
 Nunc potitur victor , romanaque despicit arma ,
 Discordesque animos Italûm sine fine furentûm .
 Nec satis indignum fuerat , quòd templa , quòd aedes
 Diruit : antiquâ sub relligione , nefandum !

480

Stare vetat populos : at nos toleramus iniquas
 Gentibus imponi leges ? Ne , Christe , furorem ,
 Ne patiare , precor , per secula surgere talem .
 Da , Pater , Ausoniis mentem da gentibus unam
 Ire Asiam contra ; cupiant illum omnibus unum ,
 Illum ipsum studiis , qui barbara saepe fugavit
 Agmina , et Italiâ duros ejecit Iberos .
 Quae simul ac cecini numeroso carmine bella
 Vix mihi terdenos aetas data viderat annos .
 Illa autem si bella canam , quis me altius alter ?

485

904

Vu 3

Quamquam aderunt multi, memorent qui facta potentis
 Pandulphi, moresque hominum, Lelegasque, Phrygasque,
 Europaeque manus, Italos, fortesque Pelasgos,

Pannoniosque truces, Hispana, Britannicaque arma.

Haec meus ante alias memoret simul ore diserto.

495

Parleo; ut ipse libens optata Basinius arma:

Qui nunc Astrorum motus, subiectaque Divum

Templa cano, atque vias semper volventis Olympi.

BASINI PARMENSIS

ASTRONOMICON

LIBRI SECUNDI ET ULTIME

FENIS.

BASINI PARMENSIS
MELEAGRIDOS

L I B R I T R E S.

LEONI DECIMO³⁴¹
PONT. OPT. MAX.

CAIUS SYLVANVS GERMANICVS SAL.

Haud ita post multo; quam Veneti ad Abduam ingenti
clade superaci fuerant, iter per Veronensem cum facerem, ma-
ximamque in illis locis cum villarum tum agrorum vastitatem,
non parvo animi et stupore et dolore, conspicerem; cumque (ut
humanus est animus videndi cupidus) domum quandam a mili-
tibus direptam introivissem, inque eâ plurimas chartas undecumque
disiectas revolvissem, fortuito BASINI PARMENSIS treis Me-
leagridos libri meas ad manus devenere. Quibus bis atque iterum
perlectis cum mihi summopere placuissent, ut aliorum judicio me
subjicerem, eos viris doctis quamplurimis ostendi. Quos cum haud
discordes in opere probando sensissem, nihilque ab opinione meâ
dissentirent, quibus temporibus is Poëta floruerit ab eisdem edo-
ctus, (et sane Eugenii Quartii temporibus fuisse autumant) sub-
ierunt animum illae mortalium contentiones, variaeque opiniones,
cur non tam docti viri, atque illi vetustissimi fuere, nostris tem-
poribus reperiantur? Quod ipsu:n plurimi, non satis sane, nec
disserunt, nec arbitrantur, Leo Decime Pont. Opt. Max. Nam
quemadmodum caetera, quae naturâ procreantur, vicissitudini
subiecta sunt, ita etiam in summis hominum ingenii evenire exi-
stiment: totumque id astrorum rationi attribuunt, quae certum post-
quam cursum exegerint, multa tum et maxima procreari ingenia:
et hinc, non omni tempore doctissimos viros reperiri contendunt;
hocque duobus longe distantibus saeculis, Platonis ac divi Caesa-
ris Augusti comprobare nituntur. Quorum alterius tempore Phi-

X x

losophi, et Oratores optimi fuere, sub proximo tot ac tanii in omni genere disciplinarum consummatissimi exitere viri, ut nullum aevum, illo nec clarius, nec felicius existimandum sit. A quo ad nostra usque tempora neminem fuisse repertum, nec unquam futuram, nisi illa eadem astrorum ratio attulerit, qui illis aut ingenio, aut doctrinâ comparari possit, pueriliter fabulantur. Quorum sententiam, si demens essem, continuo et sequerer et confirmarem. Et nisi supervacaneum esset doctissimorum virorum tempora enumerare, eorum quidem, qui non iisdem saeculis, quibus Plato fuit, aut quibus Caesar Augustus imperavit, floruerent, falso eos sentire, semperque aliqua praeclara ingenia exitisse ostenderem. Quod quia certum, et omnibus notum est, praestereo. Sed vana sane opinio nullum nec bonas artes, nec virtutes astris non faventibus adipisci, quae inclinant, non urgent: cum nulli mortalium consequendae virtutis occasio eripiatur, nisi hanc aut temporis malignitate, aut præpupertatis incommoditate, aut Principum desidâ omittant. Qua in re si qui indigent testimonio, quem potissimum citabunt, quād Laurentium Medicen patrem tuum, quem ob magnanimitatem, liberalitatem, aliasque virtutes magnificum dixerent? Utpote qui, nisi viris doctis, reique litterariae jam fere solo aequatae, et situ obsitae suppetias tulisset, nemo ambigit, quin prope interiissent. Ille animadvertisit jam cum literas circa exitum laborare, Pisis scholas literarum Latinarum, Florentiae Graecarum instituit: viros disertissimos aere suo, ac magno, undecumque accersiit, studiosos et fovit et juvit; nec prius in hoc elaborare desitit, quād ita restitueret, ut non facile iterum ad id præcipitum pervenire possent. Verum postquam humanis sanctus est, ut ante ipsum per multa tempora, sic post nemo, præter te, doctos fovit, aut aequis oculis adspexit, omnes ad te unum confluebant. Unde quanto tuā ad summum Pontificatum assumptione gaudio affecti sint, difficile dicu reputo. Quis non exsultaret, cum sciat sua tempora tali sub Principe fluere, et se victurum, qualēm Platonis divinus animus esse debere.

349

censebat? Etenim felicitas temporum in Principibus virgure praeditis consistit. Nihil tibi prorsus deest, quod et summo et optimo Principi convenit. Liberalis es, quae prcipua dos est Principis, innumeraeque aliae in te regnant virtutes; denique doctissimus, et doctorum amantissimus es, qui quantum gaudeant, quod rerum dominus factus sis, vel tute cogitare potes. Vidi alterum alteri, ac si e periculosisimo praelio, et tanquam postliminio rediissent, invicem congratulari: praeterea certatim cum diem, quo Pont. Max. renunciatus es, carminibus celebrare, tibique gratari. Ego autem, qui ipsorum vestigia et sequor et veneror, id ipsum pro captu ingenii mei etiam feci, et una cum illis gaudeo, quod tandem sub Principe omni virente excultissimo nobis vivendum sit. Et ut plenius mean in te observantiam ostenderem, ut denique viros doctissimos jam dudum demortuos particeps laetitiae nostrae redderem, et ut sentiant nobis orbique toti talem Principem imperare, qualem ipsis eorumque temporibus inexorabiliæ fata negaverunt, hoc opus tibi dicare, et sub tuo sacratissimo nomine communicandum omnibus existimavi. Quod, ut meretur, laudibus extollerem, nisi seipsum opus commendaret. Et si minimum id est munusculum tanto Principi, tamen id audacter feci, cum etiam maximos Deos rebus quam pauxillis, Lycurgi instituto, non minus, quam hecatombe placari, litarique certo sciām; atque hi non muneris magnitudinem, sed sacrificantis animum et scrutari et respicere consuescant. Vale delicium humani generis.

Romae decimo Kalen. Junias M, D, XIII.

CAI SYLVANI GERMANICI
IN TRES MELEAGRIDOS LIBROS ARGUMENTA.

IN LIBRVM PRIMVM.

Explicit in primo fuerit quae causa malorum
Aetoli regni, et quantâ Trivia arserit irâ.
Omnia mente movens Meleager scire laborat,
An Divum imperiis diro premerentur ab Apro.
Tum vates Mantus tanti docet esse Dianam
Prodigiis causam. Proceres Meleager ad arma
Hortatur: placet Oenidae sententia multis.
In Monstrum properant magnorum pignora patrum
Heroës clari, et pariter Tegeaea Virago.
Setigero occurunt: niveis Leucolenus ulnis
Occumbit: fert auxilium Apro Delia fesso,
Et densis nubem sylvis inducit opacam..

IN LIBRVM SECUNDVM.

Sacra Pater superis fieri Diis imperat Oeneus,
Et vates Mantus ventura exquirit in extis.
Nube cadente feram sylvis rimantur in altis.
Virginis Arcadicae capitur Meleager amore.
Tela duces frustra dirum jaculantur in Aprum.
Prima Suem Virgo Nonacria arundine figit.
Adloquitur magnum furibunda Diana Tonantem.
Prosternit Meleager Aprum. Tirinthius heros.
Serus adest. Struitur sociis pyra moesta peremtis.
Venantur. Subeunt nemorosa palatia Regis.
Heroës, sumuntque dipes, et vina coronant.
Ad mensas Helicops cytharâ modulatur eburnâ.

IN LIBRVM TERTIVM.

Jupiter aethereas Superos invitat ad escas.
Mollis Amor requiem geminorum turbat amantum:
Oenius atque Atlanta pari carpuntur amore.
Legati properant Calydonia docere peremtum
Esse Suem horrendum. Plutonis regna Diana.
Intrat, et inde vocat prognatam Nocte Megaeram.
Cervice Oenides Apri Caeneida donat.
Infandum geminos peremit Meleager avunclos.
Dum Superis, quod Aper cecidit, Calydonis in urbe
Sacra facit, nati facinus Pater accipit Oeneus.
Fatalem Mater dat flammis impia torrem.
Perpetuâ Oenidae clauduntur lumina nocte.

BASINI PARMENSIS MELEAGRIDOS



LIBER PRIMVS.

Facta Ducis canimus, dirae qui matris ob iram
Funereum pestem domitus, majoraque solvit
Supplicia, et letho fatalem mersus in ignem;
Multaque ob insanum juvenis male passus amorem,
Immeritas saevae poenas dedit ille Diana.

Pandite, Pierides, (neque enim sine numine vestro
Fama venit) quae causa fuit consurgere in iras
Sollicitos pro laude Deos; quae causa Dianam:
Aetolo impulerit meditari praelia regno..

Ira Patris summi longos perstabant in annos.
Difficilis, saevumque minans Calydonia premebat:
Rex hominum, Divumque parens, nataeque favebat,
Ex quo sacra senex sanctis Latoidos aris
Non dedit, et magna vetuit pia thura Diana.
Illa Jovis jam tum claro consedit Olymbo

Caelicolas magnos, ipsumque affata parentem.

Caelicolae magni, tuque, o Pater optime Divum,

Nectaris, ambrosiaeque liquor caelestia vobis

Pocula sufficient, quae candida misceat Hebe.

Diique, Deumque parens, quorum fortuna secundas

23

Aeternis res arbitriis regit, et mea curae

Cuncta quibus fuerant olim quae facta recordor,

Cum mea thuricremis fremerent altaria flammis.

Nam mihi sacra movet solitis Aetolus ab aris

25

Ipse Oeneus; meritum neque jam dignatur honorem

Reddere: da, Genitor, luat haec lamenta, mea sque

Ille tibi lacrymas. Non me Latona negavit

Esse Jovis prolem divino sanguine cretam;

Atque tu de stirpe. Pater, miserare Dianam;

30

Si qua Deum pietas animos tangitque movetque.

Penthea si potuit scelerato avertere thyrso

Mater, et infandos Bacchi instaurare furores,

Et noster celebretur honos, (tum tristis et orans,)

Ecquid, ait, Genitor, meruit Latonia virgo?

Non mihi sunt irae, non mens insana, nec ulla

35

Orgia nostra vocant jactatis Thyadas armis.

Dixit; et amplexum genibus miseranda paternis

Implicit, mentemque Dei, nutusque coegit.

Nam pater Omnipotens totas commisit in iras

Inde viros, urbemque Deae; multosque per annos

40

Terribilem Dictynna feram, quae causa malorum
 Summa fuit, pascebat Aprum, quo ristior ullus
 Luctus, et ira Deum stygio non venit averno;
 Non Harpya vorax monstrum, non atra Celaeno
 Proluvies tam dira fuit, non Cerberus Orci
 Janitor: ille sonans spumantia faucibus ora
 Protinus, arboreosque movens duo fulmina dentes
 Ibat, et imperio Divae sata laeta petebat.
 Venit et afflictas moestae Calydonis ad oras
 Dirus Aper: si fama fidem secat ulla vetustam,
 Nulla luces hominum generi tam saeva, nec unquam
 Maxima Phoebeis Serpens revoluta sagittis,
 Lerna nec Herculeo quamvis dejecta labore
 Multiplici capitum numero defecerit olim,
 Murmure tam subito populos tremefecit et urbes.
 Prodigium crudele quidem! Neque causa malorum
 Nota viris. Primus juvenis Meleager acerbam
 Scitari exarsit generoso pectore sororem,
 Omnia mente movens; sive id foret ira Deorum,
 Seu fera perpetuo mortalia facta labore
 Supplicia, infandos Divum meruisse furores
 Ipse putans, animos juvenis mutabat in omnes
 Se volvens curas: veluti cum caeca retardant
 Saxa, ruunt rapidi summis qui a montibus amnes
 Luctante in scopulo, tum marmora rauca reclamant,

45

50

55

60

65

348 BASINII PARMENSIS

Extolluntque undas, et turbidus aestuat alveus;
 Sic juvenis dubiam versat per singula mentem
 Nescius, atque animos jam tum capit ille viriles.
 Multa inter procerum se se quoque millia tollit,
 Objectatque moras, Mavortiaque induit arma:
 Optat adire feram, tristeisque revisere sylvas
 Confisus fremitu tanto, auxilioque virorum.
 Circumstant properi comites; juvat usque frementem
 Conspicere, et gratum domino praestare favorem.
 Tum genitor Mantus, vatem quem Phoebus Apollo
 Fecerat, et meritum citharâ donârat eburnâ,
 Auguriique vias dederat, tum scire futura
 Edocuit, magnis sacrorum indicere festos
 Ipse dies templis, leetasque offerre bidentes,
 Perfectosque jubet centum mactare juvencos.

Ac veluti postquam deduxit ad Ilion altum
 Chalcas Thestorides vatum doctissimus augur
 Agmina, crudeles detexit Apollinis iras:
 Sie vates Thebanus, ubi mortalia Phoebum
 Pectora senserunt, divino est ore locutus.

O fera gens, vestri sola est Latonia proles
 Causa mali, quod nulla suis cadit hostia templis.
 Vix ea: Phoebus enim fauces conclusit, et olli
 Concussit rapidum furiali numine pectus.
 Illicet ingenti fremuit Calydonia turba

79

75

80

85

90

Murmure, et ossa metus totis labefacta medullis
 Occupat, et miseros hominum perlabitur artus.
 Quid faciant, quo monstra dolo crudelia caris
 Finibus avertant, toto discordia regno
 Nascitur. Ast alij, quibus est injuria facti 95
 Nota, jubent saevam votis placare Dianam.
 Arma alij, dirasque acies, inimicaque tela,
 In fandum! sine more parant. Heu nescia fati
 Mens hominum! Quae tanta animis discordia regnat?
 Tum vero in dubium curis Calydonius heros 100
 Dicitur, huc illuc animum versatque trahitque
 Cuncta futura putans; tum tristi corde dolorem
 Miscet; et interdum spes est incerta salutis,
 Interdum virtute fremit. Velut ille leonum
 Maximus aethereis Poenorum in montibus olim 105
 Mille animos subit impatiens, gaudetque timendo
 Conscius, aut meminit capram stravisse fugacem,
 Aut sperat sylvis carentem avertere taurum;
 Haud secus Oenides curas mutatur in omnes
 Ardens; nec tristi deponit mente dolorem: 110
 Usque adeo dubiam versat sub pectore sortem!
 Tantus amor laudum juvenem rapit! Insciis ardet,
 Visceribusque boni dolor aestuat Oenidao.
 Tum Danaum proceres, nec non et Thesea primum,
 Nestora, Pirithoumque, et similem cum Castore fratrem, 115
 Y y

155 BASINII PARMENSIS

Acqualemque Deo Polyphemum affatur amicum,
 Heroasque alios, misit quos Graecia tanto
 Subsidio : O magni proceres, quibus inclyta curae
 Facta sedent, virtusque virum haud ignota priorum ;
 Me primum audentem ; vestra est si certa sequendi, 120
 Magna videtis enim quid agat fortuna , voluntas:
 Nunc animis opus esse reor , nunc facta parentum
 Consimili virtute sequi; nunc prisca referre
 Gesta Ducum, laudesque simul: nova cernere bella ;
 Bella , viri; meminisse suae nunc conjugis omnes 125
 Tempus, et auxilium tanto praestare labori.
 Quare , agite, infandum lato prosternere ferro
 Magnanimi sperate viri vastare superbum
 Prodigium ; mortale jecur proscindere totis
 Viribus. Unus Aper stygio demiserit Orca 130
 Mille viros? Impune dabit tot fortia letho
 Corpora lecta ? Pudor! Quis enim tam certus ubique est ,
 Ut fera decernat procerum tot millibus una ?
 Dixerat Oenides heros ; quem deinde secutus
 Maximus Aegides Theseus, quo fortior alter 135
 Non erat heroum, nisi tunc evensor Iberi
 Amphitrioniades monstri , domitorque ferarum :
 Magna quidem nobis (semper, Meleagre , fatebor)
 Te meritum ; et nunquam immemorem me longa videbit
 Ulla dies; Lapithasque feras , stragemque recordor 140

MELA GRIDOS LIBER I.

357

Thessalicam, quot Centauros tua misit Averno
 Dextera; nec tua me fallit, fortissime, virtus.
 Ne vero tibi ne dubiam, fortissime, mentem
 Ulla trahant diversa, minus quo perdere sp̄eres
 Auxilio dimissus Aprum, tutusque mihique
 Pirithous qualis, quantā pietate colendos
 Esse meos duxi comites: per Numina testor,
 Per caput Hippolythi, quem nūnc Cerealis Eleusis
 Dividit, et caro negat invidiosa parenti;
 Te sequar, auxiliumque feram dum spiritus auras 145
 Ipse mihi dederit; vel si sub tartara Manes
 Turbare, ac stygio libeat miscere profundo;
 Est animus, mihi certa fides, mihi firma voluntas,
 Sunt vires, dubitasne, timesne? Per horrida lustra
 Decretum est tua jussa sequi. Nemora avia, quaeso; 155
 Continuò populemur, ait. Sic maximus heros;
 Monstrantique viros mediā consedit arenā.
 Et laeti proceres uno sermone favebant,
 Adsensusque pares pennatā voce fremebant.

Tum pater arma viris sacro depromere templo 160
 Jussit, et horrendos belli recludere postes.
 Ac velut ingenti si quando Roma tumultu
 Conjurat, panditque Dei stridentia Consul
 Limina; sive timent dirae Carthaginis arma;
 Sive Ducem exposcunt Poenorum avertere carā
 Y y ,

Ausoniā; fremit in medio ferus agmine Mayors :

Hic pater egregio carum Parthaone cretus

Adloquitur gnatum longis rex obsitus annis,

Multa timenda movens, vel quae fortuna tulisset:

Omnipotens, vel quae portenderet ira Diana.

170

Si mea nunc redeat validis cum viribus aetas,

Praeteriti si martis adhuc vis illa fuisset,

Haud, Meleagre, tuas acies mea dextera tantas

Linqueret: una salus natumque patremque maneret,

Sed mihi frigescunt effoeto in pectore vires

175

Jam gelidae, et tardus fugit in praecordia sanguis.

Adforet illa mihi, quā te genuisse, juventa

Credor! Ego ingenti tecum virtute Diana

Infandam pariter, nullisque juvantibus iram

Vincamus, tristemque feram Calydona trahamus.

180

Nec quemquam sperno; certa est sua cuique voluntas:

Sed me praecipue virtus animosa juvabat.

Nec temere contentus eram virtute vel armis:

Fortunam, casusque suos mecum ipse, modumque

Cunctanti versabam animo: stravi ipse furentem

185

Aëtiona manu, Phrygiae quem litore Thebes

Nymphae Orestiades gelidis pavere sub antris

Neptuno genitum. Tuque, o mea sola voluptas

Nate, precor fortunam oculis sortire cavendo

Cuncta futura videns celeri sub corde voluta.

190

Nam quis, te incolumi, me fortunatus, et aequus
 Vivit adhuc hominum felix? Sin saeva nefando
 Invideat te Parca mihi, nate optime, casu,
 O peream, Manesque prius delabar ad imos!
 Invisamque animam jam nunc ego reddere in auras, 195
 Hanc animam exhalare libens crudelibus opto
 Supplieis! Sic fatus erat: rapuere cadentem,
 Conlapsumque intra regalia tecta reportant
 Praecipites famuli, et curas solantur heriles.
 Circumstant juvenes, pueri, matresque, nurusque, 205
 Foemineoque domant moestos plangore lacertos
 Ingenti fremitu; resonant loca cuncta ululatu.

At procul horrifico strepitu cava concha tremendum:
 Rauca dedit sonitum, crepuitque per aethera clangor,
 Et laeti proceros per latos agmina campos 205
 Eduxere; ruunt equites, peditesque sequuntur.
 Pulverulentus ager glomerata per agmina nubem:
 Aetheream quatit, aere micant, auroque phalanges:
 Compositae insultant. Campo Meleagrus aperto
 Primus adest, strepituque pedum sonat atra Melippi 210
 Ungula, et aerato geminatur ab agmine pulvis.

Vos Helicona, Deae; neque enim sine numine vestro
 Fama venit, largo dudum mihi pandite cantu:
 Quos bonus auxilio populos Meleagrus habebat.

Primus adit socium claris excitus Athenis. 215

Y y .3

334 · B A S I N I I P A R M E N S I S

Aegides, quem mille viri comitantur, et omnes
Ostentant lato juvenes venabula ferro.

Hunc comes insequitur totidem stipantibus heros
Pirithous, cui laeta manus gratatur, et illum
Circumstant, mentemque Ducis per dulcia raptant 230
Gaudia: tantus amor juvenum clamorø ruentum!

Protinus eloquio, sed non praestantior armis
Nestor, equo melior Pyliis excitus ab oris
Venerat: hunc sequitur Peleus, quem mille secuti
Myrmidores lecti Platiae de gentibus urbis. 225

Vos etiam patriis gemini venistis ab oris
Castor, et alta Jovis prolesque simillima Pollux.
Vos quoque sexcentos patriâ de gente tulistis
Per pulchros juvenes: sed non Mayortia corda
Imbelles animos, tumefactaque pectora gentis 230
Agnoscas, pronaeque viris data copia linguae.

Venit ab Italiâ Faunus, Saturnia proles
Quem genuit quondam latebrosis Picus in oris.
Nam memorant famâ postquam Saturnus Olympum
Deseruit, Latias illum coluisse latebras; 235
Idque diu dum tempus agit, genuisse superbum
Picum, cui teneras orto lavit Albula plantas.
Filius ingenti Grajorum incensus amore
Viseret ut mores, illis sc forte diebus
Contulerat clarum multis comitantibus Argos. 240

MELEAGRIDOS LIBER I.

251

Ergo aderat Latio circum stipata juventua
 Milite, nec quisquam praestantius audeat agmen
 Dicere, quam Latiis Calydonia quod appulit oris?
 Tanta virum virtus, tantis se laudibus effert
 Itala Romanos gens elatura nepotes.

249

Protinus Arcadiâ venit de gente virago
 Arte, vel ingenio, vel pulchro corpore prima;
 Atlanta auratam limbo circumdata pallam.
 Emicat ore pudor, facies non una ruboris
 Purpureas perfusa genas: vel qualis eburno
 Docta manus speculo roseos junxisse cylindros
 Creditur, aut quales nitidi inter lilia campi
 Increvère rosae; niveâ cervice fluentes
 Circulus exiguo crines intercipit auro.

250

Aureus arcus adest, resonant post terga sagittae,
 Et duo lata manu rigido venabula ferro
 Crispat; eam matres solam mirantur, et ipsi
 Heroës: non ipsa manu sua vellera leni
 Visa sequi; sumtis imitatur Amazonas armis.

Et si exserta latus dextrum foret, illa videri
 Penthesilea queat; quod si non altior esset,
 Hippolyten dicas: quis enim non spectet eburnam,
 Pendentemque humero, quam protulit ipse, pharetram?

Venerat et Telamon, cautique creator Ulyssi
 Laertes, quem Dulichij comitantur, et olli

260

261

356 BASINII PARMENSIS

Grata animo placidis infundunt gaudia dictis,

Naricosque vocant; socios lapidosa Zacynthos

Hos sequitur: credas averti montibus ornos..

Usque adeo populantur agros: tremit irrita tellus

Pulsa pedum strepitu, glomerataque pulvere gleba

Frangitur: erumpunt caelum clamore phalanges.

Nec non et Ceneus, sed nondum femina, laetos

Otentabat equos: pictis quem protinus armis

Arcades alipedum numero comitantur equorum.

Tum duo Thestiadae, soror est quibus improba mater,, 275

Quae, Meleagre, tuos (at tu pietate tuorum

Mollior aut esses, esset tua gratia major)

Impia funestis populata est ignibus artus.

Venit et Aesonides animi praestantis Iason

Bellator, quem laeta manus mirantur, et illum

Constipant. Rex ante alios laetissimus omnes

Spumifero stat vectus equo: civilia scuto

Terrigenum sunt bella virum, maculisque superbam

Otentat sonipes agitata per agmina frontem.

Venerat et Thebis animi infelcis, et acer

Amphiaraus equum domitor, victorque ferarum.

Hos inter proceres laetus Calydonius errat

Parvus adhuc Tydeus, auroque insignis habenis

Flectit equum, et caro praefere solaria fratri.

Haud secus atque olim cum Lucifer Oceaneo

270

280

285

290

Purpurei nitidis sacrum jubar extulit undis,
 Cui Venus aethereo gaudens micat aurea nimbo;
 Sic puer egregiumque caput, crinemque decorum;
 Intonsasque comas, vultusque insignis eburnes
 Extulit ante alias, fraternaque pectora magnâ
 Laetitiâ explevit; nunc huc, nunc cursibus illuc
 Pulvereum populatus equo conamine campum.

Est procul amfractu gemino condensa viarum
 Vallis, et atra nemus, piceasque nigerrima sylvas
 Claudit, et obscuros intersonat horrida montes.
 Sic statuit natura locum, quo maximus usque
 Et crudelis Aper solitus sua lustra, suosque
 Semper adire locos, duplicique exire recessu
 Alternum per iter nunc hac nunc fulminat illac.

Hoc rapido proceres pulsata per aequora cursu
 Convertere jubas, et quadrupedante tumultu
 Ardua corripiunt: strepitu sonituque feruntur
 Praecipi, vocemque ferunt pennata loquentum
 Verba virûm, et murmur longis sonat usque sub antris.
 Nec mora: colla canum juvenes solvère, ruuntque
 In nemus, et subito sylvis mittuntur opacis.
 Nec minus ante alias omnes Eumelus adunco
 Increpuit raucum redeunte per aethera cornu;
 Quo sonitu venere canes, rapidaeque Lyciseae,
 Umbrosi, saltuque leves, fortisque molossi.

295

300

305

310

315

Z z

358 BASINII PARMENSIS

Quot strages dedit unus Aper, quot fortia letho
 Pectora magnanimum pressit Fera sola virorum,
 Ingentesque animos, mecum per carmina, Divae,
 Dicite. Magna canam: jam nunc sedet alta referre
 Facta Ducum, comitumque acies, sylvasque videre; 320
 Accinctamque juvat pharetrâ spectare Dianam.

Ventum erat in sylvas: saltus ex ordine cincti:
 Lustrâruntque cavas canibusque, et milite valles
 Vallâruntque aditus, spissâque horrere coronâ
 Ceperat omne nemus, clauduntque indagine fauces, 325
 Ingentique obstare manu, ac dare vulnera proni,
 Et strepitu nemora alta canum, ventosaque ramis
 Pulsatis arbusta jugis, collesque recurvi
 Murmura reddebat pariter, pariterque trahebant.
 Nec mora: fulminei sensit fera colla Melampus 330
 Primus Apri, celerique fugâ, cursuque refugit;
 Nam sequitur furibundus Aper: juvat arva tenere
 Prona canem, gressuque animam servare volanti;
 Ingrium metus acer agit; crepuere cypressus,
 Fractaque praecipiti strepuerunt arbuta cursu. 335

Ac velut horrisono Boreâ cùm torvus Orion
 Impulit in pelagus fugientia nubila, cedit
 Auster, et omne fretum cumulo se rumpit opacor,
 Circumstant miseri ferventia litora nautae;
 Sic fugit, horrendamque Feram timet ipse Melampus 340

Arva reposta petens: sic fulminat ore superbo.
 Prodigum videre viri, fremitumque dedere.
 Torsit in adversum jaculum praesignis Echion
 Primus, et hasta volans truncum ferit irrita acernum:
 Ingemuere, suosque viri moyere lacertos,

345

Sicut eum carpsisse queant: fugit ille, canesque
 Sternit, amara fremens spumantia faucibus ora
 Executit, arboreosque acuit duo fulmina dentes.
 Spina rigens densos sylvam contorquet in armos,

Undantes oculorum acies ardore corusco 350

Instar habet clypei magni: ceu cum cava surgunt
 Nubila, rara tenent densi Phoebaea vapores
 Lumina, confertae geminant ubi lampada flammae;
 Ardentes sic ille oculos, sic ora, jubarque

Terribili cum fronte gerit, saevitque videndo 355

Turbidus, atque humeris horrentia tergora quassat.

Pronus ut ante alios steterat se se extulit ingens
 Pirithous, cursuque pedum praevertitur hostem.

Quo ruis, exclamat Theseus, comes optime? Quae te

Praecipitat rabies? Oenides talia primus 360

Tamenta petat: superat vis ista furorem;

Nec Pater Omnipotens similem partitur honorem.

Dixerat. Ille manu rigidam vibraverat hastam,
 Tortaque ventisonam concussit pondere quercum,
 Et stetit in trunco, crepuitque in vulnere quercus. 365

Z z z

Non secus ac caelo medio quum magnus opacat
 Jupiter omne solum, sudo grave fulmen aperto
 Igne quatit, subitum crepuere tonitrua murmur:
 Dant strepitum montes, toto tonat aethere vastas.
 Involvens sonitus tremefacta per ardua voces:
 Sic quatit ingentem concusso pondere quercum:
 Pirithous: fugit ille ferox, sequiturque Melampus:
 Castor adest, laxasque celer molitur habenas;
 Nam fugit horrendum Monstrum qua prona recurvi:
 Montis ad ima ferunt aditus: volat igneus arvis.
 Cyllarus, atque pedum sonat ictibus incita gleba,
 Et Pollux, quo frater, equum contorsit, et ipse,
 Ipse sui deflexit equi nive candida colla
 Alba magis: tremit omne solum, sonituqne resultat,
 Et gravis horribili circumdatur ungula nimbo:
 Pulveris, inque datum spantium calcaribus urget:
 Alter et alter equum: pariter fuga turbida campo:
 Tollitur, ac sonitu populata reverberat arva,
 Alterutroque pedum tremit incita terra tumultu.
 Ambo videt, spectarque viros Tegeaea virago,
 Invidet, et caecis stimulis exardet; et illam
 Vicit amor praesens, laudumque cupidine fervet.
 At Fera non aditus ullos, nulla obvia cernit
 Arva, retroque pedem sylvis immisit opacis
 Dira, proterva fremens, horrendaque claustra petivit. 390

M E L E A G R I D Ò S L Í B E R I.

Hanc rapidae liquere canes, lustrisque repertis
Montivagas pepulere feras: in retia Cervus
Fallitur: erumpunt caelum clamore phalanges:
Nestor erat contra, sylvamque immensa per omniem
Aequora, terribilemque feram spectabat ab imo 395
Vergere stagna fimo, telumque aptavit habenâ;
Et plumbum rauco jaculatur ad aethera pulsu;
Et gravis infixa est ventosa phalarica torta
Turbine, perque lacus, perque atrae stagna paludis;
Nec mora, dirus Aper fugit horridus, altaque pulsat 400
Litora, setigeroque fluunt de corpore lymphae;
Et lota de fluvio labat ungula lapsa per algas,
Et ruit in medios, juvenum quos duxit in arma
Castor et alta Jovis prolesque simillima Pollux
Corripiere fugam formâ spectanda juventus. 405

Quo fugitis trepidi muliebris inertia luxus?
Nestor ait, pavidas quo vos fuga raptat Achivas?
Et vere: quid enim patriae virtutis habemus?
Unus Aper tot pulchra virûm dare terga subegit
Pectora? Quos animos tam culto in corpore praestat 410
Lingua loquax? Heu jam Lapithae laetentur, et ipsi
Centauri, quos nostra manus demisit averno.
Si fugimus timidi, tantusque in pectore languor
Regnat, et ante tubae sonitum diffidimus armis,
Invicti quondam juvenes, una ociosus omnes 415

369 BASINII PARMENSIS

Imus in arma palam. Dixit Neleius heros.

At bonus Aesonides validis calcaribus acrem
 Pressit equum, cursu rapido campumque patentem
 Pronus adit, strepitique pedum sonat arida tellus,
 Insequiturque virum confusa per agmina nubes 420
 Telorumque solum seges horrida obumbrat, et armis
 Horret ager, dextrisque viri per inania jactant
 Arma: ruunt equites, reboat stridoribus aether:
 Ante canes, retro pedites, it clamor Olympo
 Maximus; usque cavis resonant nemora alta sub antris. 425

Haud secus horriferi glomerantur ad aequora fluctus
 Quum fugit Eurus, aquisque datas permittit habens:
 Concurrunt Zephyri, sternuntque in litora vastum
 Aequor, et omne vadum liquidis confunditur undis;
 Humida saxa fremunt, et marmora rauca reclamant; 430
 Sic fugit atra lues, inimicaque tela superbus
 Vitat Aper, victorque viros procul arduus omnes
 Exit, et ignaros sylvis decepit opacis.

At Dea Latonae proles e montibus altis
 Agmina, magnanimosque Duces spectabat, et atrox 435
 Indoluit, pharetramque humeris aptavit eburnam,
 Quam circum auratis funduntur Oreades armis,
 Opis et ipsa prior decus auxiliumque Diana:
 Quam sic adloquitur gelidi regina Lycei.
 Opi, vides quantas acies, stragemque minetur 440

Oenides, quām multa virūm sibi millia ductor
 Unus agat; pereo: neque enim metus ulla Dianaē
 Debuit arma sequi: medios me inferre per hostes,
 Atque ipsum traxisse manu in crudelia Regem
 Praelia, cognatosque omnes, stirpemque superbam
 Fas erat, atque Jovem late exorare, Deosque
 Testari auxilio. Quid in hoc tam fessa quievī?
 Quamquam nostra patris subeunt solatīa mentem
 Scilicet et genitor natam miseratus Olympo.
 Sperato melius dabit: accipe, Diva, pharetram;
 Vosque meis armate, Deae, immortalia telis
 Bella, manuque meos arcus tractate sonantes.

Dixit; et auratis sonuerunt terga sagittis:
 Namque Notum, Zephyrumque fugā praevertitur acri,
 Et volat ante alias; crines quatit aura patentes,
 Ingentemque trahit nemorosa per avia passum;
 Dumetique jugis nubem condensat opacam,
 Ne quis eam videat, neū quis divīna revelet
 Arma, feramque suam sylvā speculatur ab altâ.

Haud secus ac liquidis olim Nereides undis
 Dotoque, Protoque, Pherusaque, Dynameneque,
 Glauaque Cymothoë, seu candida Cymodocea
 Circumstant niveâ placidam Nereida formâ,
 Aut Thetim, aut densâ genitricem Dorida turbâ;
 Talis virginei decus, ingeniumque pudoris 465

364 BASINII PARMENSIS

Constitit in medio comitum Jove nata suarum.

Emicat Aesonides animi praestantis Iason,

Et jaculum dextrâ validum conatur ab aure

Pronus in oppositum vacuas jactare per auras:

Stabat Aper seu sponte suâ, seu sponte Dianae

470

Horridus, et juvenem noto spectare cubili,

Infremuitque ferox, et humum pede calcat, et ingens

Os aperit, dirumque caput, setosaque colla,

Tergaque, rugosumque latus, frontemque superbam

Tollit, at ingenatem summis Pegasus hastam

475

Viribus intorsit: quamvis Deus omne per auras

Dispersit vulnus jaculo fera Delia ferrum

F regit agens nigram simulato turbine nubem;

Hasta tamen ceptum secuit tremebunda tenorem,

Perque feri tergum venit irrita: lapsaque retro

480

Dat sonitum, summaeque redit per bractea sylvae.

Dum velit hanc manibus vepres captare per atros

Infelix periiit niveis Leucolenus ulnis:

Nam fera praecepit deceptum sentibus ipsis

Verberat, arboreosque trahit per viscera dentes,

485

Labitur ille gemens letho, fluviumque per herbas

Purpureum adspersas juvenili sanguine vitâ

Effugiente vomit, taecamque in tartara noctem

Infelix animus stygias descendit ad umbras.

Ingemuere omnes, lacrymasque dedere secuti.

490

Namque erat egregia juvenis viridique juventa
 Integer, atque olli nondum vestibat eburnas
 Barba secunda genas; visu dulcissimus omnes
 Ante alios juvenum, caperet dum spiritus auras.

Sed non forma potest duram praevertere mortem. 495

Te tamen, o juvenum pulcherrime, multa manebit
 Gloria, quod Patriae solvisti munera magni
 Sanguinis, et nulli poterunt te urgere tumultus,
 Et labor, atque cadens in deteriora senectus.

Tum prior Euribates sonitu ciet horridus amplio 508
 Aera canora tubae, crepuitque per aethera clangor,
 Languentesque animos studiis accendit ad arma,
 Concurruntque viri, quos ut prospexit in unum
 His prior Oenides dictis hortatur, et infit.

Per decus egregium, Centaurorumque triumphos, 505
 Quos dedimus letho, proceres fortissima corda,
 Perque virum laudes, saevoque simillima bello
 Praetria, venatusque meos; per si qua secutos
 Fama futura manet socios nomenque benignum;
 Ne fugite, et jam nunc solitas expendite laudes, 510
 Si mea magnanimi valuerunt plurima semper
 Gesta viri, vestræque manus; si mille laborum
 Quisque suas tulimus partes, cunctasque per oras
 Victores magnam pulchrae Calidonis ad urbem
 Venimus, o socij: quid enim mortalia nobis 515
 A a a

Arma nocent? Num bella, viri, gessisse pudebit
 Efferat Centauris, totidem summisse trophyae,
 Totque triumphatos dejectis moenibus hostes
 Gentibus innumeris nostram venisse sub hastam?

Dixerat. His juvenum crevit violentia dictis, 320
 Dulcis honeste primae spectataque gloria pugnae.

Tam prior horrentem contorsit robore pinum.

Viribus in ventum fusis: volat ardua pinus,

Ingentemque trahit jactata fragore ruinam,

Et stetit in saxo, silicemque exceptit, et atrac

Cuspidis hasta tulit scintillam in vulnere rauco.

Vix illam viginti humero ac cervice tulissent,

Quales terra viros longis alit obruta sulcis,

Nunc mortale genus, jam tum mortale, sed acri

Gens melior virtute fuit, totidemque per annos

Ingentes animus vires dabat: omnia porro

Magna sequebantur homines. Meleagrus euitem

Ut vidi sine caede feram, lachrymavit, et imis

Exarsere facies animis; quatit ira furentem

Jactantemque minas, et inania verba moventem.

Nam neque tela habuit: binis hastilibus ante

Tutus erat, gerrumque manu, ferrumque tenebat:

Gerrum, quod Perseus genitori in munera quondam

Oeni ferre dedit saevae monumenta Medusae.

At Fera diva viam medie infensa per hostes

Quaerere, nec celerem cursum dare posse per altuna.

Agmen, et oppositos nusquam sibi cernere saltus.

Undique tela viri, ac rigido venabula ferro

Protentant: fremit ate ferox, oculosque corusco

Ardentes fulgore viros detorquet in omnes.

Sic fugit, et solum multis e millibus acrem

Nestora dirus adit, positoque sub arbore telo

Conscendit vastam duro conamine quercum,

Quamquam diffici; neque enim consuetus agrestum

More altas salices tergum post falce bipenni

545

Scandere, nec suibus patulum quassare cacumen

Ilicis, et glandes duros glomerare per agros.

Ingenium facit ipse timor: risere secuti

Castor et alta Jovis prolesque simillima Pollux,

Quo fugis, exclamans, muliebris inertia luxus

555

Castor ait: caelum ne tibi, sedesque Deorum

Ire placet? Pavidos que vos fuga raptat Achivas?

Et fugis, o demens, tantoque in pectore langor

Regnat, et ante tubae sonitum diffidimus armis?

Vix ea: erodus Aper truncum quercumque superbis

560

Dentibus arripuit, spectatque in sidera torvo

Lumine, Nestoreosque pedes conatur, et alta

Crura sequi; terque ipse furens se attollit in altum

Robur. At ille tremens aditu fugiebat anhelo,

Prensabatque manu duros super arbore truncos.

565

A a a 2

368 BASINII PARMENSIS

Qualis avem pellax noto insidiata cubili
 Suspicit evolvens ardentia lumina vulpes,
 Donec abire canes cogunt, et credere nocti
 Invitam; saevit rabies vesana vorandi:
 Haud alia est querum magnam spectantis imago 570
 Illius; elucent feralia dentibus ora:
 Illum infestat honos, hominumque canumque tumultus,
 Concepitusque procul nunc hos nunc prospicit illos:
 Emicat, et praeceps gyro dum vertitur arcto
 Vulnerat ingenti direptum pelle Podarcem, 575
 Et nudum lacero spoliavit tergore corpus.
 Te quoque multivagum fertur strinxisse, Melampū,
 Et nigrum laesisse pedem: tum victor in arva
 Evolat, et sylvam, qua venerat, instat anhelō
 Carpere deinde gradu; neque enim ad nemora obvia longum 580
 Est iter: hunc sylvā fessum miratur ab altâ
 Delia: multa virūm funduntur millia totis
 Vallibus: has acies, atque haec trepidantia cernit
 Arma Jovis proles medio Latonia campo,
 Ingemuit, pharetramque humeris aptavit eburnam, 585
 Accessitque prior, nubemque induxit opacam,
 Et caligantes turbârunt nubila sylvas
 Humida: nec quisquam potuit vidisse volantem
 Amplius; annosamque redit fera bellua sylvam. 589

BASINI PARMENSIS MELEAGRIDOS



LIBER SECUNDVS.

At Pater infelix moestâ Calidonis in urbe
Cogere concilium, lectasque offerre bidentes,
Perfectosque jubet centum mactare juvencos.
Tum genitor Mantus, vatem quem Phoebus Apollo
Fecerat, et meritum cytharâ donârat eburnâ,
Sacratâ jussus rimatur viscera cultris,
Consultusque boum fibras exorat et ingens
Complexus summum nidor penetrabat Olympum:
Oenea quin etiam dictis adfatur inquis.

Rex, ego nî fallor, Phoebi penetralia vatis

10

Vera patent: ne quaere tamen, ne quaere quid ipsa
Mens agit; quam dira lues, quae monstra parentur:
Heu mihi quid video! Quid enim dixisse necesse est
Prodigium, tantumque nefas. Heu! grande futuræ
Cladis opus video: pretium te triste manebit,

15

A a a 3

370 BASINII PARMENSIS

Moeste senex: genitor natum ne erede furori,
 Neū tantum patiare nefas. Si fata morari
 Posse putas, propera. Video Meleagron in ipso
 Spargere membra solo. Quis te furor impius urget,
 Infelix Althea? Mane: jam caedis abunde est.

20

Tolle manus coepto genitrix infanda: quid ipsa
 Viscera, tam pulchrique rapis praecordia nati?
 Improba, tolle manus: cuperes tua viscera ferro
 Figere; nec natum crudelibus urere flammis.
 Tydea quin etiam patriis decadere cerno
 Sedibus: o nunquam patrias remeabis ad oras.
 Dure puer! Thebana tuum jam bella tremiscunt
 Nomen; et horrendam cladem traxere revulti
 Montis onus scopuli; crepuitque per aethera murmur.

25

Vix ea: Phoebus enim fauces conclusit; et olli
 Concussit rabidum furiali numine pectus.
 Ingemuere duae, lachrymasque dedere sorores;
 Deianira prior, Nymphisque simillima Gorge,
 Et pater exanimis fessos resoluta per artus
 Membra dedit gelido moribundā fronte dolori.
 Quem subito adspiciens ramo viridante Sacerdos,
 Rore pio, et sacrā circumtulit horrida lymphā
 Tempora. Tum genitor paulatim adsumere mentem
 Coepit, et ipse oculos miro terrore natantes
 Terve qu aterve sinu maculis pallente revolvit,

35

40

Et tandem infelix vitam cum mente recepit.
 Ut primum furor altus agi permisit anhelos
 Ad caelum gemitus, furibundis questibus auras
 Implet, et immensum testatur vocem dolorem.
 Infelix Augur semper, vatesque malorum,
45
 Quando aliquid fausti cecinisti, pessime? quando
 Gratum aliquid? Semper ne tibi crudelia serpunt
 Somnia? Sed potius credam Thebana sequantur
 Ora nefas, quam vera canant: fuge ocus isthinc:
 Me penes et multi, qui te meliora ferentes
50
 Augurium fatale canant. Tibi Phoebus Apollo
 Scilicet hoc dederit. Sed quid tua dicta rependo?
 Deceptus toties vani sub imagine somni,
 Verborum quae multa volant sive Numine, quodque
 Pertaesum saltem vellem Thebane, fuisses.
55
 Me decuit vatem causas perquirere tanti
 Prodigii, auspiciumque prius didicisse; sed olim
 Dulce decus cupidus fuerat juvenile sub armis;
 Si monitus quondam sortes ac fata Deorum,
 Non isto augurio, nec rimotoribus istis.
60
 Esset opus; nec me rabbies Thebana timentem
 Falleret, et caeli tonitrus, ac prospera signa
 Solus ego acciperem; sed nec tibi numina Phoebi
 Adspirant; et me lateant cælestia signa
 Plura licet, felix olim tamen horrida gessi.
65

979 BASINII PARMENSIS

Bella; quibus potui magnas evertere gentes,
 Et me prudentem rerum experientia fecit.
 Sed timeo infelix, timeo tamen: ite, Ministri,
 Ite tamen, quantoque Patris properata referte
 Iussa meo: cupiat vitam praeferre labori,
 Et mea sola salus, mea spes, mea sola senectae
 Gloria cautus eat; timeat simul arma Diana,
 Pellacesque dolos, monumentaque sera Parentis
 Ne fugiat; neve ipse feram juvenilibus ausis
 Primus adire velit: metuo nam singula praeceps.
 Nescio quid mihi mens animi tenuis augurat imis
 It crudele meis agitatum pectore, et ipso
 Corde nefas oculis. Dixit Parthaone cretus.
 Excessere viri templo, resolutaque turba,
 Et Pater infelix regalia tecta petivit
 Anxia solliciti repetens discrimina casus,
 Fortunaeque vices, et ineluctabile fatum.

Quisque suo indulget generi, dum terra sedebit
 In medio, rapidisque fretum circumsonet undis,
 Convexasque plagas caeli dum plurimus axis
 Vertet, et oppositum Titan leget obvius orbem,
 Nulla dies carâ securum prole Parentem
 Efficiet: tantum usque adeo sunt pignora cordi!

At manus interea Procerum radiantibus armis
 Nubis cadente procul canipos invadit apertos,

70

75

80

85

90

M E L E A G R I D O S L I B E R II. 373

Vestigatque feram: sed abest, nullamque sequuntur
 Interdum, retroque pedem pars vertit: ubique
 Exquirunt canibus presso vestigia campo,
 Insidiasque parant: totâ mavortius irâ
 Oenides, neque enim facilis dat cura dolorem; 95
 Aestuat, omne nemusque prior collustrat, et ardet;
 Aeacidaeque duo, pulchrisque Menoetius armis,
 Et Peleus heros, cautique creator Ulyssi,
 Aegidesque ferox, nec non et pulcher Iäson,
 Tyndaridaeque duo, latiisque excitus ab oris 100
 Faunus, et Arcadiâ veniens de gente virago
 Athlanta, et manibus pulchras molitur habenas,
 Et sudantis equi tergum calcaribus urget.
 Haud secus ac gelidi graditur per summa Lycei
 Delia mille trahens praesignis Oreadas altis 105
 Montibus: ipsa prior triplici perlucet amictu,
 Ternaque tela sonant, tria numinis ora, tribusque
 Vultibus: at sylvis certae stat forma Diana:
 Talis erat virgo Caeneïa, talis in ore
 Splendor, et hanc faciem juvenis suspirat, et olli 110
 Primus ait: Dii ne hanc speciem mortalibus ullis
 Esse sinunt? an forma tui caelestis imago
 Sola fuit? vultu similem Latona virago,
 Aut Venus hanc genuit? Puduit tamen ista locutum;
 Sed non cavit amor: tantus furor urget amantem! 115
 B b b

Illa nihil contra; neque enim pudor ipse sinebat:
 Gaudet, et occultum secum luctatur amorem,
 Egregiusque oculis juvenem libavit euntem,
 Infaustumque dedit miserando foedus amori.
 Ilicet ante canes sylvis mittuntur opacis: 120
 Obsedere cavas valles, a collibus unde
 Reddita vox venit, quatiuntque volantia montes
 Verba virum, sylvam, vacuasque reverberat umbras.
 Murmur, et antra ferunt fractas super aethera voces.
 Taptus amor juvenum crudelem avertere pestem! 125
 Cunctantes socios, aciesque resistere tantas
 Ut vidit, facinus! furibundis vocibus auras
 Rupit, et ante alios hoc est sermone locutus.

Quid stamus? Properate, viri; quin ocius omnes
 Ingredimur sylvas, sociosque relinquimus isthic, 130
 Qui teneant aliqui saltus, atque ardua cingant
 Omnia? Nonne feram nobis e valle putatis
 Posse dari, nullo latebras lustrante per imas?
 Non ita: nam memini nostris regionibus apros,
 Informesque diu venari in montibus ursos, 135
 Speluncis latuisse feras, ac retia Cervos
 Fugisse, et voces saevorum audire luporum,
 Itala venatu quoniam indulgere juventus,
 Montivagas agitare feras consuevit, et omnem.
 Pernici studio nemorum perferre laborem. 140

Contenti parvo pueri memor a avia lustrant
 Adsueti magnis acies inducere sylvis:
 Telaque bina ferunt lato splendentia ferro;
 Aut flexos humeris suspendunt acribus arcus;
 Fulmineisque feruntur equis: cibus omnibus idem, 145
 Flava Ceres, parvaeque simul data frusta ferinae,
 Omnibus his liquidas metitur cantharus undas:
 Sic etenim teneros rigidi monuere magistri.
 Iustitiam didicere prius, puerique volentes,
 Quod rectum novere, colunt: mox acrior aetas 150
 Venit ubi, et firmos exegit fortior annos,
 Venatus varios, saevoque simillima bello
 Praelia robustis juvenes imitantur ab annis.
 Hinc magni fera bella viri, clarosque triumphos
 Namiscuntur, et hinc meriti potiuntur honoris 155
 Laude senes Itali: neque enim Saturnia tellus
 Deliciis hebetata jacet. Puer ipse per altos
 Errabam montes; mediis e vallibus apros
 Saepe puer solus latebris exire coegi,
 Et patiens virtutis eram; frigusque, famemque 160
 Saepe tuli in sylvis, rupes et tecta subibam,
 Si quando Omnipotens vasto tonuisset olympos;
 Et quateret rapidos australi turbine nimbos.
 Tantus honos praedae; tanto venatus amori!
 Dixit; et audaci sociorum voce momordit 165
 B b b 2

376. BASINII PARMENSIS

Pectora, et ante alios sylvas ingressus opacas
Lustrat, et instantes tutatur voce molossos.
Caetera turba virum sequitur, clamorque per imos
Logeminatt valles, vacuasque reverberat auras.

Ac velut ille lacum saxo percussit, et undis 170
Pastor in aquoreis spatium secrevit aquarum,
Ingenti sonitu circum spatia unda recessit
Paulatim, fluctusque, et caerulea magna refundit,
Donec in extremas veniunt media omnia ripas:
Haud aliter pennata virum juga summa petebant 175
Verba procul, passimque dato stridore volabant.

Hos inter plausus, nemorumque sonantia lustra
Pulcher equo Tydeus alaci defertur, et auro
Insignis puer egregius jam laetus in armis
Optat adire feram; jam jam cupit omne periculum 180
Posse pati: tantum generosis aemula virtus
Usque adeo pro laude ferox! Cervumque repente
Ut vedit, tum quadrupedem puer illicet acrem
Pressit, et ante alios sylvis se se obvius altis
Credidit, obscurosque petit, loca devia, sentes, 185
Praecipitatque fugam rigidis calcaribus urgens,
Obvia sed celeri trepidus secat omnia cursu
Cervus; at ille solo quernâ ab radice retentus
Ore momordit hunc, pedibusque per avia primis
Succidit in primum; sedet imperterritus audax 190

Magnanimusque puer: gemuit Meleagros ut illum
 Prospexit: Cur , inquit , equum , carissime Tydeū,
 Duxisti in sylvas? Non haec loca debita cursu ,
 Frater , ait: desiste puer me carior istis
 Viribus incassum caecis erroribus uti ;

195

Parce animo audaci. Dixit , pariterque cucurrit,
 Et pariter prono labentem tergore fratrem
 Suscepit , tergoque alacrem componit equino .
 Tum socios , nam propter erant , adspectat , et ollis
 Ostentat carum medio in certamine Tydea.

200

Obstupuere animum pueri surgentis : at ille
 Egregiā insignis formā stetit aureus acri
 Vectus equo; niveumque labor suffudit honorem
 Purpureo candore , genasque inficit eburnas.

Aurea quin etiam micuit coma: lactea cervix

205

Aurato innixa est filo , chlamydemque rigentem
 Indutus fulvo , genitrix quam texuit auro.

Hanc speciem expleri nunquam , Meleagre , tuendo

Posse putas : quā lactatiā , quo deinde dolore

Adfectus , miserande , cades ? Mortalia rumpit

210

Vota Deus: moriendum homini ; nec cognita Fati

Cēta dies. Desiste decus sperare futurum,

Fata vetant. Tum turbō lacum , quem ripa sonoris

Cinxit arundi ibus , sylvā vidēre profundā .

Fons erat e viridi decadens pultice , juxta

B b b ;

215

Labitur in fluvium, glaucâque repullulat algâ
 Unda recens, riguasque sonans adspergine ripas
 Lambit, et alta lacu largum se laxat in arcum,
 Dulcis et ipse liquor miseris gratissimus aegris,
 Vana malis requies, siccisque doloribus haustus 216
 Optatus quondam multis, dum languida serpit
 Ossibus, et tenues febris depascitur artus:
 Plurimus amnis agit flavas in gurgite arenas
 Argento similis, fundoque educit ab imo.
 Mille rosae texere solum, floresque virebant 225
 Purpurei, et vario veniebant pabula foetu.
 Planicies utrinque jacet, sed pronus in ipso
 Margine collis erat, quo se jactare volucres
 Saepius, et pennas hiberno ostendere soli.
 Arbuteae circum sylvae fudere coruscas 230
 Umbrarum scena, horrendaque saltibus arva
 Stant passim: hunc Nymphae miro venerantur honore;
 Namque colunt fluctusque vagos, ripasque virentes,
 Et Genium, Fontemque tremunt. Sacer iste Diana
 Dictus erat, si fama fidem secat ulla vetustam. 235
 Cadmi progenies illis temerarius undis
 Te nudam niveâ vidit, Latomia, formâ:
 Haud impune tamen; cervus mentitus acerbo
 Vulnera corde feri tantum, non crinibus usus
 Infelix periit canibus laceratus amicis. 240

MELEAGRIDOS LIBER II

393

Actaeona die spatio noctisque vocabat

Turba sequens, noctu ingeminant, nullumque sequentem;

Nullus Agenorides sylvâ reperitur in illâ.

Quem dederant letho rapidae gemuere Lyciseae,

Poenituitque Deam facti, flevitque Diana,

145

Fleverunt sylvae, fleverunt Ogygiae arces,

Mater et infelix in montibus insanivit.

Haud procul hinc stagnum vastum, pigrumque paludem

Monstrat iter, quo se solitus mersare profundo

Gurgite dirus Aper: fontemque et tarda requirunt

250

Flumina: et ecce feram glaucâ prospexit in ulvâ

Aeacides Peleus, fraterque Menoetius: ille

Mersus agit geminos, veluti duo fulmina, dentes:

Protinus amne cavo pars eaetera labitur ingens

Subter aquas: liquidis spinae nemus eminet undis.

255

Tum sic Aeacides: Juvenes, densate coronam,

Cogite quisque suas, in grandia cogite partes.

Obsequia, et telis totas circumdate ripas.

Hoc natat in fluvio Sus horridus aequore summo

Ostentans geminos, veluti duo fulmina, dentes:

260

Esse volo tutos comites quam perdere: namque

Certa salus procerum clausis monstratur in undis.

Dixit. At ille virûm strepitus audivit, et illum

Territat; horror habet, latrantiaque ora requirit

Auribus in caelum arrectis: tum turba sequentum.

265

380 BASINII PARMENSIS

Accelerat, certantque feram lustrare latentem,
 Tollentemque armos, et jam sicca arva tenentem.
 I licet in numerum cuneis se se omnia densis
 Corpora magnum glomerant utrinque virorum.
 Ille ubi mille canesque citos, mille arduaque arma, 270
 Conclusosque lacus, fluviumque et stagna teneri
 Vedit, in iliceo fixum se stipite sistit,
 Exspectatque canes, canibusque minantia monstrat
 Ora ferox, nullusque canum se jactat in hostem.
 Parte aliâ stat vasta palus; hinc terga sub alto 275
 Robore tecta tenet: jaculum Caeneia virgo
 Torsit, et iliceo discussit subere partem;
 Et nisi saevus Aper caput acclinasset, ab illo
 Vulnere fixus erat. Doluit Tegeaea virago,
 Et doluit secum lachrymis Meleagros obortis. 280
 Tum clamore canes urgent, animosque secundant
 Illorum: at Sagaris, formaque Celaenus opacâ,
 Et latrator Hylas sequitur, claudusque Melampus,
 Quatuor audaces solâ de matre molossi,
 Quos consanguineo juveni mandârat adultos, 285
 Amphiaraë tibi, victis revocatus Iberis
 Amphitriades decus auxiliisque rapinæ,
 Armentique simul requiem pecorisque salutem:
 Venerat Italiam Danaum fortissimus heros
 Amphitriion iadè, et regni evensor Iberi 290

MELEAGRIDOS LIBER II.

383

Geryonem aeternae dederat per vulnera famae,
 Evandrius domum, et Saturnia liquerat arva;
 Semibovemque virum stygias damnârat ad umbras;
 Victor et Aoniae laetusque ad moenia Thebes
 Retulerat partum pariter cum laude laborem,
 Et monumenta sui tanti certaminis heros
 Quatuor ille canes claro dedit Amphiaraos.

Ergo animis violenta canum moribundaque turba

Laudibus accensas renovant in praelia vires,
 Perturbantque feram latratu, atque acribus instant
 Insidiis: sonat omne nemus clamore virorum
 Ingenti; canibusque favent: amor omnis in illum
 Urget, agitque suâ cupidos pro laude molossos.
 At fera fixa manet, dentesque ostentat eburnos,
 Nec via certa viris ulla est: cinxere paludes
 Omnia; tum celeres omni virtute sagittas
 Exspediunt, arcusque manu, pharetrasque crepantes
 Exercent, clangorque cavas diverberat auras.

Ac veluti aëris castellum in montibus olim
 Mille duces saevis certant evertere telis;
 Tantâ mole manet, tantisque reposcitur armis
 Dirus Aper: fremuere canes, et laudis amore
 Decrevere animas pulchro diffundere letho;
 Non impune tamen: duos nam secat ore cruento
 Ille canes, Sagarimque citum, nigrumque Celaenum. 305
 CCC

300

305

310

315

At duo magnanimi fratres, rapidusque Melampus,

Et latrator Hylas fratnos maxima manes

Obsequia ulcisci toto conarier astu ,

Et laniare ferum caris pro fratribus audent.

Emicat ille ferox, et Hylam rapit arduus; illum

Nox tegit , et tenebris oculi fuscantur abortis .

Alter abit, nec claudus eum pes laedit, et olli

Fit fuga , et ante Notum Zephyrumque per avia fertur,

Luctanturque viri pigrum transire paludem.

Fessus erat vario juvenumque canumque tumultu

325

Dirus Aper: Proceres tantum clamore laborem

Sustulerant ; neque enim fas est transire paludem ;

Tela modo, et lycio jactabant spicula nervo.

Venerat auxilio lyciâ de gente Lycaon

Insignis pharetrâ juvenis, celerique sagittâ,

330

Montivagas agitare feras, cervosque fugaces ,

Nec non et fulvos solitus turbare leones ,

Horridus, et rapidi perfultus pellibus ursi ,

Cui caput hirsutum malae texere lupinae .

Mille viros olim jaculis tremefecit acutis

335

Solus arundinibus solitus contendere Parthis ,

Hyrcanisque puer Persas superare sagittâ ,

Et certare Dacis arcu; quem Phoebus Apollo

Mittere tela feris , capreisque fugacibus unum

Edocuit, spoliisque squalorum horrere ferarum.

340

Hunc postquam videt Oenides, talibus heros
Adloquitur praestantem animo, et virtute frementem.

O Lyciae virtutis honos, ubi certa, Lycaon,
Tela tibi quondam? pulsa est quo gloria famae,
Quâ nulli Lyciâ solitus concedere? ubi arcus 345
Insignes olin venatibus? Ergo age Phoebo
Tela favente jace, et pulchrum pete primus honorem,
Aut arcus mihi trade tuos. Sic fatus: at ille
Suspiciens: Cur, inquit, ego crudelia contra
Numina tela feram? Prohibet Latonia; namque 350
Ipse ego et his oculis dudum vigilantibus hausi
Quum Deus eripuit ferrum, quod Iäsonis hasta
Pertulerat: vidi, et stupui cadere illud ab hastâ.

Dixit; et adducto telum tamen ille lacerto
Viribus incurvo direxerat omnibus arcu, 355
Arcu, quem manibus fabricavit Daedalus Idmon,
Deque viri digitis crepuere micantia tela.
Non tamen ipse feram potuit fixisse, pacisci
Quamprimum cupiens crudeli vulnere vitam.
Haec pennata refert miserando pectore dicta. 360

Quid stamus? Properemus, ait: non jam ulla recuso
Vulnera: pri nus ego mortemque decusque subire
Constitui, faxo: sociis exempla vocatis
Digna putent, longosque mei memoretur in annos
Nomen, et innumeros moveat mea fama minores. 365

368 BASINII PARMENSIS

Quin agite in pontem sylvas et robora summis
 Adcumulemus aquis: faveat fortuna priori,
 Audentique aliquid: neque enim vos parva manebit
 Gloria . Sic fatur; primusque erumpit in hostem,
 Horrendumque tonans spoliis gaudebat opimis 370
 Ire prior , tantoque ferox horrere trophyo.
 Quo fremitu caluere viri , mentesque latenti
 Laetitiâ extollunt ; resonant sylvaeque paludesque
 Et nemora et montes: tantis it clamor Olympos
 Plausibus: erumpunt, caelumque fragoribus implent 375
 Magnanimi Proceres : patrios servare penates
 Arvaeque , et hoc monstro justos prohibere colonos
 Instaurant acies , rursumque et grandia cingunt
 Ora plaudis: eunt voces super aethera vastae ,
 Telaque densa cavas manibus mittuntur in auras . 380
 Ille videt , spectatque viros , atque horridus adstat .
 Olli armis fecere viam , trabibusque recisis
 Ponte dedere graves sylvarum in gurgite truncos ;
 Insonuitque palus , atrae gemuere lacunæ ,
 Et lita limosa maduerunt arbuta lymphæ . 385
 Quo' sonitu nemus omne strepit reboante ruinæ ,
 Et stagno retrahente sinum , redeunte lacunæ ,
 Murmura dant ripæ , summisque reverberat undis
 Lympha trabes ; virgulta super , cratesque , sedesque
 Coniiciunt, quod cuique viro datur urget in artem 390

MELEAGRIDOS LIBER II.

389

Ingenii pars quaeque sui; tum frondea lento
 Vimine texta ferunt, avibus nam plurima texta
 Agricolae posuere, quibus captare volucres
 Possent, Strymoniasque acies, raucasque phalanges;
 Quaeque aliae cultis segetem rimantur in arvis. 395

Haec Proceres, tantae queis non sunt praelia curae;

Tegmina diripiunt campis, cratesque cavatas
 In pontem cumulant, clausaque obtexitur undâ
 Ipse lacus, tenuemque juvat transire paludem.
 Ille ubi mille virosque ferox, mille arduaque arma 400
 Se penes adspexit, liquidis se se improbus undis
 Credidit, atque lacus, quâ parte minora sequuntur
 Flumina, pronus adit: telum Tegeaca virago,
 Dum natat, intorsit nervo, collumque superbi
 Fixit Apri jaculo, ferrumque sub aure reliquit. 405

Olli laetus amor primum dedit acer honorem.

Laetitiâ fremuere duo, Meleager et illa:

Invidere alii tantam muliebre secutum
 Esse decus laudem: tum sic Calydonius heros
 Primus ait: Quas, dia, feram tua praemia grates 410
 Ingentes, o fama virûm haud ignara priorum?
 Namque alio quo nam, Virgo, te nomine digner?
 Non tamen incassum pro me patiere laborem
 Quem tu cumque feres. Nam si victoria nobis
 Cesserit, obtestor, primo potiere trophaeo. 415

Ccc 3

390 B A S I N I I P A R M E N S I S

Haec ait: ille ferox ferrumque auremque cruentam
 Concutit, arboreosque acuit duo fulmina dentes,
 Et vasto sonitu natat hispidus, altaque pulsat
 Litora, setigeraque fluunt de corpore lymphae;
 Concurruntque viri, telisque urgentibus instant.
 Undique circuitum densâ fulsere catervâ,
 Nec potis ille viros medios perrumpere, nec fas.

Tum Pater omnipotens claro sublimis Olympo
 Pendentes terras, pelagique sonantia circum
 Litora despexit, nec non Calydonia regna.

At Trivia, ut videt genitorem in culmine mundi
 Stelliferi spectare Duces, mortaliaque arma,

En, ait, in quanto rerum spes cardine nobis
 Sit posita, et quo nam Superis fortuna recedat!
 Nec minus audaci magnum cum voce Parentem
 Adloquitur, dictisque suas erumpit in iras:

O Pater, o Superum genitor, tutorque Deorum:
 Nam quid enim restat me me implorare? subegit
 Femina semiviro jam nunc facilis Meleagro:
 Et merito: quid enim potui mortalia demens
 Arma pati? Lapitum ne genus miserabile Mavors
 Perdidit? Et valui Nioben cum prole superbam,
 Diis quamvis genitam, stygias demittere ad umbras.
 Jam satis atque super genitricem impune vagantem
 Per fieta, per terras vetuisse a fontibus ipsis,

420

425

430

435

440

MELEAGRIDOS LIBER II. 391

Nec natam toties crudelibus urere flammis,
 Quam peperit Latona, tuam, quae causa malorum,
 Summe Pater, quo dira virūm de sanguine proles
 Diis inimica tuis, detestatorque tuorum

Ille senex? Saevâ ne iterum de stirpe Lycaon

445

Alter agat magnis incognita crimina Divis,
 Stat ne genus periisse semel mortale sub undis,
 Omnipotens? Delos ne mihi firmando per aequor
 Altera restat adhuc? Nam quo me litore ponam
 Amplius? Ipsa Jovis magni Latonia virgo

450

Pellor ab Oenidâ: quis enim certaret amanti?

Da, genitor, si justa peto; si curâ tuorum
 Ulla manet, fera nostra viros posternat, et illum,
 Qui caput est, patriisque Duces excivit ab oris.

Talia jactabat furibundo pectore dicta.

455

Olli prima refert mundi sors ore venusto
 Iupiter, et fronti divinum inspirat honorem,
 Ambrosiosque Deae componit vertice crines
 Permulgens niveam flavâ cervice Dianam,
 Surgentemque levat dextrâ, firmatque rogantem.

460

Mox ait: O Virgo gelidi regina Lycei,
 Sit satis hoc animo Superūm placuisse Tonanti
 Hactenus, et Fatis; nam sic voluere Sorores,
 Saecula quae ferri deducunt vellere, et atro
 Stamine versatis rimantur tempora fusis.

465

392 BASINII PARMENSIS

Namque tibi referam cunctas ab origine causas
Urgentes, Parcasque, et ineluctabile Fatum.

Thestias, (ut nosti) quuma te, Lucina, vocaret
Enitens partu primis Meleagron in horis

Vidit adesse Deas Erebi de sede profectas

475

Fatali gemitu, moestisque horrere querelis,

Infantemque truces magno spectare tumultu;

Atque unam ra puisse manu flagrantis ab igni

Stipitis exiguum partem, verbisque, recepto

Torre, dedisse graves tali clamore furores:

475

Stipes, et iste Puer proprios servetur ad annos,

Et totidem subeat miseranda tempora vitae.

Audiit has voces genitrix miseranda cubili

Aure suo posita: celeres abiēre Sorores.

Illa tremens partu, magnoque labore resurgens

480

Corripuisse manu, torremque recentibus undis

Exstinxisse igni stridente miserrima fertur.

Custodit, servatque suo pro pignore torrem.

Sed nunc magna paro pro te, mea Nata, tibique

Subsidia ingenti auxilio: namque impia mater

485

Uret utrumque simul, torrem, gnatamque; nefandā

Clade dabis saevo nimium miseranda furori.

Ne dubita: promissa dies, ac debitus ordo

Quemque manet, sequiturque suum fortuna periculum.

Jam misero Meleagros erit laceratus in agro

490

Crastina quum medium lux alma accenderit orbem.

Dixerat. Illa Deum tremuit, Patremque potentem
Est confessa libens: vastum concussit Olympum
Nuninē terrifico Pater aegide pectora cinctus,
Terrigenas terrere solet quā mille gigantes.

495

Terribilis visu centum serpentibus Aegis

Fulta riget: populi arma viris, populi arma minantur,
Et caelata fremunt effuso sanguine bella.

Hinc furor, inde metus, animique insania caeci,
Et dolor, et rabies, et durum in vulnera lethum.

500

At Proceres, metuenda phalanx, rapidique molossi.

Circumstant, piceisque sonat nemus omne sub antris;

Tardaturque fugā multā, tantoque labore

Dirus Aper, nec ferre gradum valet ipse per hostes.

Olli armis animisque vigent, fremit inclyra ferrum

505

Turba; ruunt juvenes, sylvasque lacusque lacescant,

Tortaque tela volant, glomerataque saxa per auras.

Ille ubi mille viros, et mille sonantia circum

Arma videt, totas demum collectus in iras

In fremitusque ferox, Alcatique arduus altum

510

It femur, arboreosque vehit per viscera dentes.

Ties quoque Thalibio genitos praecone furentes,

Ingentemque Boram: cadit et temerarius Antheus

Dum velit auxilio miseris fore: tollitur ingens

Scilicet in scopulis concussa per ardua clamor.

515

D d d

Est locus, occurrit caelo quo plurimus alto
 Collis, et ingenti despectat vertice valles,
 Longus inaccessos convexa per avia calles.
 Vix ea concessa est suibus via, vix ea capris
 Est adeunda feris: adeo latera utraque pendent 520
 Interrupta situ: cupit hunc adscendere montem
 Dirus Aper, mediosque viros erumpere, et arces
 Umbriferas intrare, jugisque horrere repertis.
 Tum demum enitens mediis se se hostibus infest
 Speque metuque ferox, Pelagonaque sanguine largo 625
 Et Latagum domuit, ceciditque in vulnere magnus
 Hippolamon: periit positis Enisimus armis
 Hippocoontiades, docuit quem Cynthia quondam
 Venatus varios: sed non ars illa cadentem
 Sustinuit, mediâque miser raptatur arenâ. 530
 Pars jacit in tergum durum tela irrita vasto
 Verbere, nec pulso sequitur de corpore sanguis;
 Et tamen infixam collo videre sagittam
 Virginis, et totas juvenes accedit in iras
 Dulcis honos, tantae venturaque gloria famae. 535
 Emicat ante alios, et vasto robore pinum
 Viribus Oenides summis emittit: at instar
 Fulminis hasta gravi sonitu volat incita rauco
 Turbine per rigidos humeris languentibus armos;
 Ossaque fracta feri spinâ crepuere bisulcâ, 540

Ingeminatque potens lato duo vulnera ferro
 Guttore, perque cavas fauces venabula largo
 Sanguine commaculat, volvitque in pectore telum
 Arboreum. Ille gemens oculorum horrentior orbes
 Auget, humi versans ingentia terga; cadenti

§ 45.

Fit strepitus, quantum fluvii sonat unda Lygusti
 Quum Padeo ingenti casu de littore quercus
 Concidit, haud alio sonuerunt omnia pulsu.

Victor ibi ante alias, tantoque labore superbus
 Constitit in geminas alacris duo fulmina plantas § 50
 Arrecto capite, et socios adspectat ovantes,
 Ense manumque onerat violento, ac vulnerat hostem;
 Concurruntque viri, jactataque tela cruentant.

Ac velut invisum si quando Hetruria regem
 Infandas caedes molitum civibus olim § 55
 Saeva premit telis, justasque ab sanguine poenas
 Accipit, et lacerum fodiunt thoraca, feraeque
 Circumstant miseri morientia lumina gentes:
 Sic ruit horrendum in monstrum gens omnis, et arma
 Expediunt cuncti setosa in terga, virosque § 60
 Ferre juvat meritum postremo in fine laborem.

Nondum Phoebus equis medium calcabat Olympum;
 Ense cruentato fatur Calydonius heros.

Magnanimi o, audite, Viri quicumque secuti
 Subsidia, et laudum experti majoribus armis § 65
 D d d ,

396 B A S I N I I P A R M E N S I S

Olim; etsi mea facta, tamen sint splendida vestro
Auxilio , et nusquam virtus ~~mea~~ major haberi
Visa fuit ; gaudete, viri, juvenilibus ausis .
Stravimus iratae monstrum exitiale Diana,
Prodigiumque novum ; manibus jacet hortida nostris 570
Bellua , demeritasque dedit mihi Delia poenas ,
Quam propter damnum quarto jam gessimus anno.
Quare agite, et certos juvenes qui laeta reportent
Nuncia legatos patriam mittamus ad urbem ,
Sacra Jovique Pater, cunctisque ex ordine Divis 575
Instaurata ferat templis, et mactet honorem .
Interea nos magna virūm , quae plurima campo
Strata jacent , solitae mandemus corpora terrae ,
Quo tuto stygias possint Acherontis ad undas
Ferre pedem , et vano meriti decorentur honore. 580
Hoc agite, o Socii, primūm, mox deinde paterna
Tecta petamus , equosque simul , juvenesque levemus ,
Et comites curemus, ait ; neque corpora vestra
Debilitate, Viri: neque enim mihi caetera curae
Cara minus commissa, Duces , quām nostra videntur: 585
Ductorem neque ingratum frigere necesse est ,
Cui populi et procerum tanta est conversa juventus.
Dixit, et auratae vaginae in viscera retro
Crure tenus medio pendentem compulit ensem.
At puer aëreis Tydeus sub collibus errans 590

Quaerit Aprum ignarus, salusque per avia fertur,
 Ut qui se se animo speret majore tueri,
 Jam magis atque super veterum securus avorum,
 Magna movens animo primis monimenta sub annis
 Ibat, equumque alacrem laxis agitabat habenis. 595
 Hunc ubi magnanimus Nestor conspexit in armis,
 Unde emergis, ait, puerum pulcherrime Tydeu?
 Jam dudum crudelis Aper jacet; adspicet fratrem
 Magnanimum, praestantem animo ac virtute frementem.
 Obstupuit, doluitque Puer quod solus abesset, 600
 Germanumque superbus adit, velut altus Apollo
 Linquit ubi Lyciam et magnum Jovis intrat Olympum,
 Mavortemque petit perfusum sanguine fratrem.
 Haud aliter, si humana Deum componere summis
 Laudibus acta licet, nemorum per devia Tydeus 605
 Fertur, et ingentes animo metitur honores.
 Ecce autem auxilio patriis veniebat ab oris
 Amphitryoniades, cui jam comes arma ferebat
 Dira Philoctetes: humero tenus hirta leonis
 Tegmina, suffultumque latus mirandus et ingens 610
 Eminus ingreditur: tanto terrore movebat
 Ille pedem, et socios ter io quater ore vocabat.
 Audiit hunc primus longo Meleagrus ab agro;
 Obstupuit, magnoque virum rumore recepit,
 Obyius atque illum regali fronte salutat. 615
 D d d , 3

398 BASINII PARMENSIS

Salve, o vera Jovis proles fortissime rerum

Alcide: quae causa morae te tanta repostum

His tenuit sociis decus auxiliumque tuorum

Monstorum domitor? qui si virtute fuisses

Ipse tuâ poteras solum gestare trophyaeum .

620

Nam neque parva geris: cuncti te uno ore fatentur

Ingens obsidium monstris, hominumque salutem

Esse piam generi fama est: jam clarior armis

Gloria tanta tuae laudis, te, maxime rerum,

Omnis amor, pietasque tui jam tollit ad astra .

625

Verum, ut magna canam, tantis te laudibus offers

Magnanimo per bella Jovi, jam tantus in armis

Victor ubique pates; tantum tibi splendida famae

Adscivit fortuna gradum, quam nulla tacebit

Posteritas: atque usque adeo tua gloria crevit,

630

Ne nostris memorare quidem, Pater optime, verbis

Audeat hic animus. Quid enim numerare necesse est

Magnanimi tot bella viri, tot tela, tot arma?

Dixit, et amplexu juveni dedit oscula longo

Amphytrioniades: cunctos simul ille salutat

635

Thesea, Perithoumque comes: tum Castora dextrâ

Accipit: incedunt regali maxima passu

Corpora priscorum solitâ virtute virorum,

Informemque feram tali sermone requirit

Alcides: ubi prodigium, comes optime Theseu,

640

MELEAGRIDOS LIBER II. 399

Illud , age, et vestrum , Proceres, monstrate laborem .

- Dixerat : Aegides contra quem deinde secutus :
 Propter aquas jacet ictus Aper: conspexit et illum
 Ducentem calidos lacero pulmone cruoress
 Vedit arenosae Tyrinthius aggere ripae, 645
 Accessitque prior , teloque retexit acerbum
 Lumen . At ille etiam atque etiam sentire videtur ;
 Suspiratque tremens . Multi timuere jaceatrem ;
 At non Alcides: namque ultiro informe per herbas
 Protrahit horrendum turpi tellure cadaver , 650
 Miraturque animo tantam juvenile secutum
 Esse decus laudem , dictisque accendit amicis
 Oenidem : Non parva quidem tibi praemia tanti ;
 Inclite , sunt meriti : debent tibi multa refecti
 Agricolae , et primos laudum sortiris honores. 655
- Protinus aërios colles adscendere tendunt
 Abietibus similes socii , montemque per altum
 Funduntur : resoluta phalanx stetit omnis in altis
 Se sortita jugis ; nec non Calydonius heros
 Nunc hos , nunc illos duris hortatur in armis , 660
 Aere gravemque ciet luctans in dura bipennem
 Robora , et avulsâ vertit radice cupressos .
 Nec mora: praecipitant operas , ac jussa sequuntur
 Magnanimi proceres : sonat ictu sylva securis ,
 Ingentesque ruunt summis de montibus ornos; 665

400 BASINII PARMENSIS

Contextas statuere pyras, atque aggere summo
 Convectant gelidis conlapsa cadavera membris :
 Nec non more Patrum circum quater arma tulere ,
 Terramque, stratumque solum super usta dedere
 Corpora , praecepitesque rotas, currusque gementes ,
 Quadrijugesque citos , et equum spumantia frenis
 Ora secutorum famuli flexere virorum .

It gemitus juvenum caelo , lamentaque late
 Incursant plausâ geminata per ardua sylvâ,
 Languescitque nemus; singultibus insonat æther ;
 It vapor ad Superos : solem cava nubila condunt
 Obstrusum , totoque latet caligine caelo
 Jupiter , atque faces piceam super aethera nubem
 Paulatim evolvunt: credas tullure resolvi

Tartara: tantus apex flammorum in sidera fertur:
 Ardentesque viros, ambustaque membra sepulchris
 Ferre parant: unctos artus cadere alta pyram
 Flamma sinit subita , et cineres volvuntur inanes ;
 Vinaque pura cadis stridentibus insuper addunt
 Ossibus , atque sues jugulant in sacra , feruntque
 Inferiis miseris ; moestis plangoribus omne
 Flet nemus: ignis edax sylvas populatur acernas :
 Adduntur tumuli , et tumulis insignia figunt
 Armaque, fortuitos et acerbae mortis honores ,
 Ingentemque trahunt ululatum a pectore moesto :

679

675

680

685

690

Innocuae salvete Animaे, salvete supremum
 Aeternumque piae: Stygiam transite paludem,
 Elysios sperate locos, sperate reverti
 Rursus in humanos, fatis melioribus, artus:

Talia pro sociis proceres dum forte laborant, 695

Nuncius admonuit, jussitque accedere ad alta
 Atria, quae quondam nemorosis montibus ipse
 Rex hominum, et populi pastor Parthaone cretus
 Fecerat, et gratam requiem sperare solebat,

Sive per aestivas media intra moenia pestes 700

Pulsus ab urbe suis ageret convivia fagis,
 Venatus seu forte novos agitare liberet.

Nam perhibent, Calydon quamvis sit montibus altis

Imposita, innumeras in se traxisse paludes,

Stagnantesque lacus, et averna voragine vasta
 Flumina, et infectas utero exspirasse mephites.

Ergo marmoreum solium, sedesque superbas,

Auratasque fores, auro argentoque columnas,

Et solidas elephante trabes Rex maximus illis

Fecerat, et Steropes illic caelestia divum 710

Tecta bonus merita signis simulaverat arte:

Centum aditus, centum aere sonant stridentia verso

Ostia, centenis stridebat postibus aula,

Versaque cardinibus centum turbabat ahenis

Porta domum, et placidum rumpebat rauca soporem. 715

Eee

402 BASINII PARMENSIS

Roboris aeterni muros de marmore binis
 Turribus in caelum summisque minanibus astris ,
 Mirum opus et visu spectabile, mille columnis
 Porticus in vacuum mediâque reducitur aulâ.

Interiore loco virides pulcherrima pinus
 Ostentat ramos ; cujus de vertice largus
 Fons fluit , et lapides dejectis insuper undis
 Elicit , et placidos aestivo sidere somnos
 Suadet , et optatos diffundit mente sopores .

Nam labat in fluvium, glaucâque repullulat algâ
 Lympha recens , guttisque ciet cava saxa caducis.

Hoc ubi decrevit, proceres Calydonius heros
 Ire jubet subito , ne quis praecepta recuset ,
 Advertant gressus , pariterque in tecta recedant.

Tum duo magnanimi juvenes, quorum alter Amyclis, 730
 Alter ab Italiâ, Polluxque et Faunus ovantes

Inter se tali tandem sermone loquuntur ,
 Et prior haec Pollux: Italum vir maxime gentis ;
 Et Pico generate, decusque et gloria magnae
 Hesperiae, quanto mihi mens exardet amore

Venari, atque recens aliquid de montibus istis
 Ferre domum , et mecum socium te adscire per arces

Aërias , summoque plagas intendere monti!
 Si placet hoc, animoque sedet sententia caro,
 Linquamus socios omnes: nos nostra sequantur

720

725

735

740

MELEAGRIDOS LIBER II.

403

Auxilia, et jam nunc sylvis instemus opacis.

Cui contra Faunus: Jovis o clarissima proles,
 Venimus auxilio pulchram Calydonis ad urbem
 Ambo armis animisque simul in cuncta parati
 Obsequia, et magnum Oeniden per saeva secuti

Praelia, terribilemque ferae praeferre laborem,
 Ma gnaque sollicito perfecimus omne petenti
 Auxilium, merita et tanti nos fama laboris
 Adjuvat, ingratosque putet per secula nemo.

Nos, ventura manet nostros si tanta nepotes
 Fama, jubet fessos omnes Meleagrus ad alta
 Atria nos pariter gressus convertere, et isthic
 Lassa levare viros noctem, ne temae, futuram

Corpora: praeterea juvenes parere roganti
 Usque decet. Sic fatus erat: quem deinde secutus
 T yndarides: quin, Faune, tuae sententia menti
 Certa sedet; si quippe adeo? et parere velimus,
 Oenidem adloquimur, sociosque hortamur ovantes
 Nobiscum ut veniant. Tum sic Saturnius heros:

I que, redique celer, juvene nque adfare vagintem, 760
 Dum tempus sinit: Oenidae ut jussa sequamur
 Huc responsa refer; sed opus non plura referre
 Tum fuit: Oenides in coetus agmina totis
 Jussit adire locis, medio quorum ordine summo
 Sic fatur tumulo: Socii fortissima rerum

E e e 2

745

750

755

765

Pectora, magna nimique Duces, quando omnia magna
 Et debere reor vobis, et tanta recordor
 Subsidia, et vestrum tantâ virtute laborem;
 Venari si forte aliquos juvat, ire per altos
 Decrevi montes, sin, et cito tecta paterna
 Accelerare libet, vestris ego nempe paratus
 Obsequiis, in utrumque libens ego jussa capesso:
 Consulite; et mandate, viri: nec plura profudit.

Tum pater Alcides: Agedum, Meleagre, sequentes
 Duc per aperta viros, et corpora fessa labori
 Deme; patrisque domos, et tecta superba petamus.

Haec ait. Ecce autem per summa cacumina cervus
 Ante Notum, Zephyrumque fugit; prior ipse Melampus
 Vidit, et instanti similis fuit ore secutus
 Terga, fugamque feri latranti fauce fatigat.
 Nam pedibus nigris, variatâ fronte Melampus
 Primus erat, morsuque prior delusus iniquo est.
 At fera terrifico rapidos glomeratur in arcus
 Mota pedum sonitu, pulsataque verberat arva.
 Venerat auxilio placidâ nutritus in undâ
 Battalides pharetrâ exultans, facilique sagittâ:
 Non tamen ipse feram potuit fixisse volantem,
 Quamvis prona cavâ convellit tela pharetrâ.
 Illum tota phalanx primum risere minantem,
 Tollentemque iras, et inania verba moventem.

770

775

780

785

790

MELEAGRIDOS LIBER II

405

Amphiaraus ubi media intra septa receptam
 Vedit adesse feram, Phoebum cum voce precatur.
 Phoebe tui custos semper bone vatis Apollo,
 Da, Pater, emeritus mactâ virtute Sacerdos
 Hoc habeat; si fama tamen sit sternere cervum.

795

Dixit, et acta manu stetit ilibus acris arundo,
 Et cervum effuso pennata cruce volantem
 Infecit, largasque dedit fera sanguinis undas.

Non tulit Oenides imbellem errare per agros
 Amplius ipse feram totos, durumque tetendit
 Arcum, et lethificâ defixit arundine cervum.
 Labitur ille gemens letho, longamque reliquit
 Infelix animam, vitamque resolvit in auras.

800

Tum damas trepidas summis de montibus addunt
 In praedam, leporesque malos, capreasque fugaces,
 In ludumque viri timidos venantur onagros,
 Et septem tauros, non ulli armenta virorum
 Comissa, et solis in montibus orta, luposque,
 Ut voluit fortuna, duos: quin ursa per imas
 Errabat valles; lustris informis opacis
 Hanc Polyphemus agit, solusque per avia magnos
 Immittit passus, indignantemque prehendit,
 Evellitque solo: tum rauco in murmure fauces
 Corrigit obnixâ perstringens guttura dextrâ.

805

Ut sacer aetherio captum Jovis ales Olympo
 Eee 3

810

815

Suspendit leporem, pedibusque innexuit uncis
 Et caput et fauces, pendet pars maxima motis
 Curibus; haud aliter praedam Polyphemus ad ipsos
 Portabat socios, perluctantemque premebat.

Obscuruere viri; sed non Tyrintius heros: 820
 Quid si magna, duces, me vidissetis agentem
 Lernaeis modo monstra jugis, ferroque sequentem,
 Serpentique caput non enumerabile magnis
 Crescere vulneribus; vel me sylvis Erymanthi
 Tegaeam domitare feram? non Herculis ursos 825
 Dextra premit solum, verum rabida ora leonum;
 Prodigium quodcumque novum est nostra subegit.
 Oenide, excipio partas post horrida laudes
 Praelia, et accensae portenta perempta Diana.

Haec ait Alcides. Proceres rite ferentem, 830
 Prensantemque cavae fauces, et colla tenentem.

Haec ubi rapta, petunt Regis mirabile tectum
 Oeneos: ante canes, pedites post terga sequuntur:
 In medio Proceres sylvis referuntur ab altis,
 Oenidesque alias, juvenum pulcherius, ante 835
 Fulmineo gaudebat equo: quem mille secuti
 Auratis heroës equis, et tecta petebant,
 Et paeana duces, et te, Meleagre, canebant.

Ac veluti Lyciam rediit cum pulcher Apollo
 Delon adire parat, maternaque regna revisit, 840

- Circumstant pictis Agathyrsa coloribus illum
 Agmina : sic juvenis campo Meleagrus aperto
 Fertur , equumque alacrem , et spumantia substinet ora .
 Ergo ubi marmoreos adventavere penates ,
 Curat equos famulum manus , et jubet ordine stratis 845
 Cuncta parare thoris : pendent aulaea theatri
 Intenti , quae plura ferunt duo maxima capti
 Corpora Centauri , quos quondam Ixiōne natus
 Oenidae dederat belli monumenta vetusti .
 Et jam devexo sol inclinabat olympos , 850
 Quadrijugesque citos pelago tingebat Ibero .
 Dant strepitum cava tecta , vias alterna retexunt
 Agmina confusas ; largis mantilia mensis
 Expediunt ; nec non trepidi venere ministri ,
 Et liquidas manibus puro de gurgite lymphas 855
 Defundunt , summisque trahunt funalia tectis ,
 Dissimulantque diem positis laquearia lychnis .
 Tum cereris calathos , et viscera tosta frequentes ,
 Et flammis in aperta ferunt ; volat altus in auras
 Nidor : edunt Proceres , et cymbia spumea vertunt 860
 Felicis Bacchi donum , quo sanguis , et ipsae
 Sufficiunt vires , mentemque animumque resolvunt .
 Altera tum famuli plena statuere coronā
 Pocula , tresque dapes : neque enim patiuntur iniquum
 Esse aliquid : totidem primis , totidemque secundis , 865

468 BASINII PARMENSIS

Et mediis totidem mensas posuere secundas,
 Impositisque admunt alacres cerealia pomis
 Munera: tum fidibus , cytharâque insignis eburnâ
 Incipiens Helicops geminis orditur ab ursis.
 Ille virûm magnos Divûmque canebat honores: 870
 Ut Pater omnipotens vincis evinctus ahenis,
 Subsidio Thetidis Superos effugit inermis ,
 Junonemque ferox , Neptunum, et Pallada sprevit,
 Centimanumque pater claro prope vidit Olympo .
 Caelicolae Briarea vocant, hominesque vetustum 875
 Aegeona: canit Martem sub monte ligatum ,
 Vinctus ubi Haloidas , Otum , forremque Phialtem
 Carcere passus erat ; quamvis fera bella minatur .
 Forte datus letho jam tum Mars ipse fuisse
 Ni pia Mercurio, quod non solet esse, noverca 880
 Nunciet; is fratrem vincis furatus ahenis
 Solvit: ut infernum Regem Tyrinthius heros
 Mortua praedantem Pyliâque cadavera terrâ
 Defossa agressum percussit, et expulit acri
 Vulnera: ut in Caelum stygiis se sustulit alis 885
 Poeonis in gremium pulsura venena dolorem
 Accipiens Pluton. Risiit Jove natus ab illo
 Carmine; quin subitis vibrata tonitrua flammis
 Omnipotentis opus cytharâ monstrabat eburnâ;
 Quive sit aetherei Divûm fabricator Olympi, 890

M E L E A G R I D O S L I B E R I I . 409

Causaque cunctarum vigeat sine origine rerum.

Laetantur proceres arrectis auribus; ille

Ingeminat solitum digito redeunte tenorem,

Atque eadem repetit numero modulatus eodem.

Musae Olympiades caraे Jovis ista puellæ

89,

Perdocuere virum: placidas junxere choreas

Certatim juvenes; nec non Tegeaea virago

Oenidae ante oculos frontem deiecta modestam

Stabat, et ardenti miserum carpebat amorem.

Ille quidem fixos; quis enim seducat amantes?

Semper amans oculos adversâ in virgine habebat.

90,

F f f

BASINI PARMENSIS MELEAGRIDOS



L I B E R T E R T I V S :

Tum Pater omnipotens pictis discumbere mensis
Invitat Superos, et nectaris addit honorem,
Ambrosiamque novat, quae candida misceat Hebe;
Trojanusque puer, pedibus sacer abstulit uncis
Quem quondam Phrygiā raptum Jovis ales ab Idā,
Caelicolasque Pater cunctos ex ordine dulces
Jussit adire dapes. Cibus immortalis ubique
Nectaris, ambrosiaeque liquor fluit, aequa voluptas;
Aequa quies animis, nec non aeterna juventus
Stat sacrī renovata epulis; amor unus, et una
Cura Deūm manet hic, illic sedēre vocati
Dique, Deaeque simul, divinaque pocula dextris
Accipiunt, libantque dapes, animosque relaxant.
Ast ubi pulsa fames epulis, Rex magnus ab alto
Sic fatur solio: domus alta loquente Tyranno

10

15

MELEAGRIDOS LIBER III. 41

Nutat, et omne fretum placidis consedit in undis;
 Nubiferi posuere Noti, et tranquilla quiérunt
 Flumina: paulatim sylvae tacuere profundae,
 Et nemora, et montes, nec non caelestia regna.
 Junonem ille prior: namque haec intenta manebat 20
 Luminibus miranda novis, laterique sedebat.

Audite, o Superique omnes, tuque optima conjux
 Et soror, et magni Saturni prima propago,
 Et regina Deūm, nostrae sententia menti
 Quae sedeat, vestroque placet quid, discite, regi. 25
 Est mihi Latonae proles mea cura Diana,
 Quam mortale genus sacrâ Calydonis ab urbe
 Insequitur: neque enim meritum dignatur honorem
 Reddere: Rex Oeneus solvat tibi, Delia, poenas
 Actutum: per fratrias aquas, stygiamque paludem 30
 Obtestor, ripasque Erebi, lucumque severum,
 Et caligantes tetrâ fuligine sylvas.
 Solvet enim, caraequa dabit crudele Diana
 Supplicium; nec plura loquor: vos scire potestis
 Quisquis is est. Dixit. Contra quem talibus orsa 35
 Subsequitur Conjux, dictisque irritat amaris.

Heu, Conjux, heu, summe Deūm, quae gloria tandem
 Semper erit celare Deos, caramque sororem
 Consilia? et nunquam communibus omnia verbis
 Certa loqui? Quae causa Deo secreta tueri? 40
 F f f - 2

412 BASINII PARMENSIS

Nec fugit hoc mentem nostram tamen , ut precor: at tu
Mente tuâ obtectum serves ; nec plura requiro.
Hanc Pater omnipotens dictis affatur iniquis.

Parce , precor , Juno , tandem tibi nostra referri
Consilia , et quaecumque latent scitarier , oro. 45
Quae tu cumque potes , hominumque Deûmque videre
Aut praescire aliquis , prior haec , Germana , videbis .
Hunc adversa tuens fatur pulcherrima Juno.

Quale tibi verbum , Divûm pater , excidit ore !
Nam neque vestigo mentem , neque cuncta requiro; 50
Nec fas: sed certe timui ne Delia dicto
Praetereat tua corda , Pater. Sic fatur , at ille:
Sollicita , et nunquam vanûm saturata dolore ,
Non lateo te quippe , Soror ; tentare sed ultra
Desine : do veniam , neque enim indulgere licebit 55
Ulterius , submitte animos , expunge furorem .
Me sine , quae placeant , peragam , pulcherrimâ Juno ,
Ne tibi Caelicolae cuncti , si effundere contra
Auxilium libeat , valeant consistere et ipsi ,
Quum mea semianimem manus intractabilis angat . 60
Haec ait Omnipotens , timuit pulcherrima Juno.

Tum vero adsurgit coram Vulcanus , et infit:
Magna quidem , Divi , Superis discordia caepta est ,
Et crudele manet fatum , divina profecto
Consilia , exitium non evitabile cunctis . 65

MELA GRIDOS LIBER III. 413.

Si jubet humani generis discordia Divos
 Certare, atque epulis nostris exempta voluptas
 Pulsa cadet, si plura bonum pejora sequantur.
 Matrem ego jam moneo, quamvis ea cuncta videntem,
 Et patri meliora Jovi concedere testor 70
 Grata patri quaecumque velit, ne rursus, ut olim,
 Contendat genitor, dapibusque exarceat istis,
 Caelicolasque suos superis ab sedibus omnes
 Evertat; neque enim quisquam praestantior illo
 Viribus. Hunc, Genitrix, placidis affare loqueliſ, 75
 Et tenta mulcere: pater meliora Deorum
 Semper amat, magnique pius regnator Olympi.
 Sic fatus, duplēcēm pateram ab craterē levavit,
 Inque manus statuit genitricis, et ore locutus:
 Mater, age, et patiens, quamvis irata, quiesce, 80
 Ne caram videam pulsari lumine matrem,
 Neū possim auxilium meritae praestare roganti.
 Nam memini quondam, dum te juvisse labore,
 Me pede praecepitem summo deturbat Olympo,
 Perque diem longum summis labebar ab astris
 Usque cadens, parvusque mihi fuit halitus illic 85
 Quippe mihi et vires et non spirabile pectus,
 Quum cecidi in Lemnum. Risiit pulcherrima Juno,
 Accepitque manu pateram, et libata coronā
 Pocula vix tetigit summā: simul omnibus ille
 F f f 3 90

414 B A S I N I I P A R M E N S I S

Miscebat Superis, quamvis et claudus et asper,
Fundebatque libens, et crure lababat utroque.

Tum vero et dulcis risus per pectora Divis
Contigit: artificem postquam videre labore
Confectum, et satius ferro, massaque decorum:
Et Superi solucre choros, tectumque Tonantis
Deseruere, domumque suam se quisque recepit. 95

At Deus imbrapotens lectum concendit, ubi almus
Somnus adiret eum, propter quem candida Juno.
Nox erat, umbra polo terrae subjecta, silebant 100
Aequora, quum medio rapiuntur sidera caelo,
Et genus omne hominum pariter, pecudumque volantumque
Ingeminat toto conflatum corde soporem.
Omnis in egregiis juvenum manus omnia tectis
Corpora fundebant somnos per membra quietos,
Praecipueque thori stratis torpore levabat 105
Oenides curas omnes, placidusque jacebat.

Illum mollis Amor claro demissus Olymbo
Turbar, et implacidum fundit per membra soporem,
Datque levem juveni mentem, caecosque sub alto 110
Pectore dat stimulus, et inania somnia figit.
Ilicet insomnis animus raptatur ubique,
Ante oculos Atlanta suos, Atlanta per omnes
Visa vias, Atlantam absens exardet, et illam
Spectat, et insanum nutrit sub corde furorem, 115

MELEAGRIDOS LIBER III. 415

Pascitur et venis, caecâque cupidine vulnus.
 Tum vero gelidum ruperunt saeva soporem
 Somnia, et ingemuit, sensitque in pectore telum;
 Et riguos sudore artus, madefactaque membra,
 Terve quaterve furens isthuc jactavit et illuc. 120

Heu mihi quid facio! Quo me fera raptat imago
 Virginis! Unde sitis venit mihi tanta videndi!
 Sed vidisse parùm est; juvat heu! nec farier ausim;
 Exarsere faces animo mihi protinus imo,
 Nec spes ulla meos potis est arcere furores. 125

Ergo ego, quandoquidem thalami concessa facultas,
 Ingrediar, tantumque nefas patrare licebit.
 O, quae digna satis, potius mihi terra dehiscat;
 Quàm te tristis amor, quam te scelera ista secutum
 Arguat ulla dies: variant mihi singula mentem: 130

Hospitium violare nefas; data copia furto,
 Sola jacet: dubiusne trahor? quid cetera diget
 Turba ducum, comitumque manus? vim perfidus hospes
 Adtulit; o demens, quo te furor impius urget?
 Illa tibi dabitur; pone hos de pectore questus. 135

Hanc quoque vincit amor. Vidi fera lumina, vidi
 Signa, miser: sed ubi illa tamen? quo proripis, inquam:
 Dura nimis, Tegeaea, mane: Di pellite sensus
 Insanos. Somnusne mihi crudelia portat
 Vota, magique novas finxere in corde figuræ? 140

Talibus ardebat furiis agitatus , et atro
 Felle tumebat amor : neque erat rationis in illo
 Amplius illa viro quae vis usque optima quondam
 Fortis erat, fortemque animum , mentemque ferebat.
 Ter luctatus erat thalamum infestare puellae ,
 Ter pudor et virtus juvenem tenuere furentem,
 Surgentemque thoris, aditusque intrare volentem :
 Ter stetit in dubio quid agat , meneatne , petatne.
 Hac se raptat amor , pudor hac impugnat amorem.

Nec minus interea totis Atlanta medullis
 Uritur, et caecos servat sub corde furores
 Infelix ; summus stetit imis ossibus ardor ,
 Paulatimque animis cunctas effudit habenas.
 Nec minus Oenidae virtus sub mente recursat ,
 Magnaque facta viri : subit ira minantis , et Apro
 Instantis fesso , et juvenis ferientis imago ,
 Velocesque pedes meminit , repetitque , probatque ;
 Ut stupet egregiam faciem , crinesque decoros ,
 Ut subeunt oculi , venas est saeva morando
 Flamma suas : nequit expleri modo saucia mentem ;
 Usque gemens fremit insano correpta furore ,
 Nec se labentem , nec se cognoscit amantem ,
 Incertumque furit. Veluti cum candida viso
 Femina se tauro sylvis abduxit ab altis ,
 Procubuitque solo virides astrata per herbas ;

MELEAGRIDOS LIBER III. 417

Sub noctem repetit victrici fronte juvencam;
 Tum furor insanae miscet praecordia vaccae:
 Haud secus exustis, miserum! Tegeaea medullis
 Carpitur infelix, totoque furentis ab ore
 Ardescunt flammae: tanta s dolor aestuat intus. 170
 Quem simul ac nullâ potuit virtute morari,
 Luctarique, furens secum tali ore locuta est.
 Infelix animi Virgo, quae insaniam captam
 Vertit, ait, mentem? Quae vis stetit ossibus imis
 Ignea? Quos animos mihi das, scelerate Cupido? 175
 Et pereo, et fateor; teque, o pulcherrime rerum,
 Ante oculos, Meleagre, meos tua dicit imago.
 Cogis enim miseram, vel me Deus urit amando,
 Aut mihi nescio quid mali habent mea pectora: quid ni
 Solus amet; sed amemus, ait. Sic inscia Virgo: 180
 Sic lubet. Incipies igitur, supplexque rogando
 Tentabis? Juvat ire: utinam prior ille petisset,
 Aut me, aut nunquam sospes vidisset amantem.
 Forsan adorta nefas tantum committere nunquam
 Venisset, Meleagre, tibi. Mentem impulit error 185
 Quis novus iste mihi? Fortuna celerrima vertit
 Spes hominum. O nunquam saevae Calydonis ad urbem
 Venisset fatalis Aper! mihi si qua Deorum
 Numina justa forent, ego te, Meleagre, secuta
 Ter felix, quater heu felix! thalamoque viroque 190
 G g g

418 BASINII PARMENSIS

Ferrer, et ante Deas omnes, praeque omnibus una
 Fortunata forem. Juvat et meminisse profecto
 Quos habuit socios, tandem, quae maxima secum
 Vis comitum, quam saeva phalanx, cunctique securi
 Unum unà venere viri, quos inter iniquum 195
 Solus Aprum domuit. Quantum virtutis in ipso
 Instar erat! Sed enim pereat scelerata libido,
 Quam te, sancte Pudor, solvam, et muliebris in auras
 Ardor eat, quam te violem, veneranda modestae
 Fama Pudicitiae: quid enim brevis ista voluptas, 200
 Insanusve furor juvat? Et juvet usque; quid illud
 Dulce adeo tandem? Satis est potuisse juvari.
 Talia virgineo referebat pectore dicta.

Postera puniceo fundebat lumine montes,
 Fregerat atque polum stellis Aurora repulsit. 205
 Surrexere viri Theseus, Polyphemus, et ingens
 Alcides, Faunusque ferox, et pulcher Iason,
 Tyndaridaeque duo, nec non Calydonius heros.
 Cetera turba Ducum, et cuncti venere manipi
 Fontis apud ripas; et summo margine palmis 210
 Hausta cavis placido proceres lavit unda liquore,
 Et laetam circum lustrarunt somite Vestam,
 Vulcanumque patrem. Post hos Tegeaea virago
 Multa morata venit, juxta Machareia virgo,
 Cyreneque soror, et candida Lyriopoea. 215

M E L E A G R I D O S L I B E R I I I . 419

Qualis apud Cynthum linquit Diana cubile
 Purpureis Jove nata genis, mirandaque claro
 Diva choro, laetis gestit Latona videndo
 Pectoribus; sic magna tuam pulcherrima mentem
 Praetentat, Ceneū, patriis Atlanta medullis 220
 Usque sedens. Stupuit faciem Calydonius heros.
 Egregios ardens oculos dulcissima visu
 Ibat, et incessu miro, Dea ceu nova, frontem
 Sidereum ostentans, crines per colla fluentes
 Pendebant nodo; tum sic Calydonius heros. 225

Nuncia legati patriae Calydonis ad urbem
 Tempus adest adeant, certum nunc Oenea reddant:
 Nec plura effatur. Contra quem deinde secutus
 Maximus Aegides Theseus: Vir maxime, gentis
 Aetolae veterum haud unquam ignare virorum,
 Me sine ferre tui curam hanc, tantumque videto 230
 Cetera, et Alcidem socium comitemque capesso;
 Tydea quin etiam patriam ducamus ad urbem.

Haec ait; Alcides contra cui dicta remittit:
 Conscendamus equos: ego sum parere paratus. 235
 Vis, Tydeū, vis ne ire domum? Cui talibus infit
 Oenides Tydeus: Esto tua maxima cura
 Explorare, libens ego jam tua jussa capesso.
 Imperio parere tuo mihi certa potestas,
 Frater hic ipse velit tantum, qui major et annis 240
 G g g 2

420 BASINII PARMENSIS

Et virtute viget. Contra quem talibus Heros:

Vive, puer memorande diu; tua magna futura est
Vis animi: nosco mentem, venturaque bella,
Egregiasque viri laudes; si forte juventam
Adtigeris (quod Di jubeant), non corpore tanto, 245
Quo frater, sublimis eris; sed magna profecto
Te tua, ni fallor, tollet super aethera virtus.

Tum vero pueri totis stetit igneus ardor
Ossibus, et quae sit talis fortuna requirit,
Quisve labor tantum cupido concedat honorem. 250
Tum fratris stetit ante pedes, et talibus orsus:

Germane, Alcidem ne sequar vis, care, tuumque
Thesea? Venatu neque enim indulgere juvabit.
Crastinus aethereum quum sol concenderit axem.

Infelix germanus ait: pulcherrime Tydeū,
Vade meique tuique memor, caroque parenti
Obsequere, optatamque animis infunde quietem,
Et matrem solare piam, placidasque sorores
Adloquere; et memora primū ut Nonacia virgo
Fixit aprum, caput et digno mereatur honore. 260

Vix ea. Quadrupedes frenatis oribus aurum
Mandentes ducunt famuli; micat ignis apertis
Naribus et flamas emittunt ore, coloremque,
Et madidas sudore jubas, et lata sonanti
Pectora plausa manu, tergoque sedile bisulco 265

Adjiciunt curru : veniunt sublimis in altos
 Alcides Thebanus equos , et Pittheius heros ,
 Et puer Oenides, sequitur quos paucus anhelis
 Miles equis, laetique citis vectantur habenis ,
 Et multa inter se juvenes sermone ferebant . 279

At puer Oenides famam , summosque labores
 Magnanimi Alcidae quaerit, gaudetque loquendo ;
 Et stupet auditis. Narrat Tyriathius olli
 Lernaeas fauces , et ut innumerabilis ordo
 Defecit capitum ; quantâ virtute leonem 275
 Elysium domuit; ceryam quo denique eurus
 Defessam rigidâ defixit arundine; qualem
 Geryonem aeternae dederit per vulnera famae ;
 Ut Trojam paucis nuper dejecerit urbem
 Navibus , et meritas scelerato a sanguine poenas 280
 Sumserit , infernumque canem , mirabile fatu !
 Traxerit aethereas Superorum vitor ad auras .

Interea comites magnus Meleagrus aperto
 Adloquitur campo, coëunt quo plurima totis
 Laeta manus telis, tumulo sic orsus ab alto. 285

O fidi comites , quoniam virtutis honorem
 Quaerimus , et quae sit recti mihi conscientia virtus ,
 Nunc vestris versate animis si praemia digna
 Constituam, et merito reddam sua munera tanto :
 Itur ad horrendum monstrum , ferroque jacentem , 290
 G g g 3

422 BASINII PARMENSIS

Ut vidistis, Aprum: procul, hinc procul omnis abesto
 Invidia, o Socii; certa est sententia magnae
 Atlantae praebere caput; nam prima cruento
 Fixit Aprum jaculo, ferrumque sub aure reliquit;
 Nunc habeat partesque meas, habeatque laborem 295
 Prima suum: vos digna manent majoraque dona.
 Namque ego perpetuo referam celata metallo
 Pocula, et argento solida, ex auroque rigentes
 Vestes, et galeas, enses, thoracas, et arma,
 Ne dubitate, dabo; liceat modo magna referre 300
 Munera, fas etiam pro virgine justa fovere.

Haec ait Oenides: alii invidere, decusque
 Immortale animis stimulo doluere maligno:
 Sola ferat tantam media inter millia laudem
 Femina, tristitiae cunctis heroibus omni est. 305

Hic vero adtonitis surrexit avunculus ultro
 Infelix animis mediâ Plexippus arenâ,
 Atque ita, Di magni! quae te, Meleagre, procella
 Insanis agitat ventis, ait? Unde futurae
 Indolis effigies caro sperata parenti 310
 Te fallit, genitorem etiam, sociosque fideles;
 Et matrem, miserande, tuam, meque omnibus, unum
 Quem colere, et magnis ausus super aethera dictis
 Te mage, da veniam vero, precor, addere, quum me
 Spe tantâ tollebat humo tua dextra feroci 315

Freta animo quum Thessalicis exire latebris
 Centauros cogebat, erat tua gloria major,
 Quàm puerò natura daret: quin ocius istam
 Exue, si vana est animis sententia, mentem.
 Quòd si nulla manet tantae te gloria famae,
 Perithoo, aut cuiquam magno concede virorum
 Praemia tanta, decusque tuo ne deme labori.

Vix ea Thestiades: surgit Calydonius heros
 Indignantem animum excutiens; quatit ira frementem;

Luctanti tum mente dolor stetit, atra sub alto 320

Ira voluta animo, caecaeque insania mentis,
 Prae cunctis furibundus amor; tum vertice crinis
 Horruit, et quamquam ferro irrupisse juvabat,
 Abstinuit tamen incepto, longeque refugit,

Atque movens cervice comas, oculosque minantes, 330
 Ardentesque sinu lacrymis paulisper obortis
 Evolvens acies, saevâ sic voce profatur.

Plexippe, ingentes animos, an verba loquaci
 Digna viro usque feram? Non me pietatis imago

Ulla movet: desiste, precor, sperare futuris 335

Laudibus egregium decus, et virtutis honorem,
 Difficilemque aditu laudem, quam solus habere,
 Solus adire paras: famae te fidere nostrae
 Parce, precor, patremque meum permitte juvari
 Laude meâ, et matrem; nec te dementia praeceps

424 BASINII PARMENSIS

Ambiat incautum: magno concede virorum
 Oenidae, cuiquam dicis, Plexippe, tibine
 Maxime vir comitum? neque enim majore tumuku
 Vesanâve fuit lingua praestantior ullus:
 Quem neque venantem, neque Aprum clamore sequentem 345
 Vidimus: indignum usque adeo si femina laudem
 Hanc habet, et primâ meruit quae plura sagittâ?
 I procul in tenebras, hominum ne vise cohortes,
 Neû pete conspectus magnorum, ignave, virorum.
 Perithoum invidiâ neque enim praeponere nobis, 350
 Nec merita obiectare mihi, sociumque fidelem
 Audeat hic quisquam: demum, me nulla videbit
 Immorem, Plexippe, dies meritique, locique,
 Perithoique mei; quo turbine maximus hastam
 Torserit, invitatis quamvis tamen omnia Divis. 355
 Sed meminisse nefas Tegeaeae Virginis; illa
 Scilicet extimuit? teque o Plexippe, secuta est
 Per latebras, densumque nemus? date praemia, quaeso,
 Magnanimi proceres: fateor meruisse, nec ullus
 Arguat; illum ipsum vidi, stupuique videndo 360
 Dum sequeretur Aprum, plantis pernicibus ultro
 Praeteriit, vicitque feram: verba ulla referre,
 Verba referre aliqua est animus tibi pulse? fugaces
 Hoc meruere pedes, ventosaque lingua nefandi
 Adjutrix sceleris, ingrataque cura nocendi, 365

MELEAGRIDOS LIBER III.

425

Reddendi nec justa bonis. Sic saevus, et atrox
Increpat adtonitum dictis Meléagros acerbis
Arripotens Calydonis honos, juvenisque superbos.

Hic vero ante alios surgit Neleius heros
Hortator Pyliae gentis, monitorque suorum
Nestor; ab ore viri divino nectare verba
Dulcia melle magis, nivis instar ab ordine lapsae;
Quam nullo ad terras demittunt nubila vento,
In seriem veniunt; tollens tum brachia caelo
Heros, nam placidum versabat in omnia vultum: 370
Hei mihi, quippe novus Parthaonis occupat urbem
Luctus, et extremum miseram Calydonia fatigat!

Hoc velit, et vestris laetetur Delia verbis:
Gaudeat o nimium tandem certamina vestra
Audierit si forte viri Latonia virgo: 380
Estis enim insignes ambo, et virtute decori.
Sed tamen et vobis olim mage fortibus armis
Esse virum comitem memini me: namque videbo
Quando aliquos tales? qualem vidisse recordor
Caeneaque, Exadiōnque, aequumque Deo Polyphemum; 385
Aegeaque, Sthenelumque, Dryantaque, maxima quondam
Corpora, qui fortes fuerant, durumque solebant
Montivagis certare feris, saevosque premebant
Nubigenas, quos terribili cum caede sacrarant
Fata suis telis; comes his ego bella gerebam, 390
H h h

Atque meâ pugnare libens pro laude volebam.

A patriâ quin sede Pylo procul urbe profectus
Longinquâ tellure volens, sociumque vocabant
Magnanimi proceres, ulti et parere volebant.

Vos quoque, si fas est, mihi jam parete; nec ipse

395

Contendas juveni praedurus avunculus: at tu

Parce tuae menti, et materni sanguinis altum

Commaculare genus: quod sis praestantior armis,

Et major virtute suâ, pater hoc tibi Divum

Concessit, junctumque parens tua sanguine, et olli

400

Conjunxit, generisque sui pietate subegit.

Tuque prior, quem longa movet melioribus aetatis

Consiliis, et multa dies, desiste superbo

Cuncta negare viro: juvenes pejora sequuntur

Quos animus juvat impatiens: tu durior annis

405

Indulge juveni, nec praemia tanta volenti

Tradere, deme illi; sive haec meruisse feretur

Per gentes, sive hoc illi tribuisse: quid oro

Usque adeo egregium tandem? sed parce tumultu;

Parce, decet: sit fas juveni sua dona referre

410

Quae meruit, liceatque suo medeatur amori.

Dicam equidem, veniamque dabis, Meleagre, nec illud

Me fecisse nego: memini, et meminisse juvat me

Indulsisse animo. Dixit Neleus heros

Nestor. Et hunc contra fatur Plexippus, et imis

415

MELEAGRIDOS LIBER III. 427

Dat gemitus animis, atque haec super ore profudit.

Vera mones, fateor; cunctos superare sed iste
Vult socios, parere nihil, nec jussa paterna
Ulla sequi, dubius mihi quem commiserat Oeneus,
Et genitrix miseranda simul: supereminet omnes 420
Is comites. Nec plura sinit Calydonius heros.

Infelix essem certe, nullusque vocarer,
Dixit, et adsurgit (neque enim surrexerat ante),
Parerem si forte tibi, Plexippe; nec ultra
Verba cano: experiere manu, si forte juvabit. 425
Talibus adversi jactabant singula dictis.

Ecce autem aethereo celeris remeabat Olympo
Delia lapsa Noto, nymbisque accinta serenis:
Olli operans longe Zephyrum adspirabat Apollo.
Illa volans venit, et terrae defertur ad ima,
Infernaque movet tenebras, ciet ostia magni
Ditis, et impulso crepuerunt cardine postes,
Cerberus et rauco strepitu sua protulit ora
Implicitos quatiens furibunda sub ora colubros,
Sibila colla movens latranti terruit omnem 435
Murmure circuitum; tum faucibus anxia ternis
Guttura terna ferox summo tenus extulit antro.

Caeruleus veluti pressus quam limite serpens
Laesus humi jacuit jactu lacer, inde repente
Tollit humo capita, et vanum dat in aëre gyrum,
H h h 2 440

423 BASINII PARMENTI

Sic Canis infernus crudelia voce trifaci.
 Ora Deam versus flexit, victusque resedit.
 Tum grandes lacrymarum amnes qui flumine largo
 Perpetuum fundunt; animae, vitaeque volucres
 Desivere graves poenas, et pendere longum. 445
 Supplicium, tantumque mali; cunctaque fuere.
 Immunes scelerum: tantum Dea profuit ollis!
 Constitit Ixion, et ventos pressit inanes;
 Tantalus hausit aquas; Tityi posuere volucres,
 Vultur et immanis rostro cessavit aduncus; 450
 Sisyphus obstupuit, saxumque immane reliquit
 Nescius, et tenues umbrae per inania Ditis.
 Atria devolitant. Judex Rhadamanthus euntes
 Obstupuit populos: Minos non invenit urnam;
 Aeacus ignorat causas, animasque ruentes. 455
 Cogit, et aeterno concludit carcere sontes.
 Nulla ibi vox hominum sonat, et stant omnia densae
 Caeca super tenebrae: tacet hic aeterna cadens nox.
 Exitus hinc nullus, aditus per mille recentes.
 Fertque, trahitque vias tristes sub Tartara Manes; 460
 Hic Reges, saevique luunt commissa Tyranni.
 Impia, et infelix pollutâ veste Sacerdos,
 Miles et injustas caedes et funera solvit.
 Egregias patitur poenas qui funditus urbes.
 Evertit, seu Templa Deum crudeliter ussit. 465

MELEAGRIDOS LIBER III. 429

Supplicia injusti nimium patiuntur avari,
 Quique fidem, et vanâ violârunt foedera lingua.
 Di tales auferte pîs per saecula poenas.
 Omnia quae postquam vidi Latonia monstra,
 Talibus adloquitur diram Dea saeva Megaera;
 Quam Noctem generâsse ferunt, cui tristitia semper
 Facta, minae, variique dolis curaeque profanae.
 Sunt animis, fraudesque malae, causaeque nocendi.
 Adsiduâque Deae miscentur pectora poenâ,
 Haud potuit latuisse furor; Divamque nitentem
 Ut vidi, cecidere animi, tum mente superbâ.
 Invidiam infelix venas dispersit in omnes,
 Ore vomens nigrum fellis cum tabe venenum;
 Viperosque gerens scelerato in vertice crines.
 I, decus inferni, si qua est ea certa barathri
 Gloria, vade mali inventrix, seclerumque magistra,
 Praecipi te tolle Noto, juvenemque superbum.
 Oeneo egregio natum perfunde furore,
 Inspiresque tuis unum de sotibus angusti.
 Maternos accende animos, te adcinge nefandis
 Althaem versare dolis, fratresque Parentis
 Interimat, si justa peto te: triste nocendi.
 Tempus adest: irae occoptae, et discordia demens
 Aegrescit, superatque modum. Nec plura locuta
 Deserit infernos Manes, Noctemque reliquit,
 H h h 3

470

475

480

485

490

430 B A S I N I I P A R M E N S I S

Oceanoque lavit flavos Dictynna capillos,
Verticibusque vagis clarum conscendit Olympum.

Nec mora: praecipiti tristis Dea lapsa volatu
Deserit Infernosque lacus, Stygiamque paludem,
Cocytionque luto mixtum, Phlegetontis et undam 495
Sulphuream; tum tartareas Acherontis arenas,
Fumiferam linquens tetrâ caligine Noctem,
Evolat: horrifici sonuerunt crinibus angues.
Eque aditu comites secum Luctumque, Dolumque,
Languentemque Famem, Lethum, Rabiemque, Metumque 500
Evocat: ipse Furor sequitur, dominamque volantem
Aequat: cunct pariter Dolor et Timor, et mala mentis
Gaudia, et aethereas victrix emersit in auras.
Conspicit armatos proceres, campumque frequenti
Concursu obsessum, nullique videnda per auras 505
Diva furens, sic magnanimum, qui primus anhelio
Stabat equo, Oenidem adspectans est ore locuta.

En quem fatiferae potuissent perdere Parcae
Infantem, nî saeva parens vetuisset; at ipsa
Anguibus impexis non fuso dira Megaera 510
Perfecit. Sic fata, premit vocemque, pedemque,
Et jacit infelix unum de crinibus anguem
Pectus in attonitum juvenis, quem fixit; at ille
Itque reditque cavas labefacta per ossa medullas.

Hinc Dea lapsa cito moestae Calydonis ad urbem 515

MELEAGRIDOS LIBER III 431

Sistitur, unde foret tempus nactura nocendi,
Delituitque locis, et opaco obscura recessu
Certa suum natum cupiat Althaea nefandis
Circumventa dolis stygias demittere ad umbras:

Interea proceres, nec non Acheloius heros 520
Adventare locum, quo maximus occubat hostis,
Incipiunt, longaque solum densare catervâ,
Et clamore vias implet: velut aethere in alto
Constrepuestrâ grues, pontum si forte feruntur
Trans gelidum, et longae glomerantur in agmine turbæ 525
Pigmaeis mala fata viris, mortemque ferentes;
Cygnorumve solet compelli ad littora nubes;
Sicut apes labor unus agit concurrere, et almis
Tecta replere favis; aut cum formica repertum
Trudit onus, segnesque moras abjectat, et urget, 530
Fervet ager, nigrasque acies dux una laboris
Cogit, eunt comites; sic longo exercitus arvo
Fertur, et ingenti strepitu sonat arida tellus.
Nec mora: triste caput secat ense, et habere cruentum
Imperat infelix magnæ Caeneida famæ 535
Praemia. Thestiades hominem ut gestare superbum
Vidit onus solum, furibundo est ore locutus.

Dic age, dic mulier, quae te fiducia vertit,
Femina et una viris tu ne his de mille triumphes?
Non patiar, non si ipse manu, non si ipse cadendum 540

432 BASINII PARMENSIS

Esse rear: tantum mulier malesana tropheum
 Pone caput, nostru^mque Decus: te pensa canistris,
 Bella manu gississe virus decet: adspice vultus
 Victa meos; concede viris, Caenei, furori
 Parce tuo; experiere manu si forte juvabit;
 Usque adeo crudele mori? quo se ira, furorque
 Conferet, o socii? quid aget ferroque, manuque
 Tandem, ait, Oenides? nec dum tamen ista locutus
 Arripit egregium munus, terraeque volatum
 Adplicat, et pedibus foedum, multoque reliquit
 Pulvere turpatum: nec amor sceleratus habebit
 Praemia, nec Proceres, nec tu Meleagre: quid autem
 Me spectas crudelis, ait? quem more dolosae
 Felis agit rabies: armis dum territat altos
 Scilicet ignoscam scopulos; sed terreat, oro,
 Qui metuent: me nulla dies dare terga furenti
 Arguet; illud Aprum quem me fugisse fatetur
 Faxo jam taceat scelus, et mea facta fugaei
 Digna viro accipiat; virtus tua scilicet unquam
 Nos timidos faciet. Lachrymas Tegeaea virago
 Tersit, et Oenidae flexit spectantis ad ora
 Lumina, sidereosque oculos afficit honore,
 Et niveae maduere genae, largusque per ora
 Imber iit; Tyrio veluti violarit in ostro
 Femina ebur niveis perfundit Punica lignis

545

550

555

560

565

Unda figurarum solidum varians elephantum.
 Hanc faciem ut vidit violarier Oenius heros
 Protinus indomitas juvenis malesanus in iras
 Arsit, et atra viro rabies sub pectore jacta
 Volvitur: exsuperant furiali crine dolores, 570
 Et tremulis scintillae oculis ardere repente
 Sunt visae, simul arma simul capit, atque ita summum
 Aethera testatur: Scelus hoc, pater optime Divum,
 Efficio, agnoscoque nefas: Plexippe, decorum
 Munus habe: cedo arma viro: tibi praemia digna 575
 Do; cape: et hasta sonans saevo librata lacerto
 Ingeminatque virum, madidaque infixit arenâ
 Trajectum, et misero discussit pectora ferro.
 Olli indignantes oculos, et lumina sepsit
 Somnus, et ignavâ damnavit membra quiete, 580
 Vitaque tartareas fugiens accessit ad umbras.
 Toxeâ tum memorant perfusum sanguine fratris
 Arma nefanda manu, et diras hausisse sagittas,
 Nec non et varios, humero quos gesserat, arcus
 Adposuisse genu, et nervo flexisse sonoro. 585
 Aurea compositâ fertur capita aequa sagitta;
 Arcum laeva manus, laevam cita dextra papillam
 Hastaque prima manumque simul, nervumque sonantem
 Contigit, at laevamque volans, arcumque sagittae
 Cuspis, et horriferas it stridula missa per auras. 590
 I i i

Non tamen illa virum tetigit, prolapsaque nigri
 Pectora fixit equi: sanguis per crura Melippi
 Funditur, arrecto quadrupes se pectore tollit,
 Excussitque jubas: saltum Calydonius heros
 Dat terrae ingentem: sonuit sub pondere tellus; 595
 Arma ferebat enim, gravidum thoraca, cavamque
 Cum cono galeam, quam vix Leucolenus ante
 Portarat juvenis, saevi quem dentibus Apri.
 Parca dati stygias lethi demisit ad umbras.
 Quem contra infelix Toxeus miserandus et amens 600
 Dum ruit incautus ferro dat pectus acuto,
 Et resupinus humi vitam cum sanguine in auras
 Solvit, et aeternam germano ad tartara noctem
 It comes, et culpae socius, generisque.

Legati interea muris, urbique propinquant 605
 Maximus Alcides, Theseus, et pulcher in armis
 Oenides Tydeus, et equis portantur anhelis.
 Jamque adventabant portai ad limina Sceae,
 Quum citus aëriam concendit nuncius arcem
 Advenisse monens sylvis heroas ab altis. 610

Laetitiâ incensus, patrio et percussum amore
 Rex ait: aeterni patriae salvete Penates
 Et natum purgate meum, si forte Diana
 Numina non coluit, piget incoepitque malique.
 Quicquid inexhaustum superest, concedite tangi 615

Criminis, obstetor: tuque o Latonia virgo,
 Sis melior, felixque, precor: tibi thura, focosque
 Ignibus exstructos positis adolebimus aris.

Dixerat; Alcidesque manu, Theseusque sinistrâ
 Tydea deducunt earo ad sublimia patri 620

Tecta simul medium: vidit Parthaone cretus
 Egregiam pueri faciem, vultusque serenos,
 Et tacito gaudens pro nato corde recepto
 Accepit trepidus solio rex altus acerno.

Haec prior Alcides: Salve, o justissime regum; 625
 Salve iterum: ipse tuus primis Meleagrus ab annis
 Stravit Aprum, et tandem meruit cum laude tropheum:
 Quare age, namque decet, saevae dare thura Dianaee
 Prima jube, longosque Deae ne temne furores.
 Opprire tamen natum, qui talibus ausis
 Straverit iratae monstrum exitiale Dianaee.

Dixit. At ille lubens: Animo carissima nostro
 Sunt tua dicta, refert: sed tu, pulcherrime Tydeū,
 Venato indulgens tanto, nullosne fugasti
 Fortis apros? damasne plagis? Sine cetera aperte 635
 Percunctor: leporesne malos? cervosque fugaces,
 An capreas saltem? Sed enim, carissime Tydeū,
 Te capio, amplectorque libens. At filius olli
 Talia dicta refert, placitâque ita voce profatur.

Indomitos mihi tradis equos, pater optime, quos non 640
 I i i 2

436 BASINII PARMENSIS

Flectere, nec validis possum convertere frenis,
 Nec damas, nec apros, saevos nec monte leones
 Arbitrio turbare meo licet: ergo ego nullum
 Praedae munus ago. Risi Tyrinthius heros,
 Aegidesque simul, nec non Parthaone cretus.
 Tum regem Alcides dictis ita tollit amicis.

645

Militiaeque, domique potens puer iste profecto
 Semper erit: nosco mentem, venturaque bella,
 Digna viro jam facta capit: mille ipse labores
 Scire meos voluit: virtus movet aemula mentem,
 Accenditque animos. Gaude Parthaone nate,
 Clarus et alter enim, sed non hic corpore tanto,
 Major erit virtute tamen: felicia spes
 Regna, Pater; nam nec te quisquam impune lacesset
 Hostis, et arma feret nemo in tua regna, supersint
 Incolumes modo magnanimi duo pignora nati.

650

Annuit his Oeneus; et sic: Di talia faxint
 Eveniant, ut rere, precor; nec plura. Deorum
 Indicit genitor sacros imponere honores,
 Sacratisque jubet epulas superaddere mensis:
 Et totis delubra aditis adolere vapore
 Divino: et primū largos jam thuris acervos
 Latonae, atque Iovis meritis dare filiae aris
 Imperat, et saevam votis placare Dianam.
 Principiò dant thura focis, taedasque ministrant

655

660

665

Ignibus, atque aras tibi tres, Dictynna, Patrique
Ingentem taurum; taurum tibi, sancta Minerva,
Mercurio vitulum; tibi tres, Victoria, tauros.

Ante solum, atque aras fusi cecidere juvenci,
Aethiopum quos mactat Eryx, qui maximus illo

670

Tempore doctus erat sacris adhibere Deorum

Numina: namque ferunt hos religiosa dedisse

Vota prius templis; hos et docuisse colendos

Esse Deos gentes alias. Ergo ille juvencum

Viscera tergoribus spoliare jubebat, et inter

675

Cornua fundebat salsae duo cymbia frugis,

Primitias sacri; mora nec tenet ulla ministros,

Adcelerant, mactantque boves, cultrisque cruentem

Rimantur, fibrasque notant, et terga resectis

Diripiunt costis: tum frusta cruenta secabant;

680

Inque duas partes celeres divisa trahabant.

Pars secat a femore in geminas per pinguia partes

Viscera, quinque manu juvenes, sacrique ministri

Exta rotant, dulcique aras nidore vaporant.

Libabat genitor pateris spumantibus almo

585

Dulcia dona mero, puroque ardebat in auro

Nectare dulce magis Sileni munus alumni.

Tum super imperio multum rimatus anhelans

Poscebat fibras: nihil illi fiora, nec aerae,

Nec prosunt vates: adeo Fortuna recusat

690

I i i 3

Adspirare malis , postquam concessit in auras
 Adversas , et terga datis dedit aspera Fatis .
 Porsan et ingratum Numen cum voce precatur
 Inscius , et geminas tollebat ad aethera palmas .
 Quum citus aëriam concendit nuncius arcem .
 Sollicitans moestum Divum ante altaria regem ,
 Qui facinus denudat atrox , clade mqne peractam
 Thestiadum . Ille autem stupuit , miseramque trahendo
 Deformat barbam , defoedat pectora pugnis ,
 Et canos lacerat crines , moestosque repressit
 Infelix animos , quid agat Fortuna , Deusque
 Mente movens tacita , subitas accensus in iras
 Infandum effatur tremulâ cum voce , gemitque .

Usque adeo ne ingrata mihi sunt Numina curae ,
 Qui Superos , hominumque echo , regemque Deorum ,
 Quos nunquam rear esse Deos : nam talia nunquam
 Adspicerent , traherentque meum in crudelia natum
 Suppicia ; et mortes miseras , clademque nefandam
 Solveret infelix ! En quem Tyrintius heros
 Aequabat caelo , quem Di fecere potentem !
 O quae digna satis misero mihi terra dehiscat !
 Quin pereo ? manesque volens delabor ad imos ;
 Invisamque animam jam nunc ego reddere in auras ,
 Hanc animam exhalare libens crudelibus opto
 Suppliciis . Sic fatus erat : rapuere cadentem ,

695

700

705

710

715

Conlapsumque intra regalia tecta reportant
 Praecipites famuli, et curas solantur heriles.
 Accepit gematum regis moestissimam conjux,
 Et lamenta viri: cecidit misera ante penates,
 Infelix, et saeva malum cui triste Megaera. 720
 Infixit lapsae, crinemque infudit Echidnae.
 Quo monstrum furibunda comas abscidit, et ultro
 Lugubres induita habitus stetit ante mariti.
 Ora; nec ille nefas audet narrare, nec illa:
 Quaerere: tantus habet miserorum pectora luctus! 725
 At postquam edocta est, fraternaque vulnera moestos.
 Ante oculos data sunt, lacrymae posuere profusae,
 Sed dolor ignescit, magnisque in mente furores.
 Concipit, in dubiumque rapi se sentit, et horret;
 Horret enim, stimulatque furor, sequiturque dolorem, 730
 In pejora cadens semper, torremque malignum.
 Servatum in facinus latebris abducit ab imis,
 Certa suum natum letho dare, certa furem.
 Explere, et miseram renovare in funera cladem.
 Tum sic in tenebris secum regina locuta est. 735
 Audite, Eumenides dirae, tuque atra Megaera,
 Et vultus adverte tuos; tuque ira Deorum
 Tisiphone, et Rabies, et amor scelerate nocendi,
 Ulciscor fratresque meos, natumque nefandâ
 Caede repente sequar: pereat domus impia mecum; 740

Inferias sentite meas, miserabile fratres
 Officium, vo bis poenas dabit ille: quis ille?
 Natus, an hostis erit? Natus: tamen exue tales
 Infelix animos: mentem quin deicis istam,
 Cur male quem peperi volui te tollere mater? 745
 Si tu supplicium quondam fatale dedisses,
 Crudelis, quem cara parens servârat acerbis
 Funeribus rapiens, ego te, scelerate, dedissem
 Montanis canibus laniandum corpus, in altas
 Mittere te sylvas potuissem, et demere luci 750
 Immeritum: quocumque animum mea fata vocâssent
 Prosequerer; neque enim fas est damnare, quòd olim
 Eripui letho pignus crudele parenti?
 Ergo Oeneus felix, genitrix erit orba, suosque
 Adspiciet natos, fratres Althaea videbit 755
 Nunquam etiam caros? poteris pro filio ingens
 Ferre nefas demum? sanguis tuus ille; quid autem
 Idcirco, germane tibi, Plexippe, pepercit,
 Indulsitque meo generi? ferrumque removit?
 At pereat, miseroque mihi det funere poenas, 760
 Et pretium crudele luat; quin ocios ipsas
 Persolvat clades: ego te fatalibus olim
 Eripui flammis, queis te reddemus, et igni,
 Peccato morière tuo: flammis male raptum
 Restituam, reddamque. Quid o moestissima nati 765

M E L E A G R I D O S L I B E R I I I . 441

Ultrices in fata manus scelerare necesse est ?
 Inveniet (desiste) aliquem , qui talibus ausis
 Arguat , idque ipsum melius : quid femina lethum
 Sollicitet ? damus arma viris , quibus arma ferenda :
 Non armis , ferrove mihi ; flammâ istud agendum est . 770
 In manibus mors ipsa mihi ; nec conscius ullus ,
 Nec medius prohibere potest ; mihi commoda cuncta
 Ad scelus hoc , praeter pietatis nomen ; et illud
 Me movet in fratres ; ulciscor funera fratrum ;
 Obsequium sed inane putant praestare sepultis . 775
 Heu quid ages demum ? variant mihi singula mentem ,
 Alternantque animos ; dubio sum pectore : quid tum
 Atlantam propter , propter sceleratum amorem
 In facinus tam grande venit : me scilicet unam
 Non tangant fratres , quos hic sibi sanguine juctos 780
 Interimat , miseranda feram ? materna resistit
 Mi pietas , pietas autem quae nulla reperta est ,
 In scelerata vetat prorumpere crimina matrem .
 Haud equidem patiar : non impunitus abibis ,
 Nec te movit amor materni sanguinis in me , 785
 Nec te clam fuerat quantum facinusque , nefasque
 Mentis adorsus inops , violares pectora Toxei ,
 Plexippique mei : nunc te pietatis egentem
 Poeniteat dixisse pios matremque , patremque .
 Talibus ardebat furjis insana per aedes . 790
 K k k

442 BASINII PARMENSIS

Interea Pallas genitorem hominumque Deumque
Adloquitur, moestasque dedit Dea flava loquelas
Suspirans, lacrymisque genas labefecit obortis.

Scis, Genitor, scis, inquit, ego quae munera poscam
Justa meis; non arma queo, non cernere saevam 791
Aegida, non magnos belli spectare tumultus
Amplius, aut laudes unquam sperare futuras,
Si pereat Calydonis honos, mea gloria, magnus
Oenides, quem dira parens permittere flammis
Apparat. O peream si jam Meleagrus obibit 800
Tale miser lethum; decet hunc majora sub armis
Fata pati; Parcis neque enim praevertere fas est
Quod velit Omnipotens: vel tu, pater optime Divum,
Funde solo meritum, calique infringe ruinâ
Tu saltem, tu Rex hominumque paterque Deorum. 805
Dixerat; atque manu lacrymas abstersit obortas.
Olli pauca refert hominumque Deumque repertor.
Pone tuo tales curas de pectore, Pallas,
Nata, decusque mihi; non haec, Tritonia, nostro
Arbitrio veniunt: meruit pejora, satisque 810
Supplicii, atque super; cunctam furialibus armis
Impulit adtonitam scelerata in vulnera mentem.
Nec Parcas prohibere mihi, neque foedera retro
Fas cuiquam vertisse Deo fuit: accipe laetis
Dicta animis: superest Tydeus, quem protinus ardens 815

M E L E A G R I D O S L I B E R III. 443

Corpo non magno toller super aethera virtus,
 Cui tu, nata, decus magnum, tu mille triumphos;
 Mille trophyea dabis, quum tu Thebana videbis
 Praetia: solve metum, superest tua gloria Tydeus;
 Ille vir, ille pater magni Diomedis, olympos 820
 Filius aequabit famam, nomenque paternum
 Tendet ad occasum, et rursus transmittet ad Indos,
 Auroram et Gangem, nec non Boreamque, Notumque:
 Jam Superos trepidare vides, Veneremque fugatam
 Materno in gremio jam nunc, genibusque Dionae 825
 Procubuisse Deam video, Martemque timentem
 Terribilem cum voce virum, quum littore Troiae
 Magnanimum Anchisâ genitum de curribus altis
 Sternet, et exanimem linquer; quem Phoebus Apollo
 Restituet, reddetque suis, temploque locabit; 830
 Deinde suo victum, clarumque Lycaone natum
 Tydides letho dabit; illic Pandarus ingens
 Amittet sumtas lyciâ de gente sagittas.
 Haec ait, et caraे genitor dedit oscula natae.

Tum Diva illacrymans: tua nam mihi certa voluntas, 835
 Annuo, et invitae licet hoc placuisse quod optas,
 Omnipotens; nec plura loquor. Tum moesta resedit,
 Et lacrymis maduere genae, largisque rigavit
 Imbris ora Dea, et mentein suspensa quievit.

At miserae matri certa est sententia natum 840
 K k k 2

Perdere: jamque manu flammis admovit, et igni,
 Avertitque, nefas, torremque infensa malignum
 Sustulit, in dubios quae tum labefacta tumultus
 Carpitur, horrendumque furit, bacchataque totis
 Aedibus adtonito recipit se in cuncta furore
 Consilia. At postquam taedas, virgultaque poni
 Jussit, in hunc morem, nimium crudele ! locuta est:

Perge, ait, ira moras) sàt enim versata nefandis
 Dira senecta malis) jamdudum tolle, feratque
 Quo furor, huc vertamus iter; trepida omnia nostro 845
 Sint sceleri, acceleremque nefas, quando omnia nondum
 Perdidimus: neque enim vires in funera desunt.
 Festinare moram decet: o satis omnia moestis
 Sunt versata animis: stat mecum evertere cuncta.
 Impius ante diem, et letho immaturus acerbo 850
 Ardeat, et summus tantum scelus audiat aether:
 Tuque triplex, tu diva Herebi Proserpina caeci
 Manibus hoc meritum mixtis Acheronte profundo
 Do genetrix munus; cape: Diva, silentibus umbris
 Adde nefas tantum: fateor scelus esse peringens,
 Infandumque, et quod maternâ mente dolendum est;
 Sed doleam dignum est germanis prima peremtis.
 Omnia confundunt animum, mentemque timentis.
 Quem peritura times? jam jam comes ire per umbras
 Debueram vobis germani in funera poenas. 860
 865

MELAEGRIDOS LIBER III 445

- Sic effata, manu torrem luctata malignum
 Vibrat, et invitos devotum mersit ignes.
 Ingemuit stipes, dictu mirabile! moestis.
 Admotus flammis, voluitque miserrima retro
 Verrere mater, aquis restinguere deinde profusis. 870
 Saeva Megaera vetat, miseram et cervice prehensam
 Abstrahit in tenebras, curisque affecit amaris.
- At Juvenis frustra sacram Calydonis ad urbem
 Ire parabat, et hic alto sub monte sedebat,
 Volvebatque gravem tristi sub pectore curam. 875
 At non flamma moras patitur, miserosque per artus
 Labitur, et toto se corpore miscet, et aestus
 Ingentes dabat, horror anhelus, et omnia circum
 Atra videbantur; gemitus tamen ille repressit
 Ingentes animo: potuit Mavortius heros 880
 Magna pati, quam fliere palam: vis ignea captum
 Corripit, ardores, tantum dabat optima virtus!
 Continuit magnos; sed non tolerabile flammae
 Supplicium cuiquam, tantoque obstarere labori
 Haud visum Superis: quid enim mortalibus unquam 885
 Durius, aut hominum generi mage triste paratum est?
 Ut primum furor altus agi permisit anhelos
 Ad caelum gemitus, furibundis questibus auras
 Implet, et immensum testatur voce dolorem.
- O Pater omnipotens mihi quum miserabilis aevi 890
 K k k 3

446 BASINII PARMENSIS

Tempora pauca dares, meliorem impendere honorem
Debueras, fortisque aliâ virtute fuisse.

Vos fortunati nimium, quos bellua letho
Tradidit: o felix ter io quater ille beatus
Qui cecidit primo niveis Leucolenus ulnis.

Ergo ego Centauros domui, fratresque superbos,
At rapidas nequeo Fatorum vincere flamas?

Di prohibent, et Fata vetant: quae caussa malorum
Tanta subit? Jam jam lassas mitramus habenas;

Omnia sunt concussa; labant genua aegra, caputque
Deficit in dubium, et tetram crebrescere noctem

Horresco tenebris, et opacum horroribus orbem.

Obducta est acies in me, mihi brachia nusquam
Conspicio, fortisque manus: stant omnia caecae

Noctis: at o quisquis tali me munere donas,

Seu fortuna meum caput hoc damnare superbum

Esse putas, miserere, citoque immerge sepulchro.

O pater infelix, qui me, miserande, monebas!

Haec tua jussa, Pater? talin' te, care, trophaeo

Infelix decoro? morior qui laudis egenus.

Heu Tydeu miserande puer, cui cuncta dedisti

Gaudia nuper, eum nunquam germane videbis!

Di precor hanc animam dudum mihi demite, quando

Vestra fuit, dederatis enim: vos sumite poenas

Actutum, vos, Caelicolae, quibus omnia debent

895

900

905

910

915

MELEAGRIDOS LIBER III.

447

- Mortales: Atlanta meos pulcherrima conjux
Ne vide funestos artus, laniataque membra.
Infelix, ne foeda loquar, neū turpe relatu
Dicam aliquid, solvo poenas tibi, Delia, tandem.
Hei mihi quo rapior? jam jam sonat ossibus ustis 920
Nervus, et extinctae moriuntur sanguine venae;
Et rear esse Deos? O quam periisse juvaret!
Sed pereo. Cadit, ecce cadit tua fama, decusque
Infelix Calydon: linquo vitamque, diemque
Extremum: feror obscurâ circumdatus umbrâ. 925
- Talia fundentem, et singultibus usque gementem
Obruit atra dies, tenebrisque immersit opacis.
- Haec super Oenida cecini, quum prima juveniae
Tempora tollebat studiis Ferraria nostris.
- Illo nam juvenis, primoque Basinius aevo 930
Tempore, dum dederat magni mihi carmen Homeri
Ocia, purpureo referebam digna cothurno.
Mox laudes, venerande, tuas, tua splendida, quando
Major in Italiâ, neque te prestantior ullus
Justitiâ, Leonelle, canam: quo carmine Vati
Cuncta mihi plaudat, cantetque poëma juventus. 936

BASINI PARMENSIS
MELEAGRIDOS
LIBRI III. ET VLTIMI
FINIS,

**BASINI PARMENSIS
ARGONAVTICON**

L I B R I T R E S .



COMMEMORATIS duobus, quae pridem conscriperat, Poëmatibus, Hesperide nimirum et Astronomico, Basinius Poët a majori oestro percitus Argonautarum in Colchum expeditionem, eorumque aureo vellere potitorum redditum in patriam; tum etiam vix consolabilem Aesonis patris dolorem, ex eo quod Jason diutius abesset Hypsipyles reginae amore captus, cantare aggreditur. *a v. 1. ad v. 26.* Jupiter itaque Jasonis misertus, dum Phoebus apud Aethiopes suos convivatur, Diis omnibus in concilium coactis, ac Phryxi, quem ipse dudum ad Colchos miserat, ab Oete Phoebi filio interfecti, mentione facta, crudelem ab Oetâ poenam, eamque memorabilem, sumere decernit. *v. 58.* Tum Pallas Graecis favens Jovem obsecrat, ne, punito jam satis superque Ulysse Aeoli nepote, universis quoque Graecis irascatur: Jasonem quidem nihil in eum commisso, qui Hypsipyles amore detentus in Lemno insula totum jam biennium desideat: et quem susceptae navigationis gratia et aurei velleris potitorum, et in Deorum coetum ascensurum sperabat, se nunc malle, ut ea in insula vitam in gloriis traducat, quam pereat: socios vero ejus, ac praecipue Herculem, nihil tale commeruisse. *v. 104.* Jupiter sententiam suam sibi condens, Palladem bono animo esse jubet, nihilque eorum, quae pertimescit, eventurum spondet: Quam ob rem Pallas laetanti alacrique animo e caelo delabitur, ac Lycasti senis personam induita, festine ad Aesonem contendit, eumque de filii absentiâ sollicitum atque anxiun solatur. *v. 149.* At Aeson faustum nihil de filio ominari: nullum de eo per biennium habuisse nuntium: uxorem luctu tabescere ob amissum filium omni virtutum genere cumulatum: se autem moerori et lacrymis perpetuo indulturum. Sed Lycastus nihil quidquam commotus Jasonem et aurei velleris potitorum et Palladis auxilio domum e Colchis reversurum asseverat. *v. 209.* Audito Colchorum nomine, Aeson eorum crudelitatem execratur; tum mari pericula, quae a Caliï pridem edoctus fuerat, recenset atque amplificat: nihilo tamen minus Palladis favori confusus moerorem deponit, ab eaque, ut filii navigationi propitia sit, deprecatur. *v. 229.* Sedato Aesonis dolore Pallas Lemnum petit, ibique Herculem secus mare ambulantem, et longae nimis morae pertaesum ac discessum meditantem videt; qui statim ac eam agnovid (suam enim resumiserat speciem Dea) valde admiratus, primus occupat, Aesonisque ignominiam, suumque abeundi consilium aperit *v. 255.* Pallas Jasonis socordiam et mores a patris virtute discrepare fatetur quidem; sed admoneri jubet, nullatenus vero, modo dictis pareat, relinqu, ab eo praesertim, cui a Patre commissus sit, et in quo uno omnis Graecorum spes sit collocata: atque his propositis evanescit. *v. 275.* Deae alloquio excitatus Hercules ad ur-

bem, noctis tenebris se intendentibus, properat, in quā mane Hypsipyle Bacchi avi sui festos dies ac ludos indixerat (qui describuntur), et Jason cum eā saltationibus et amoribus indulgebat : Orpheus vero Deorum Heroumque res gestas, caelestia ac terrestria phaenomena ad cytharae sonum canebat . v. 364. Inter haec Hercules Palladis praecepta Jasoni seorsim renuntiat, qui iis auditis expallescit, mox Hypsipylae cum lacrymis patefacit. v. 386. Illa insperato nuntio perculta illico animo deficit, mox in lacrymas soluta fatorum legi acquiescere simulat, eaque illi conditione abeundi potestatem facit, ut redire promittat, vel si vetent fata, ut nunquam amoris obliviscatur sui, ac praesertim filii, quem ex eo paritura est quamprimum; aliaque omnia amantum lenocinia adhibet versute, quae eum a proposito valeant revocare. v. 434. Jason, ut eam leniat, omnia in se imprudenter recipit: atque ita amantibus inter amoris blanditias ad multam noctem consopitis, diversis uterque somniis agitantur: de quorum natura et speciebus plura, eaque eleganter, ut solet, Poëta edisserit, et libro primo finem imponit.

IN LIBRVM SECUNDVM ARGONAVTICON BASINI P.

A R G U M E N T Y M.

JASON primo dilaculo regibus in aula reginae convocatis caeptum abeundi consilium , simulque visa in somnis pandit , ab eisque sciscitur , num longa navigatione defatigati domum redire malint inglorii , an cursum semel incepit persequi? Priorem quidem sententiam probari Jovis monitu , seque eam sequi malle artificiosa admodum concione fingit : dum enim redditum suadere simulat , nihil non movet , ut eos ad aurei velleris acquisitionem acrius extimulet . *v. 1. ad v. 33.* At nihilominus reges redeundi sententiam amplectuntur ac praeferunt , atque etiam fortasse discessum maturavissent , nisi Pallas Junonis admonitu , sumptu Herculis personæ , summâ cum auctoritate eos objurgavisset , et a proposito dejecisset , atque acriori perficiendae expeditionis amore incendisset . *v. 64.* Regibus itaque ad navim adeuntibus , Hypsipyle Jasonem comitata , et si Jovis voluntati parete praetendit , omnes tamen vias , quibus eum a consilio suo abducat , artificiose persequitur : execratur navigia ; amorem , fidem , graviditatem , calamitates sibi impendentes desperabunda comminiscitur , atque exaggerat . *v. 111.* Jason vero et fidem spondet , et discessus sui causas in Deos regerit : tum se a Colchis poenas de fratum ejus caede sumpturum ; denique subactis Colchis et aureo vellere ditatum Lemnon reversurum , ut vitae reliquum cum ea transigat , Lemno , Colchide et Thessalia in regnum unum coabit , largissime promittit . Quod si Dii id sibi contra votum denegaverint , ut alium , quem est paritura , ad Aesonem patrem in Thessaliam mittat , obtestatur :

v. 241. Facta dein Argonautarum recensione v. 205., et navi solutā , Hypsipyle iterum Jasonem et socios lugens prosequitur . v. 248. Ubi Lemnos oculos navigantium effugit , Neptunus ob vetus odium Jasoni infensus , ventos omnes dimitit ut Jasonis navium possundent . v. 284. Ingenti ergo maris tempestate excitata , quae fuse describitur , nautae amissis antennis profecto periissent , nisi Juno Palladem de extremo Argonautarum periculo commonefecisset , simulque et impotentem Neptuni iram in Jasonem , et Jasonis ipsius merita et benefacta erga seipsam commemorasset . v. 360. Pallas Junoni gratias agit , et caelo delapsa Neptunum adit , illumque de injustā omnino in Graecos Deorum prolem irā objurgat , quos Deorum omnium voluntate navigare , et navim ipsam locum aliquando inter sidera habituram sciat ; atque haec inter Neptunum ad se appropinquantem hastā adversā repellit . v. 378. Indignatus Neptunus reponit , se valde mirari , quod Dea mortales Diis maris p̄aeponat , vel saltem aequales reputet : maris imperium sibi uni contigisse , atque se in eo ne Jovi quidem cedere . v. 388. Cui Pallas respondens graviter indicit , ne , si caelicolis quamcumque in maria potestatem adimat , in Deorum aliorum regna pedem impo- sterum audeat inferre , multoque minus bellicis in rebus se immiscere : tandem Trojae excidium , Danais a se in bellum concitatis , minatur v. 406. Quibus minis Neptunus nihil commotus , maris tempestatem urget validius graviori cum Graecorum danno ac metu . v. 426. At Pallas discussis dissipatisque nubibus Nereidum sedes , quae fuse describuntur , ingreditur , iisque Deae adventu exterritis jubet ut mare insternant , et Argonautas tueantur . Illae relictais pensis , navim circumdant , et fluctus illico componunt . v. 484. Sedato maris tumultu Argonautae ad Trojam appellant , ibique Hercules Hesionem Laomedontis filiam monstro expositam liberat ; sed a Rege Laomedonte , cuius regia describitur , promissis fallacibus illusus , vindictā in aliud tempus dilatā , navim iterum conscendit , Euxinum pertransit , indeque Phasin attingit . v. 523. *Licet hic plura in autographo deficiant , probe tamen intelligitur .* Basinum induxisse Palladem sub caelis alicujus nuncii specie Aetam dormientem adivisse , ac monere se a Jove missum , ut ejus mandata significet , simulque nuptiet Graecos advenisse , non quidem ut eum regno pellant , sed ut aureum Phryxi vellus inani sane conatu in patriam reportent v. 592. Hinc Jovis nomine eos sibi commendatos velle , ac praecipue Jasonem , quem si bene habuerit ac laetum dimiserit , optime de Aesone ejus patre ob filij absentiam luctu pene absumpto meritum spondet , et evanescit . v. 605. Aceta acerbo nuntio consternatur , silet , ingentique formidine repletur . Sed Venus animo turbata , atque Oeten Solis filium odio prosequens , id unum molitur ne Jason pereat : quinimmo , si domum reverti nequeat , saltem Medeam Oetes filiam amore valeat incendere . Quare Jasoni sub venustae virginis specie apparet , ostenditque Medeam maximis ornatum virtutibus ejus amore uri , cuius solius ope , modo in uxorem ducat , sureo vellere potiri possit . Monet igitur ut summo mane illi obviam cum paucis eat ad ripas Phasidis , cum eaque colloquendi occasionem arripiat : se interim summā Pholoēs nutricis specie ad eam advolare , ut ejus animo imaginem sui , pa-

remque amorem infigit: et ne Jason quidquam haereat, se esse Venerem ostendit. v. 663. Venus ergo Medeae thalamum ingressa, monet ut, veniā a patre impetratā, ad Phasidis ripam mane adeat: sibi de nocte oblatam juvenis speciem, cui similem illi in virum auguratur.. v. 672 Medea falsae nutricis admotu turbatur, erubescit, amore inflammatur, imploratāque a Patre potestate, mane ad Phasin desertur. Aeson, cujus forma describitur, regiae puellae occurrat, ignesque amoris in eā excitat: Virginis pulchritudinem laudat in primis, queque sit percuntatur: Se Aesonis Thessaliae regis filium ex Aeoli progenie longā navigatione jactatum quo appulerit nescire: petere ab eā, quam si bi in uxorem ominatur, ut quā in regione sit edoceat, opemque ferat. v. 733. Medea rubore et lacrymis suffusa, se Aeetae Colchorum regis filiam fatetur: regionem eam esse Colchum: patrem erga hospites non modo justum, sed et facilem esse: socios advocet et in urbem veniat: se ejus nuptias non aspernari, modo auspiciis Deorum, quorum ostento ejus in somnis speciem vidit, comprobentur. v. 758. Jason gratias agit puellae, votoque suscepto ad socios contendit. v. 775. Inde cum sociis reversus, urbem, regiamque, olivae ramum praeferens ingressus, ab Aeetā perhumaniter excipitur, qui Phoebo patri sacra novendialia indicit, mittitque senem Periphantem ut filiam arcessat, veritus ne Jason eam videat. v. 810. Medea amore aestuans, domum reversa, matrem adit, suoque in cubiculo diu morata, tandem ad patris convivium venit. v. 827. Colchi Graecique simul convivantur. Mensis remotis Orpheus Cosmogoniam, Astronomiam, Physicen, laudes Heroum et bella virorum ad cytharae tonos cantat. v. 843. Tandem Aeetes rex Jasonem rogat, ut ab ipso rei exordio navigationis suae causas et casus continuā narratione recenseat.

IN LIBRVM TERTIVM ARGONAVTICON BASINI F.

ARGUMENTVM.

JASON Aeetae regi morem gerens, navigationis suae causas, casusque narrare aggreditur: cuius quidem narrationis summa ita se habet. Famam in Graecia fuisse vetustissimam Aureum Vellus a Phryxo apud Colchos delatum a Dracone diu noctuque excubante custodiri: se vero in paternum imperium succedere posse si eo potiatur; sin minus a regno exulem perpetuo profugumque futurum: se ea spe jam inde a puero elatum Argoneum navim exaedificavisse (cuius constructionis ratio exponitur) multaque ante pericula caepisse, tum demum audacem abeundi sententiam parentibus suis aperuisse, eorumque luctum plurimis argumentis minuisse. *a v. 1. adv. 79.* Post ea sacris Phoebo et Neptuno in Pägisaeo littore rite factis, navim cum sociis concendisse, atque iter ventis secundis, Typhi clavum gubernante, suscepisse. *v. 129.* Inde reli-

età Tiseā , Magnetēn , Sciathon , Pytesias , aliaque complura , quae breviter indigitantur , legisse loca , demum Lemnon insulam virorum caede infamem tenuisse . v. 167. Lemniades , conspecto navis appulsu incursionem a Thracib⁹ metuentes , sumtis armis ad littus catervatim , ut se repellerent , descendisse ; sed misso per nos praecone , qui et Graecos et amicos renuntiaret , se in urbe iterum recepisse , et quo nobiscum modo agi oporteat consuluisse : Hypspylem reginam ut muneribus aucti dimitteremur ; anum vero Polyxum ad s̄obolis jam jam defientis procreationem et Insulae defensionem admittendos , alliciendosque suasisse . v. 225. Gujus deliberationis gratiā , Hercule cum paucis ad navis custodiam relicto , urbem intravisse , et a reginā ut ejus Insulae imperium sumeremus , et connubia jungeremus rogatos respondisse , Deorum voluntate aliò advocari : qua de re a Venere , quae grata Baccho rem facere studebat , amoris stimulis incitatos nimium diu earum voluptatibus turpiter inserviisse , nunquam fortasse discessuros , nisi Hercules Palladis admonitus iter prosequi acri prorsus sermone preecepisset . v. 262. Lemniades ab elitoribus locis nos profectionem adornates speculatas , ad littus turmatim omnes cum lacrymis et muneribus , ut nostrum quisque amantis fidique animi pignus secum pérpetuo haberet , descendisse , mox muneribus itidem atque promissis ut inter amantes fieri vicissim assolet , lenitas , recessisse . v. 291. Instaurato itaque cursu Insulam Samothraciam postea appellatum , Imbrum , aliaque quae indicantur , legisse loca , Hellespontum , et ex aliis pluribus , Insulam Arctorum Montem ab immanissimis , qui eam incolunt , gigantibus dictam , praeteriisse , atque in propinquī Dolionum Isthmi portū nos recepisse . v. 324. Ibi a Cyzico Dolionum rege perhumanter exceptos , Dyndimon montem , ut mare specularemur , concendisse : sed a Gigantibus ex improviso adortos acrem cum iis pugnam conseruisse , cunctos internecioni dedisse , ac finitimos ab iis perpetuo exagitatos metu omni liberavisse . v. 361. Illinc porro digressos , noctu ingenti suborta maris tempestate , illuc iterum fuisse revectos ; atque pro Macriensibus habitos pugnam non minus ancipitem sustinere coactos fuisse : seque Regem ipsum Cyzicum strenuissime dimicantem , contra votum , neque ullo modo agnatum , interfecisse ; quo errore suborta die patefacto , simul cum Dolionibus luctui per triduum indulsisse , Cliten vero Cyzici sponsam dolores et lacrymis absumptam in fontem fuisse mutatam . v. 411. Post haec Mopsi consilio , qui ex Halcyonum stridore et volatu finem tempestatis prænovit , sacris Jove , Cybele , et Neptuno placatis , cursum redintegrasse : hinc Asiae , Europeaque finibus superatis , exorto inter nautas certamine , Herculem omnium fortissimum tantā in remuni incubuisse vi , ut eo diffracto in transtrum resupinatus non modo aliis , sed et sibi ipsi occasionem ridendi fecerit : indeque Bosphoro , Macronibus , Aesepo , Napaeis relictis post terga , ad Mysiam appulisse ; ibique de oblatis muneribus coenavisse : intereaque Herculem in proximam sylvam , ut aptum sibi remum seligeret , divertisse . v. 477. Etsi hic multa desint , Poëta Apollonium presso pede secutus , Herculem profecto descripserset abietem eradicantem , atque ob Hylae raptum furore correptum , totaque errantem nocte , dum interim ,

mari ad navigationem oportuno, Argonautae Typhis nutu anchoras solvunt, et summo mane Posidicium promontorium praetervecti vident se Herculem et Hylam in Mysid per imprudentiam reliquisse. Hinc exorta inter eos altercatione, quod Herculem amisissent, Telamonem in Jasonem prae dolore silentem petulanter declamarat, quasi invidis duxerat, initaque cum sociis conspiratione cum consulo reliquisset. Quapropter eos in Mysiam remeatus fuisse, nisi Zetus et Calais restitissent. Hinc parum defuisse, quin ad arma venirent, nisi Mopsus eos sedasset, idque Deorum voluntate factum asseverasset, quo Hercules praestitutos sibi labores exentiaret ut caelum peteret. v. 540. Telamone veniam petente et in Jasonis gratiam restituto, noctu in Bebryciam, cuius gentis mores ex Cyzici praeconitu cognoscebant, fuisse delatos, ibique ab Amyco rege ad pugillatum de more provocatos, Pollacem cum eo strenue adeo pugnavisse, ut eum humi straverit examinem: quod certamen fuse eleganterque describitur. Desuet cetera.



BASINI PARMENSIS

ARGONAVTICON

LIBER PRIMVS.



Non aliàs tanto rapuit labefacta calore
Pieridum mihi corda furor; non ante, nec illo
Tempore, Pandulphi cecini cùm bella potentis,
Hesperiasque acies, et barbara mixta latinis
Agmina, et insigni partum virtute triumphum.
Nec cùm sidereo obitus, ortusque canebam,
Astrorumque vias, Solis, Lunaeque meatus.

Nunc quoque et Aesoniden referam, fortisque Pelasgos,
Finibus Haemonis Colchas quos puppis ad oras
Prima Lycaoniam vexit delata sub Arcton
Dorsa super rapidi maris horrida. Musa, dolores
Aesonis ingentes longaevi evolve parentis,
Informemque domum luctu, dum vecta per alta
Aequora Peneas tetigerunt vellera terras
Aurea, et Aeolii redierunt munera Phryxi.

Haec ego prima canam. Neque enim nos barbara tantum
Monstra referre juvat, quantum lacrymasque tepentes,
Affectusque pios, totoque in pignore patrem
Assiduum, et multâ pulsantem corda querelâ.
Nam neque sollicitis verterunt aequora tonsis
Magnanimi proceres Argivae robora pubis,
Nec celeravit iter, quod jam affectarat, läson;
Sed procul a patriâ cupidum regina fovebat
Hypsipyle, et captum dulci sermone tenebat,
Esse virum precibus conata, Thoūtis et urbem
Accipere, atque viris viduam non linquere Lemnon.
Cùm pater ex alto juvenem miseratus Olympo
Jupiter unanimes cogebat in aethera Divos
Caelicolas omnes, praeter quem nomine Solem
Appellant alii: dapibus nam pronus edendis

5

10

15

20

25

30

M m m

460

Aethiopum ad fines primos venit usque piorum;
 Aethiopum, queis Solis equos occasus et ortus
 Admovet, extremas hominum gens ultima terras
 Quae colit, assiduis gaudent ubi Numina sacris,
 Ad quae quadrijuges Phaëton declinat anhelos.
 Hunc ut abesse videt (nato nam faverat Oetes
 Sae pius) assurgit cunctis mirantibus ultro
 Jupiter : in mentem lethum miserabile Phryxi
 Venit enim ; quem forte animâ fraudaverat Oetes
 Impius, et stygio violentus adegerat orco ;
 Ipse memor scelerum magnorum, et caedis iniquae
 Incipit haec : Duris quae mens mortalibus una est,
 Ut semper causas dicant nos esse malorum
 Cunctorum, quae multa pati dementia cogit
 Se sua; ceu vitâ Phryxum spoliavit inermem
 Sole satus magno generum crudelis Oëtes,
 Aurea terga super, lati trans aquora ponti
 Quem misi ad Colchos, non ut connubia adiret
 Chalciopes, non ut soceros optaret avaros.
 Namque reperta mihi poena est crudelis in Oetam,
 Quam poenam, scelerumve genus ne orate doceri.
 Ipse sciet pontus, terrae, caelumque repostum
 Cum laceros artus, avulsaque membra videbit
 Pignoris, infandos nataeque horrebit amores,
 Optabitque mori frustra, longumque dolebit
 Saucius et curis et vulnere mentis acerbo.

Talibus ante Deos genitor dabat orsa silentes.
 Tum Dea praecipue, Grajos quae prima fovebat,
 Surgit, et ausa loqui dictis ita Pallas apertis.

Quale tibi verbum, Divum pater, excidit ore?
 Crimina qui ne hominum tantum canis? anne recessit
 Funditus omnis amor procerum tibi mente Pelasgum?
 Jure quidem poenas, si quid peccaverat, ipse
 Jam de lit Aeolides: tua si precepta reliquit
 Ipse tulit pretium: sed quid commisit Iason
 In te, summe pater, tintum, quem foemina captum
 Mollibus alloquiis, formaque moratur honesta?
 Hunc ego tot procerum rectorem, et pubis Achivae,
 Rebiri adire Deos, et tangere sidera fama.
 Hunc ego adire Scythas potius, pontumque nivealem,
 Fortunatus opum Colchos ubi legibus Oetes
 Temperat, et populos frenat ditione rebelles.
 At tenet imbellem gemino jam Lemnias anno;
 Nec tantum Regina virum, sed dira Polyxo,
 Respersaeque manus crudeli caede virorum,

35

40

45

50

60

65

70

75

40^t

Delectos Danaūm juvenes ; atque inclyta regum
 Pignora complexu foedant (immane) nefando .
 Nam simul ac dulci satiarunt corda furore ,
 Et suspecta sacri violarunt foedera lecti ,
 Quae modo legitimos damnarunt caedibus ignes
 Forte thori , et castae veneris , rapiuntur amore
 Grajugenūm in furias omnes : muliebre quod odit
 Vulgus amat rursum , cunctisque in pectora rursum
 Fervet amor , mentesque urgente cupidine vertit .
 Indigenes viduā mox urbe Thoantias illos
 Accipit , atque moras inopino adiungit amori
 Rursus iniqua Venus . Quid adhuc fortuna furor
 Foemineo Argolicum decus obicit ? una fuissent
 Exitia illa satis ; furias satiasse virorum
 C'adibus ante semel ; scelerum permettere causam
 Insanis toties ne nefas ? Pagasaeus Iāson
 Ipse quidem sane parvā tellure moretur ,
 Si tibi dulce virum scelerato occumbere letho :
 At tuus Aeacides Peleus , Telamonque superbus ,
 Sanguine ducta tuo series , sine laude jacebunt
 Se libus obscuris , nec non Admetus , et anbo
 Tyndaridae ? oblitusne tui , pāter , Herculis , omnes
 Egregii virtute tuum genus , unius ergo
 Aesonidae vitam degent sine laude , nec ullis
 Inlectere patrum precibus , qui sacra per omnem
 Thessalium miseris celebrant tibi maxima votis ?
 Non tamen in melius mentem , pater optime , flectis ?
 Odisti egregiam tantum quid denique gentem ?
 Sic ait illachrymans , gemitusque in singula rupit :
 Cū contra placido fatur Saturnius ore .
 Desine flere super charis , mea nata , Pelasgis ,
 Incassumque queri ; nec te sententia talis
 Accipiat , mentemque bonam in contraria ducat .
 Herculis oblitumne mei tu rere parentem ,
 Nīta . igitur ? cecidisse animo Telamona superbū ?
 Pe'ea ? Tyndaridiisque duos ? praeque omnibus unum
 Aesonidaen ? non usque adeo me cura meorum
 Vans subit , qui virgineas egēre volucres
 At Strophidas virides foedis ex usque rapinis .
 Et mea sacra gravi solitis turbare volatu .
 Et volitare senem curvo pede Phinea circum ,
 Phinea . quem assidue texit nox arra querentem ,
 Viventem frustra , jucundie et lucis exanimem .
 Nec mihi dulce virum scelerato decumbere letho ,
 Hic modo seu Colchos . quando haec te cura fatigat ;

80

85

90

95

100

105

110

115

120

462

Seu mavis patriam repeatat, do, nata, quod optas:
Munus utrumque tibi genitor dabit; accipe, quaeso,
Quae tibi grata magis: meruisti cuncta: nec orsus
Plura, pater blandum charae dedit oscula natae.

125

Illa autem ingenti mentem dulcedine tacta
Lieta Jovis nutu caelo se misit ab alto,
Nunc undas supra, medias nunc ardua terras
Devolat, et celeri dispellit turbine caelum,
Involvitque vias, et texit in aethere gyros.
Jamque adspectabat montes, camposque jacentes,
Aequoraque, et placidis labentia flumina ripis,
Nataque sub Pindo vaga flumina, nata sub Haemo,
Bisque cruentandos romano sanguine campos.
Nec minus Haemonii vultus mentita Lycasti
Aesonis ipsa domos, et tecta superba petivit.
Tum Dea Chriathiaden dictis mulcebat amicis
Dejectum, et longo concussum corda dolore.
Quò magis inter nos aetas aequalis, et ampla
Libertas fandi miserae concessa senectae,
Hoc magis audaci tecum sermone revolvam
Quae jubet hic animus dulces efferre per auras.
Quae te in dura trahit curam hanc depone, nec acer
Hic dolor assiduà rumpat tua corda querelà.
Absentem moesto volvis dum pectore nitum
Tristia perpetuis absumens pectora curis.
An genuisti illum, ut pro eo pater ipse perires
Impius? hoc illi, si non tibi parcis, ut optat,
Obsequii, da, moeste senex; non occidet ille,
Verùm aderit sospes patriis spes reddita terris,
Dulce decus patri, dolor hostibus, alta Pelasgis
Gloria, inexpertas primus tentaverit undas.
Qui rate, et immensum sulcarit nave profundum.
Haec Dea pauca seni, contra cui talibus Aeson.

135

140

145

150

155

160

165

Vera, Lycaste, mones; sed enim, quando omnia longa
Spe frustrata patrem fluxerunt gaudia nati
Audit, olim equidem, tenui dum verberat auta
Fima vagans aures avidas, et rumor oberrat,
Crederam monitis: sed ubi per signa volutus
Bis duodenā cadens in se sol aureus orbēs
Explevit geminos, peraratumque ambit olympum,
Nullaque ab erranti migravit fabula nato,
Defessi cecidere animi, totosque per artus
Horror iit, tum vocis iter gravis asperat ira,
Nec faciles in verbī soni: suspiriū tantum,
Suspensoque graves gemitus in corde resultant.

Hei mihi quis dolor est inimicum cernere lethum!

Ac veluti vanà cum pressit imagine rerum
Sera quies oculos, animis languentibus horror
Nascitur, ac tristi conturbat pectora somno,
Aut casum, aut magnae praeceps immane ruinae
Visa minantur ubi, aut odio quem fecimus hostem
Terga sequi, et pavidis medio se se addere campo
Visus, ubi inceptos linquunt vestigia cursus,
Fanda, nefanda, Deos, homines nihil ille veretur.
Laetitia Pelian umum insultare dolenti

170

Cernis ut ipse mihi, tu lumina flecte parumper,
Flecte age, et Alcimeden confectam aetate supremam
Amissi assidue lugentem pignora nati
Aspice, qui fletus, miserae ut lamenta parenti
Crebra fluant, cui saepe novos lecto agmine ludos
Filius ingenti plausu, dulcique favore
Obtulerit juvenum cunctorum victor, equestri
Castora seu cursu, tristi aut contendere caestu
Pollucem contra, validis aut viribus Idam,
Cum juvat in nubes et in aethera condere discum,
Thesea vel patria medium duplicare palestrà.

175

Tali vi superans cunctis certabat Achivis
Victor ubique. Videt nitidi si lampada solis
Vivus adhuc mea spes, si navigat aequore in alto,
Seu tellure pedem figit, tutusque moratur
Orbe latens quocumque, cupit Peneia Tempe
Visere, et Aesonios semel adspectare penates.
Si quando patrias cum laude reviserit urbes
Optatus matri, genitori optatus Iason,
Jam mihi jam posità videar sumpsisse senectà
Tempora, qualis eram; victor cum dura fugavi
Agmina nubigenum, et tumidum Chirona subegi
Viribus indomitum patrio concedere ab antro,
Luctantemque pedum cornu, raucumque frementem,
Atque indignantem sublato vincula collo.

180

Talis ego ipse mihi videar, si cernere natum
Fas erit: interea poenas, dignumque repandam
Supplicium: nox nulla modum, lux nulla dolori
Imponet, curasque adimet mors una molestas.
Nam patrio ire procul genitor si jure negasse,
Mundasseque moram, et juveni praecepta dedisse,
E foribus non ipse pedem, non ipse tulisset
Urbe gradum. Dixit; contra tui talia Pallás.

185

Ne, pater, incusa, quaeso, te moeste; videbis
Jam reducem, et victis portantem vellera Colchis

190

195

200

205

210

Aurea: Pallas enim magnos comitatur Achivos.

Vix ea, cum rapto genitor sermone profatur.

Heu timeo quoties subeunt gens barbara Colchi,
Infandaeque manus, et avari facta tyranni;
Turbat et accessus longarum errore viarum.
Inter enim montesque cavae dant vallibus umbras,
Undisonique jacent fugientia littora ponti,
Fluminaque, et gelidis veniens a fontibus Hyster,
Partheniusque fugax, et vortice tortus iniquo
Thermodoon; rapidusque Tyras, mollisque Melanthus,
Et Lycus, et vasto refluent quae plurima ponto.

Talia nam Calais raptæ genus Orithyiae,
Dum volat a patriis vidisse celerrimus oris
Narrabat, Colchosque malâ regione canebat.

Sed si Pallas amat Graios, si robora pubis
Argivæ servat, si sunt mortalia curae
Caelicolis, cedo; tu vince, Lycaste; querelas
Pono equidem tristes, et Pallade fisis amicâ
Imploro Superos ut sint mihi credita vera.

Sic senior durus vario sermone dolores
Leniit, et lacrymis, spe vix suadente, profusis
Ad se se tandem rediit, paulumque quievit,
Exput et moestum tristi de mente dolorem.

Ergo ubi visa Dea est longas sedasse querelas
Aesonis, ex moestum verbis tenuasse dolorem,
Laeta super vastum tendit mare Lemnon ad altam,
Alcideneque procul solâ tellure vagantem,
Difficilesque abitus animo indignante parantem
Ut procul adspexit, faciem Dea magna senilem
Deponit, telumque manu, clypeumque resumit.
Qualis adit pugnas, et fortia bella virorum
Terribilis, sumptaque, patris decus, horruit hastæ.
Advenisse Deam diras miratur ad oras
Ille quidem, verum illa pedum vestigia sistit
Ut primum, et charo patuit Tritonia fratri,
Talia sollicito Tirynthius incipit ore.

Quid venisti ad nos caelo, Dea magna, relictor?
Dedecus an nostrum Superis ut forte referres?
Nam neque dissimulo tecum, neque nota refello.
Heu pudet indecores tam longi temporis annos
Sedibus his terere, et nullum virtutis honorem
Laude serui: quod si tua nec pracepta movebunt,
Nec mea magna fides animum, linquemus amantem
Urbe Thoantæa solum: connubia lieta
Hypsiphyles, dulcesque faces miretur Iason:

Nos freta spumigeris verremus caerulei remis,
Hinc simul aut Patriam saltem, Colchosve petemus.
Vix ea; cui contra dedit haec responsa Minerva.

O quam dissimilem natum sibi maximus Aeson
Progenuit, formâ praestantem, at marte minorem.
Foemineis non ille choris assuetus, at armis
Omnibus, et longo famae succensus amore:
At tuus iste moras quidnam terit inscius artis
Foemineae, quoniam usque dotis rapietur iniquis
Laudibus a propriis aversus? an omnia nondum
Certa movent animum, tali securus in aula,
Urbe viris inimicâ, agitat qui tempora tanta?
Et non praesterint Lemno vel Thessala rura;
Quandoquidem ne famâ movet. Penea fluenta
Indecorem laudum teneant; inglorius illuc
Ignotae satius quaerat sibi gaudia vitae
Aut si dulcis honos, ulla est si gloria cordi,
Audeat, et tandem Lemnum, latebrasque relinquat;
Nec tu linque Virum, tibi quem comiserit Aeson
Infelix genitor, qui nunc procul urbe paternâ
Aeternum dolet, atque illum sub corde remiscet.
In te spe dubiâ pendent, in te omnia ponunt,
In te omnes vertere oculos atque ora Pelasgi.
Dixit, et aethereo Dei magna referunt olympos.

Interea nox densa cavâ caelum induit umbrâ:
Cum primum incipiunt liquido se ostendere caelo
Sidera rara prius, cum tecta Thoantis ad alta
Praetalit Alcides rapido vestigia gressu.

Ilo forte die coetus et sacra Lyaeo:
Hypsipyle celebrant avo, laetamque per urbem:
Sancti corymbiferis ornarat limina sertis.
At vero ingenti sublimis regia gazâ
Dives inexpleto famularum munere centum
Pestrepit, et vulgi late fremit atria circum
Murmur, et infractis complentur vocibus aedes:
Marmoreae, ac vario resonant cava tecta tumultu.
Pars solita funem dipibus, pars pocula mensis
Laeta ferunt; alij coetus, et carmina jungunt.
Hic Regina choros (quid enim non suadet amanti
Foemina,) cum charo jungebat Jästone: at illum
Incendebat amor magis in flamمامque trahebat:
Plurimus ignis enim niveo flagrabat in ore,
Flavique præpureum duplicarent ora calorem,
Inde fices mieuere oculis, et luminis ardor
Sidream laeto faciem vestibat honore.

- 466
- Qualis ad Aethiopias Venus insatiata labore
 Lascivo cum laeta venit, pro littore magni
 Plauditur oceani, Phoebum nunc ora decorum;
 Gradium nunc mente bibit, nunc illa ministra
 Pasitheà in tenues habilem se legit amictus,
 Ambrosios diffusa noto per colla capillos.
 Nec minus Aesonides specie immortalibus unus
 Aequalis, magnos sub corde resuscitat ignes.
 Dulcis uterque sono verborum; vultibus ambo
 Insignes, toto praestantes corpore, tecti
 Veste pari textu, variis errante figuris,
 Incessuque agiles stabili, gressuque decori.
 Candidi flore novo primae tegit ora juventae
 Huic aetas; illi vultu signante pudorem
 Virgineum thalamo dignos fax excitat annos.
 Quam simul ac vidit formà Tirynthius heros
 Egregiam, atque gradu pariter, vultuque superbam,
 Haec secum tristi suspirans edidit ore.
 Indignum nihil est, talem si tempore tanto
 Ob speciem Lenni socios tardavit Iason.
 Natarum non ulla Jovis se praeferat olli,
 Non oculis, non ore suis lasciva sagittis
 Delia, non toto certet Cytherea decore.
 Quae ramen, ut nostri non sit jactura laboris,
 Quamvis illa Deas superet, linquatur avita
 Urbe magis, quam nos tanto defraudet honore.
 Infelix tanto quae se non speret amore
 Destitui! Rumpit mortalia vota Deum rex.
 Illa graves longo gemitus aequare dolori
 Forte parata, viro cupiens haerere vaganti,
 Spe cadet e tantà subitorum ignara malorum.
 Sic ait humanos miseratus corde labores.
 Hic vero ingentem dant regia tecta tumultum,
 Confluxere genus postquam Lemno, atque Pelasgi,
 Lemniadum et coetu Minya junxere choreas:
 Nam prius antiqui divino a sanguine Reges
 Ingentes animos succensi laude perenni
 Atria complerant Minyis stipantibus alta.
 Quos inter cytharà, fidibusque canorus acutis
 Calliope, Oeagerque, tuum genus, incipit Orpheus.
 Ut pater ipse Deum vincis evinctus ahenis
 Subsidio Thetidis Superos effugit inermis,
 Junonemque pater Neptunum et Pallada tempsit,
 Centimanumque diu capti prope vidit olympo,
 Caelicolae Briarea vocant, hominesque vetustum
- 305
- 310
- 315
- 320
- 325
- 330
- 335
- 340
- 345

- Aegeona : canit Martem simul aere ligatum ,
 Victus Haloidas Otum , durumque Ephialten
 Passus ubi , ut letho jam tum datus ipse fuisset ,
 Mercurius fratrem vinclis ni solvat iniquis :
 Quis ventos magnum per caelum , saxa , fretumque
 Laxet , et oceano quo vergat Phoebus Ibero
 Limite ; quid noctes hyberno sidere tardae :
 Hinc canit unde ruunt amnes , fontesque , lacusque ;
 Ut maria alternis tumeant agitata procellis ,
 Intremat ut tellus , toto sua fulmina caelo
 Jupiter , inque sinum fundat telluris aquosam
 Saepe hyemem , et celsos pertundat grandine montes ;
 Qui dedit ut tellus campo penderet aperto
 Aëris , ut vasto jaceat circumdata ponto ,
 Ut super aethereae circumstent aëra flammæ .
 Inde orbes alios mundi , et convexa Deorum
 Atria , caelestes Musarum et carmina cantus
 Adjicit , utque Deum mediâ pulcherrimus aulâ
 Cynthius aeterno delectet carmine mensas .
 Ille fides septem , septem movet ordine cantus :
 Circumstant Proceres arrectis auribus ; ille
 Ingeminat solitum digito redeunte tenorem ,
 Atque eadem tepetit numero modulatus eodem .
 Tum bonus Alcides magnæ praecepta Minervæ
 Aesonio portat juvénî : stupet ille , diuque
 Saxeus adspectu perstabat lumina longum
 Fixus humi , atque genas mutato flore nitentes .
 Candida liventi pallore infectus et ora ,
 Ora gelu subito , et maculis variantia densis ;
 Demisitque oculos : veluti cum candida nubes
 Solis in adversi radios se extendit , et alnam
 Lampada caeruleo veniens infuscat amictu .
 Ipse Dèum postquam monitus accepit , et aequi
 Jussa Jovis , tempusque , et non superabile fatum ,
 Talibus ignarum verbis compellat amantem .
 Optima Lemniadum , miserum cui fata parentem
 Concessere uni scelerato evellere letho ,
 Nunc eadem , quondam quae me tibi fata dederunt ,
 Invitum charà cogunt decedere terrâ .
 Hoc jubet Omnipotens , jubet hoc Tritonia Pallas ,
 Numen utrumque tibi : tibi connubialia testor
 Foedera , vita super , dum sit mihi sole fruendì
 Copia , tam justi non oblidiscar amoris :
 Quem mihi cumque ferant cupido pia fata recursum :
 Vix ea , cùm lacrymis perfuderat ora decoris .
- N n n
- 359
- 355
- 360
- 365
- 370
- 375
- 380
- 385
- 390

468

Nec minus illa novo mentem concussa dolore,
 Vulnere mentis enim turbata, incertaque rerum,
 Deficit; incepto sermone ter aetheris auras
 Perculit, et toties animo languente resedit.
 Ut tandem optatas potuit propellere voces,
 Illum dulcè tuens lacrymis inflectit abortis:
 Invidère mihi Superi te, dulcis Iason;
 I tamen, et famà compulsus ad aethera laudes
 Tolle tuas, neque te ire veto, neque fata retardo:
 Tu meus hinc Colchos properas, meus inde redibis,
 Si modo laetitià mentem non pascor inani.
 Quod si forte malum cumulo jacet usque malorum,
 Nec melior fortuna sequens quam prima futura est,
 Quae Deus et quae fata ferant tolerare necesse est.
 Haud infracta malis certè Regina videbor
 Lemniadum, excedunt sole quae facta virorum,
 Nec graviora pati potero, quam longa parentis
 Exilia usque gemens tanto sum passa dolore
 Unum oro, quando ire paras, et jussa Deorum
 Exequaris, magnaue rapit te gloria famae,
 Ne te longa dies nostro subducat amori,
 Angit enim trepidam timor hic super omnia mentem:
 Neve oculis quam sis procul hinc tam mente recedas
 Impius, aut capiant nostrae te oblivia terrae.
 Aegaeo paucis quae si jacet aemula magno,
 Cun tamen egregias laetus penetraveris urbes,
 Per tibi si quid amor meus in te dulce relinquet,
 Perque facies primas, hymenaeaque sacra, Deosque
 Connubialis aequos, et amicum Numen amori
 Legitimo quocumque favet, tum denique amantis,
 Hypsipyles meinisse velis; aut si tibi toto
 Exciderim ex animo, communem respice prolem
 Quam pariam, gravido quae corpore dulcis ad auras
 Nititur aethereas: hujus ne oblitus Jason
 Sis, precor, et quantis fuerim dimissa periclis.
 Finge age Lemniadas (quid enim tam mobile vulgus
 Firmi habeat?) contra bellare Thoantida, quodnam
 Auxilium implorem? patria quo pulsa revertar?
 Qui cum sola querar? qui cum deserta dolebo?
 An patris auxilium expectem? qui ne exulat oras
 Pulsus ad usque Chias, graviterque infanda rependit
 Supplicia infelix, quod avita rexerat aula
 Imperium: anne procos, queis te semel omnibus unum
 Ante habui, supplex, aut jam captiva togabo?
 Tum nihil est nisi morte manum foedare cruentà;

395

400

405

410

420

425

430

435

440

Una salus haec est , haec fortibus una voluptas,
Hic modus , haec una est variorum meta laborum .

469

Frangitur his dictis animum Crithaeus Jason ,
Nec tulit ulterius lacrymas cum voce cadentes ,
Motus et ipse animo , et medio in sermone loquelas
Abstulit , et dulci sic inter fatus amore est .

445

Excute corde metum , Conjux dilectu , tepentes
Siste , precor , lacrymas , et inanes exue curas ,
Omine ne tali linquam tua regna , querelas
Pone graves , mea lux ; per ego hunc tibi testor amorem ,
Per duplices cursus , reddituraque vela , virosque
Semideos , comitesque ratis , sociosque laborum :
Nulla dies animo poterit te avertere nostro ,
Seu me terra , vagum seu me maris alta tenebunt
Aequora , sive domos patrias , et Thessala regna ;
Sive Indos , seu nos miseri veniemus Iberos ,
Non adeo ingratus , meriti nec vanus Jason ;
Verum ubi laeta vias dederint et fata recursus
Optatos , et lata cavà sinet ire per alta
Puppe Deus , tum vela tuis sinuantia terris
Adventare tuo Lemni de littore cernes .

450

Talibus ille animum dicens solatur amantis ,
Omnia pollicitans , voto quae adversus iniquo
Jupiter aeriis mandabat cuncta procellis ,
Verbaque nubiferi rapiebant irrita venti .

455

Post ubi Luna vago curru concenderat axem
Jam medium , et junctis superarat cornibus astra
Aurea , ad oceanum placido vertentia caelo ,
Multæ diu inter se questi , variūmque locuti
More suo , nunc ora sonus frustratur amantum ,
Nunc lacrymis vultus humectat Jasonis illa ,
Hujus èt ille genas largo rigat imbre madentes .
Postquam molta novo permixta dolore voluptas
Incertum ambobus sparsit per membra soporem ,
Hic procul a miserè visus sibi vertere amante
Lumina : majus agit decus ad majora pericla ,
Terrigenas nunc ille viros , nunc ora draconis
Sibila , tergeminos graviter spirantis hiatus ;
Nunc videt insignem nemorum per devia cervam
Ire simul canibus , patriasque invisere sylvas .

460

Illa autem durum regnis expulsa paternis

470

Visa per Aegaeum medio sibi currere ponto ,

475

Exul et aeternum moesto gestare dolorem

480

Peetore , et altrici geminos mandasse Lycastae

Euneon Aesonios juvenes , parvumque Thoanta :

485

N n n a

470

Euneon, infelix, ob amorem nomen amatum
Linquere, et ingentem verbis orare tyrannum.
Omnia quae veterum non immemor ordine rerum
Rettulit, atque animo fixit fortuna recenti,
Post multos expertae annos quid praescia veri
Omina certa ferant; adeo sunt somnia vera
Cornea quae summo demittit ab aethere porta:
Namqua leves alii superas tolluntur ad auras,
Fumus uti, tecto portant ubi nubila vultu,
Et ferrugineos manes imitantur amictus,
Cùm candore serae morsu spoliantur eburnae:
Sensibus hi serpent primo torpore sepultis,
Et terrena novâ ludunt formidine membra,
Unde metus, dolor, et spes est, et gaudia laeta:
Contra autem puro genitor quae mittit olympo,
Mentibus atque animis hominum ventura reportant.
Namque ubi longa quies animum in sua jura remisit,
Absolvitque gravi membrorum mole, recurrit
Astrorum, caelique vigor, tum vera tuentur,
Atque futura vident animi, qui morte carentes
Cernunt innumerias magnum per inane figuras.
Talibus amborum turbantur pectora visis
Nocte sub extremâ, donec cava tecta Cyclopum
Vulcanique exstructa manu, resonare querentes
Voce videntur aves, flammâ cùm Solis anhelâ
Languida lucifero pallebant sidera curru.

490

495

500

505

510

BASINI PARMENSIS ARGONAVTICON

LIBER PRIMVS FINEM CAPIT:

BASINI PARMENSIS

ARGONAVTICON

LIBER SECUNDVS.



Jam dictura diem Superis Aurora rubebat,
 Et roseo curru primum lustrabat olympum,
 Cum jubet argutis Minyas praemonibus Heros
 Ad se accire viros: illis tuba rauca repente
 Sumitur, atque vias subito clangore per omnes
 Horrida terrifico fuderunt murmura cantu.
 Tum vero tremefacta virum quatit inscia corda
 Horror, et ancipites trahit alta ad tecta Pelasgos,
 Reginæ et celsas subito glomerantur ad aedes.
 Regibus ille prius mediâ de plebe vocatis
 Consilium pandit, rerumque arcana revelat,
 Quid statuat; fallitque animos ignaraque vulgi
 Pectora, et Argivis quaenam sententia demum
 Staret; an ire domos vellent, et Thessala regna
 Indecores famae nullis sine laude trophyis.
 Nam simul ac fessos sensit maris, atque viarum
 Pectora longarum duris exercita curis
 Vulgus in ambiguum variatis serpere verbis,
 Ignaras tali compellat voce cohortes.

Audite, o Proceres Argivae robora pubis:
 Jupiter ille Deûm genitor ferus omnia quondam
 Pollicitus, Fati quae dat fortuna secundi,
 Abnegat incepti curam pretendere nostri,
 Et nunc ad patriam jubet celeremus Iölcon.
 Heu pudor! heu! patrias repetam ne inglorius oras;
 Amissos neque agam socios, quos longa terendo
 Tempora consumpsi? Magni sic rector olympi,
 Sic fortuna Deûm statuit. Proh dura meorum
 Funera; quot nudis jacuerunt piscibus esca,
 Quot terrae, quot Lemnos habet, quot littora ponti!

N n n 3

10

15

20

25

30

472

Quare agite o patriam cuncti, charosque parentes,
Et dulces terras, et Thessala regna petamus,
Nullaque tam magni referamus praemia cepti.
Indecores Pelias videat remeare, nec unquam
Post Athamantaei rapiamus vellera Phryxi.

35

Vix ea; cum vastum clamore per aethera misso
Unanimes dextrâ in patriam dant signa reverti
Velle, nec aeternum pelagi tolerare furorem.

40

Ac veluti aëriæ linquunt ubi littora parvis
Pygmaeis habitata grues, sonat agmen acutis
Vocibus, et longis clangoribus aethera pulsat;
Aut ubi laeta fremunt cygnorum millia, supra
Asia olorisoni viridantia prata Caystri
Laetantes tolluntur aves clamore per auras:
Fors et liquissent portus, patriamque petissent,
Ni Juno fidam monuisset diva Minervam.

45

Illa autem Alcide vultum assimulata potenti
Per medios Minyas incedit, et ora resolvit,
Affaturque viros mediâ sublimis arenâ.

50

Sic vos in patriam, Proceres, remeare paratis
Dorsa super rapidi maris horrida laude sine ullâ?
O genus egregii patres mentita juventus
Hanc laudem ne Aete, saevisque relinquere Colchis
Degeneres animi non vos taedetque pudetque?
O jum Lemniades: neque enim genus illud Achivum
Amplius estis: ubi vires et fervida virtus?
Verbaque magna, quibus Phryxum statuistis inultum
Ulcisci? Dixit, cunctisque iniecit amorem
Mentibus ingentem justas exposcere poenas
Sanguine ab inviso Colchorum, et Rege nocenti.
Nec minus extemplo mens est mutata Pelasgis
Omnibus: illi ipsi modo qui charosque parentes,
Et dulces natos animo, thalamoque jugatas
Versarant adeo totâ pietate maritas
Ire parant, latumque cavâ trabe findere pontum.
Ergo ubi Divorum monitu revocata juventus
Omnibus ardor inest Colchas invadere terras,
Fortunamque sequi et Fatum inviolabile Divum.

55

Tum Regina virum moesto comitatur euntem
Agmine, et ante ratem miserandâ voce locuta est:
Heu classem infandam, et votis adversa modestis
Vota virum, et nunquam saturatos laude Pelasgos!
Cur video te, invisa ratis, cur carbasa cerno
Jam nostrum aveitura virum? quae prima fuisse
Hora mihi vitae, haec utinam suprema fuisse,

60

70

75

Dum potui sine labe mori: me pontus et undae
 Obruerent, me saxa procul, me coeca rotarent.
 Aequora, et aëriae reperent per inane procellie;
 Huc, ubi nullus amor, scirem nec tale quid esset.
 Quale malum Divi nostris fixere medullis;
 Aut si fata dabant tristi succumbere amori,
 Tam certum nobis quām sum quoque certa deditissent.
 Haec cuperem: at quoniam non sunt Jovis omnia nobis
 Vota secunda, nihil superest, nisi longa dolere
 Obsequia, Argolicoque (nefas) statuisse marito
 Nubere, qui nec opes partas, nec tecta, nec urbem;
 Nec regnum magni curat dotale Thoantis;
 Nec timer in numero surgentem vortice pontum.
 Auferet heu miserae mihi te tua denique virtus,
 Nec te quod gravidae nostra celatur in alvo,
 Nec te longa patris pietas, mitisve movebit
 Alcimides genitricis amor, nec gratia charae
 Conjugis ulla movet, quae te orba, et cassa marito
 Linquor Iasonio jam forte videnda nec unquam
 Lumine, nec posthac regnis mansura paternis.
 Hiscere tellurem miseranda precabor opacam
 Tum mihi, Colchorum si te gens barbara bello
 Vicerit, aut victum letho demiserit atro.
 Nam mihi nec genitor, nec adest sanctissima mater:
 Exulat ille, Chiosque tenet cum fratre penates,
 At matrem stygiis adigit Proserpina regnis:
 Quin septem nobis fuerant qui maxinia fratres
 Spes, mihi Lemniades letho oppressere nefando:
 Hei mihi quanta subit mentem terroris imago,
 Cum memini casus, et fata nefanda meorum!
 Sed mihi tu genitor, mihi tu gratissime conjux
 Mater eris; mihi mater eris, modo noster ubique
 Sis idem, et nostri sis non oblitus amoris.
 Omnia cogit amor miserandos credere amantes.
 Barbara ne captum remoretur amore nefando,
 Promittasque fidem Colchis insane venenis,
 Neve fidem, et pactae violaris foedera taedae,
 Neve animum stimulet fallendi conscius horror
 Interea, et tristes deducas perfidus annos.
 Talibus incerto confusam turbine mentis
 Maximus Aesonides heros solatur et infit:
 Me ne alium, Coniux, unquam fore chara putasti
 Atque fui, dum fata dabant meliora quietem?
 Dum non ire Deus Colchaea jubebat ad arva.
 Nec cupies primis infans cecidisse sub annis,

80

85

90

95

100

105

110

115

120

474

Incertumque virum nec tu regina dilebis,
Nec mea me eripet miserae tibi denique virtus.
Laude super nihil est: non hoc mihi gloria facta
Quaeritur; haud certe talis me cura fatigat.
Tristia sollicitant caesi me funera Phryxi.

125

Nec tam regna movent, quam me tua longa movebit.
Gratia, nec fratres post moesta quereris ademptos,
Meque tuis quondam damnis, Regina, rependes
Omnibus, et magno fortunam optaveris emptam
Adversam, in melius quae sit conversa repente,
Cum vel ego ad Lemnum, vel tu ad Peneia Tempe
Veneris, atque duas faciam communia terras
Lemnon Colchaeique simul mea moenia regni.

130

Nec me externus amor, nec Colcha venena tenebunt;
Omnia jam pridem mecum, Regina, putavi,
Atque meo convolvi animo, nec barbara conjux
Ulla placet Grajo; sed quae mea pectora primum
Abstulit, aeternoque sibi me vinxit amore.
O quam laeta, decus Lemni Regina, futura es

135

Cum veniam, raptosque feram ad tua moenia Colchos!

140

Sin adversa meo steterit fortuna labori,
Quod Pater Omnipotens vacuas avertat in auras,
Mitte tuos ex me partus quoscunque crearis
Cum juvenis tenero primum pubescet ab aevo
Thessaliam ad patriam, charoque relinque parenti.

145

Sic ait, et socios ad littora cogit Jason.

Nunc age, Musa, viros memora, quos protinus illa
Jussit adire sacram, fatis ducentibus, Argo.

150

Primus adit navim Meleagros honore parentum
Et patrio jam marte fremens, quem maximus Oeneus
Progenuit, fratrunque pio de nomine dixit.
Agrius atque Melas sine stirpe et prole virili
Occiderant fratres, quos terra tegebat opaca,
Quos Portheus genuit patria Calydonis in aula:

155

Ergo Aetola manus circum ducis ora fremebant,
Quos Pleuron pascit, quos Olenus, atque Pylene,
Quique undas, Acheloe, tuas liquere colentes
Chalcida littoream, Calydonaque vertice duram;

160

Taenariisque celer venit Polyphemus ab oris,
Filia quem Tityi Neptuno mixta creavit
Europe ante alias verà pulcherrima formà
Praestantem cursu cunctis, pedibusque volantem:
Ille super ponti fluctus vestigia summa

165

Vix tingens siccis superabat cursibus undas.
Post hos Admeti graditur delecta juventus,

Qui Boeben, Glaphyrasque tenent, et Iölcon iniquam
 Moenibus, atque Pheras, Baebëida quique paludem
 Propter arant stagnis undosa fluentibus arva,
 Triginta numero : in patriâ nam cetera pubes
 Rura domant ferro, rastrisque sonantibus aequant : 170
 Sola domum Admeti servat pulcherrima formâ
 Natarum Peliae, conjux Alcestis, et aegro
 Corde sedens odio servat magis ipsa parentem.
 Huc Magnetas agit secum Pagasaeus läson,
 Flumina Penei potant qui clara Colnos, 175
 Pelion ingenti protectum qui tenet umbrâ,
 Undantesque videt ventorum flamine sylvas,
 Impulsumque nemus prono descendere luco
 Matris, et aërio concusseas verticee pinus.
 Omnibus una sitis Colchas invisere terras, 180
 Unus amor laudum, cunctisque in pectore magni
 Vis animi, et dulcis sub corde resurgit läson.
 Nec non et Peleus post hos, Telamonque secuti,
 Aeacidae, quos dura manus comitatur ab altâ
 Progrediens Phthiâ, quos et Larissa superbo 185
 Vertice despectat, quos et sua forma decebat
 Myrmidones : post hos graditur Tirynthius heros,
 Quem passu non aequat Hylas, remoque gravanti
 Tardatur, nimioque gemit sub pondere tonsae :
 Ante sagittiferas humero gestare pharetras 190
 Sveverat, argutumque sono bis senserat arcum
 Castor Amyclaeis non jam contentus habenis
 Amplius hunc sequitur, Polluxque affixus eunti
 It lateri : Spartana cohors quoque parva secuta est :
 Post hos Aegides claris excitus Athenis 195
 Praegreditur lectâ procerum comitante catervâ,
 Cui similem nec terra tulit virtutibus ullum
 Martis ad arma viros, et equos in bella parare ;
 Insignis citharâ sequitur quos Thraci Orpheus.
 Hi fuerant sacram Proceres quos jussit in Argo 200
 Scandere ductorum princeps Critheus läson ;
 Nam genus Aethraeum Calais, Zethesque furenti
 Corpora nata Deo, raptae decus Orythiae,
 Aethera saepe fretis tenerum petière relictis
 Exploraturi ventos, ac signa daturi. 205
 Hos texére leves pennis fulgentibus alae
 In squamam positae, dictu mirabile, ab alto
 Vertice pendentes talos, stupor altus, ad imos :
 Cetera remigio tali non apta juventus
 Aequora jam norat sinuosis scandere velis. 210
 O o o

Ergo omnes laeti magno clamore per alta
 Transtra locant se se , et jusso tum tempore cuncti
 Prona parant remis certatim pectora nautae ,
 Aequoraque undiruis evertunt caerulea palmis .

Quo fugis , Hypsipyle clamat , crudelis Iason
 Me sine ? cur sine me spumosas dividis undas ?
 Quod si terra mihi detur , te terra moretur ,
 Quo tu cumque pedem tuleris , vestigia tendam .
 Sed neque navis adest nobis ; audite Pelasgi ,
 Nunc inhibete fugam : liceat mihi pauca volenti
 Aesonidae mandata loqui , nec plura morabor .
 Candida pontivago surgunt quid carbasa malo ?
 O utinam nunquam spoliassent Pelion altis
 Abietibus Minya , nudato a vertice nunquam
 Accisumque nemus , nodosaque robora nautae ,
 Cornigeras pinus , et odoriferas cyparissos
 Traxissent liquidas pelagi ferventis ad undas !
 Certe ego nunc nullum scirem quid posset amorem !
 Foemineos coetus tantum , et muliebria nossem
 Concilia , ac dulces Lemni Regina catervas .

Te sine dulce nihil , sine te mihi gaudia nulla !

Imperio subiecta tuo felicior essem .

En qui Lemniadas formâ caepere ! quid ? illas
 Non capere igne putas quae non odere maritos ?
 Heu demens animi ! nescis quid Grajus ubique
 Fraudis alat : Grajum lacrymis ne crede coactis .
 Quid ? non ante suam liquit Minoïda Theseus ?
 Quod si forte negat redditus , et gaudia nobis
 Promissa , et nostro non sit contentus amore ,
 Orabo , et placidis jungam crudelia verbis .

At nihil efficies : neque enim promoveris illum ;
 Verum aegro curis animo induluisse juvabit .
 Quid loquor infelix ? quo mens devicta recessit ?
 Ille quidem procul hinc mediis versatur in undis .

Nonne vides ut vela citâ Notus adjuvet aurâ ?

At procul in bibulâ tu sola moraris arenâ .

O genus et Bacchi non nullis inclyta factis

Gloria Lemniadum , cui te fortuna malorum

Servavit cumulo ? viduâ quid linquo in aulâ ?

Sic ait ; in terras cum poplite prona soluto
 Concidit , atque oculi tenebris velantur opacis .

At contra Aesonides oculis ad littora fixis

Moeret , et occultum servat sub corde dolorem .

Littore discedit toto Vulcania Lemnos

Jam dudum , atque abeunt dilectae moenia terrae .

215

216

225

230

235

240

245

250

255

At postquam medium Minyaē tenuēre profundum
 Nulla videbatur terrarum: pontus ubique,
 Undique devexi clausum mare margine caeli.
 Hos videt adspiciens summā Neptunus ab undā,
 Caeruleis dum salsa super volat alta quadrigis.

260

Ut vero Aesoniden agnovit, inhorruit irā
 Turbidus, atque minas concusso vertice fudit:

Hei mihi! quale Jovis summo pro limine cuncti
 Me sine caelicolae pelago posuēre quieto
 Imperium! id sat erat num jām quod olympia tecta
 Non ego possideam, communia jura, sed alti
 Caerula dōra maris, quae sorte tenemus iniquā:
 Atque utinam teneamus adhuc, si Jupiter altum
 Mittit ad Euxinum nostras humana per undas
 Corpora, et invisum nobis caput illius ecce,
 Qui fato Peliam, mihi quem Salmonea Tyro
 Progenuit, dulci spoliabit lumine raptæ
 Pellicis auxilio: neque enim nescimus iniquos
 Arte subesse dolos, quamquam sit frater et Aeson
 Illius, atque uno veniant de ventre: creavit
 Aesona namque eadem formā pulcherima Tyro,
 Sed non patre Deo: Crytheus sed callidus illum
 Procreat Aeolides nec non Amythaona et altum
 Deinde Phereta viros, heroas, et inclyta regum
 Nomina; sed nostrum genus tamen altius illo est.

265

Quin ad regna ferox facilis mortalibus Oetae
 Advolat, ut Phryxi vellus fatale reportet,
 Nec tinet Iōniis regnante fluctibus Ino:
 Usque adeo pelagi Divos putat esse quietos.
 Quare agite, o Venti, mecum Zéphyris que, Notique,
 Et Boreæ atque Euri concurrite viribus omnes
 Omnibus adversi, fractaque urgete cadentem
 Puppe virum, et pelago nantem spectate tumenti.

270

Dixit, et undivomos spumantia frena jugales
 Permisit quætere, et laxis discurrere habenis.
 Illi autem prono populata per aequora cursu
 Spumigeros alto verrebant pectore fluctus,
 Dorsaque nubiferā signabant caerulea caudā,
 Clamantemque Deum diversa per alta trahentes
 Ibant, atque viros inimicā fronte petebant.
 Extemplo totum fervet mare, et ocius omnis
 Magna tumet ponti facies; tum cana repulso
 Marinore spuma salit, cunctæ se in saxa sequuntur
 Innumeris undæ cumulis: ipse imbribus atris
 Tunditur, in nubemque volans se condit Orion;

275

O o o 2

280

285

290

295

300

Pleiada nec potuit spumosa Typhis ab unda
Suspiceret, aut cursu semper tardante Booten,
Arcturum, ac septem gelida sub parte Tryonas.
Ergo ubi caeruleis caelum jam stare procellis
Vidit, et in numero surgentem vertice pontum,
Talia verba jacit surdas miseranda per auras.

Hei mihi! quid tanto turbantur fervida motu
Aequora? quid subitae caelum texere tenebrae?
Nulla videntur enim spatiosi littora ponti,
Nullaque frugiferae monstrantur jugera terrae.
Omnia nostra, Viri, cumulis clauduntur aquosis,
Spesque, salusque labant: O fortunata parentum
Gens antiqua, quibus pelagi nec cognitus usus,
Salsarumque minax vortex horrendus aquarum!

Talia cum dixerat, cumulis per inane volutis
Extulerat gravis unda ratem: videt ille frementis
Dorsa sonora maris, cumuloque relapsus ab alto,
Tartareos ratus esse Deos, cava saxa profundi
Horret adire freti: ter ubi et quater altius atque
Inferius vaga puppis aquis agitatur iniquis,
Evolvit montes magnarum victor aquarum
Eurus; eunt Zephyri per aperta frementia ponti
Terga fugae, nudantque citi, longeque repulsi
Nunc redeunt, laxisque palam referuntur habenis;
Nunc Boreas, nunc Auster adest, nunc turbine magno

Ter tonat ante oculos, pelagoque remugit opaco,
Jupiter et fractos jaculatur ab ignibus imbris,
Exultantque undae, et gemitum freta rauca remittunt
Tum vero Neptunus equos clamore fatigat
Terribili, sceptrumque manu, magnumque tridentem
Attollens toto volat aequore, caerulea pulsu
Lata domans rapido, nimboisque, et inania densat
Nubila, turbatumque secat Deus horridus aequor,
Occultans terramque simul, pontumque profundum
Nubibus: ut caelo jacuit nox atra fugato,
Ponite, Rector ait, revolutis pinea velis
Cornua, et antennas miserae demittite puppi:
Talia perdiderat; neque enim fragor aequoris ingens
Verba volare sinit socias geminatus ad aures.
Tum magno clamore viri, stridore rudentes,
Ventorumque undae vi magna, aetherque procellis,
Et strepitu magni crudescunt omnia caeli.
Tum densae salsa incumbunt aspergine nubes
Caeruleae, vastoque sedent cava nubili ponto.
Tum rapidi toto concurrunt aequore venti,

- 479
- Impulsamque trahunt spumosa per alta carinam ;
 Demersaque tenus prora latera utraque tinxit .
 Unda refusa gravi stridore volubile surgens .
 Atque ibi summa dies ollis sine laude fuisse ,
 Ni Juno placidis monuisset Pallada dictis . 359
- Tu ne tuos linquis tanto in discrimine Graios ,
 Diva decus magni genitoris , ad aequora jussu
 Qui venere tuo ? quid prosunt vota , precesque
 Aesonis , atque aras donis onerasse superbis ?
 Lemniadum furias metuisti , Diva , nocentes ;
 Restabant graviora tibi , Neptunus , et undae . 355
 Numquid in Aesoniden tantum furit aequore in alto
 Neptunus ? quidnam tantà Deus aestuat ira ?
 Cur pereat , rapidoque mari socia agmina perdat
 Maximus Aesonides animis insignis et armis ,
 Quo neque consilio melior , neque mente vir alter ,
 Qui me forte cavi transvexit flumen Anauri ,
 Nec contempsit anum , cuius me forma tegebat ?
 Haec Juno : haec placida Tritonia voce remittit . 360
- Sic , Regina Deum , Saturni et maxima proles ,
 Ingentes Grajum semper miserere labores ,
 Et tranquilla juves quos non virtute earentes
 Aspicies , dulcique tuo sub corde reponas ;
 Nec genus aspicias , sed quem virtute probatum
 Noveris , huic magnum megnæ des laudis honorem . 365
 Dixit , et ingenti se turbine misit ab alto ,
 Neptunumque prior dictis irritat amaris .
- Quid , Neptune , furis tandem ? quae gloria victor ?
 Tanta viro , ut tali turbaveris omnia morte
 Aequora ? merge manu , si te juvat ista potestas ,
 Nec tibi fas omnes contra contendere Divos . 375
 Hunc tibi nec frater pepigit , nec Fata favorem .
 Nam quae praecipitat tam laeva insania mentem ?
 Dis genitos ne putas mediis Heroas in undis
 Perdere , et aetheream pelago submergere prolem ?
 Quin etiam pinus , reges quae vectat Achivos ,
 Immortale decus caeli stellantis habebit .
- Dixit , et adversa venientem repulit hastam :
 Ecquid ab incepto me me , Tritonia , vertis ?
 Fratre sata , et nostro de sanguine nata , quid ausa es . 385
 Mortales pelagi magnis praeponere Divis ?
 An simile esse Deum genus ipsa et rere virorum ,
 Quae data terra , quibus fas est tellure vagari ?
 At mihi jus pelagi concessum est omne , nec ipso
 Sum , nisi sorte , Jove inferior ; mihi maximus annis

480

Consiliis dubius genitor Saturnus, iniquà
Sorte minor tantum, regna haec quaecumque tenebo?
Sic ait, atque olli contra Tritonia fata.

Concussor telluris, ait, Neptune, potestas
Una superba maris, quando tua regna negasti
Caelicolis, aliosque Deos contra ire parasti,
Divorum venias aliorum in regna caveto,
Aut caelum, terramve petas, aut bella ministres;
Bella quibus cingent perjuræ moenia Trojæ
Herðes Danai, Martis densissima saepes;
Sigaeo cernant populi te in praelia campo.
Tum tibi tempus erit Xanthum spectare cruentum
Caedibus; adspicies totam cùm fervere bellis
Europam, atque Asiae Rhoetaeo in littore gentem.

Laomedontæas infido a sanguine poenas
Sumere tum liceat, tum gorgone tecta severa
Bella gerens, miserosque trahens in funera Teucros
Evertam turres, et moenia longa revellam.
Nec jam sorte tuâ memora te fratre minorem.

Quisque suis trahimur fatis, fortunaque dispar

Omnibus, et nulli fas omnia tendere contra.

Sic Dea: quadriuges pressis Neptunus habenis
Continuit, retroque feros pater ipse retorsit
Laetus, et ingenti mentem dulcedine tactus.
Non tamen idcirco venti posuere tumultu

Horrifico; namque Eurus adest, Zephyrusque, tonansque

Aethraeus Boreas rapido contrarius Austro.

Tum Danais resoluta cadunt genua aegra timore
Ingenti, tum corda labant, tum lingua precantum
Deficit: in medio languescant verba dolore
Omnia; namque timent medio ne se aequore turbo

Megeret, aut pelagi diversa bellua formæ
Dentibus, atque ayidam morsu conserret in alvum
Delphini, aut magno versantia corpore Cete,

Qualia monstrisero nascuntur multa profundo.

Talia volventes fluctu gravis aestus amaro

Pertulit ad cautes, inviisque saxa, nec ante

Agnita, quam fraetæ descendit in aequora prora

Navis, et alta super cumulo volat acta sonoro;

Nam Boreas magnis incumbens viribus undas

Torsit, et ingenti protexit littora ponzo.

At bona Pallas adest, nebulisque renovit, et omnem
Aetheris aspectum larga regione serenat.

Quæ simul ac tunidum subduxit nubibus aequor,

Nereidum sedes intravit, et humida tecta.

395

• •

405

410

415

420

425

430

435

Est locus angusto clausi maris Hellesponto
 Vastus, in abruptum subter freta caerulea, quantum
 Celsus Athos superas caeli caput urget ad auras;
 Hic domus e viridi Nymphaeum pumice facta
 Speluncae in morem tacitis circumflua lymphis
 Tuta metu tristi ventorum, immotaque vasto
 Cincta lacu, et longi cava sub spelaea recessus,
 Longae simul alta Patris penetralia, et almae
 Doridis; ingressa est quo posquam Diva, proculque
 Lumine quo solita est lustravit singula glauco:
 Nam versae ut fuerant opera ad studiosa puellae,
 Adspicit intentas vario Dea magna labori.
 Ante pedes Nymphae tyrio fucata rubore
 Mollia virgatis servabant pensa canistris:
 Pars aptare colo lanam, revolutaque dextrà
 Vellera, pars facilem digitis tenuare Minervam,
 Turbine fusis pars deducere fila volutis,
 Lucidaque innumeris involvere stamina gyris;
 Pars hilarare foco pendentia rupibus antra,
 Pars epulas, laetaeque parant convivia mensae.
 Tum Dea voce suā pulchras Nereidas omnes
 Excitat, atque animum subitis terroribus implet.
 Non minuisse colos, vobis non mollia pensa
 Carpere tempus, ait; studia ad majora volandum est.
 Nunc magnos servate Duces, qui saepe solutis
 Servati votis vobis pia signa reponent,
 Cūm pelagi ex undis fuerint tellure potiti.
 Sic ait: illae autem patriis a sedibus omnes
 Prosilière, vagasque super cita turba per undas
 Virginea e liquidis monstrarunt fluctibus ora
 Dotoque, Protoque, Pherusaque, Dynameneque,
 Urget et argento simili pulcherrima plantà
 Frenatum Delphina Thetis, quae pectore pulchro,
 Quae capite, atque humeris super eminent una sorores,
 Et niveis alte superat freta summa papillis.
 Hic Ephyre, atque Halie, tum candida Cymodocaea,
 Et Panope, et felix it Agave, flavaque Doris;
 Post has it Glauceque, Thaliaque, Cymothoëque,
 Quaeque cavis antris aliae Nereides omnes
 Humida tecta tenent, atque atria caerulea servant:
 Quae simul ac vastis possessum fluctibus aequor
 Conspergunt, gravique viros sub sorte laborum
 Tantorum, fluctus pelagi stravere profundi.
 Tum vero nautas subitus stupor occupat omnes
 Ut videre Deas exstantes pectore toto

440

445

450

455

460

465

470

475

480

482

Fluctibus, et pulchrà cingentes castra coronà.
 Tum primum tacito percusus vulnere Peleus
 Virginis adspectos artus arsisse marinae
 Fertur et ante Thetin thalamis posuisse sororum.

At tremuli placido requierunt gurgite fluctus,
 Et viridi dorso radiis per inane refusis
 Nubila rara sinunt croceis Thaumantida nymphis
 Reddere conceptos pennis humentibus imbris.
 Tum venti tandem cesserunt aequore toto.

Hic vero laetam ducunt per singula mentem
 Magnanimi proceres Argivae robora pubis.
 Aeolus an dulci dejectum luce nepotem
 Vindicit, an fratri sternat sua regna Palaemon;
 An genitrix, Hellen lacrymis dum luget abortis,
 Ante piis multum roratas fletibus undas
 Deserat, et claram permittat in aequore lucem.
 Talia quae secum versantes pectore laeto
 Laomedonteae tetigerunt littora Troiae.

Expositam monstro cùm Laomedonte creatam
 Reginam Alcides correptis vindicat armis,
 Magnanimos cui pactus equos Rhoeteius heros
 Reddere, qui rapidos superarent cursibus Euros.
 Tum subit Alcides ingentis tecta Tyranni:
 Hic lapides vivos signis, Ephyraeaque cernit
 Aera, virûm effigies, antiquaque nomina Regum;
 Ab Jove demissum gentis genus: ordine primus
 Dardanus adstabat sceptris insignis et armis:
 Alter Erichthonius, natum qui Troa superbum
 Progenuit Regem: pulchri Ganymedis, et acris
 Assaraci, atque Ili genitorem: ast Ilus avarum
 Laomedonta creat, pacto cui Cynthius auro
 Cum patruo infidae fabricavit moenia Troiae.

Extemplo tristi turbatus imagine fraudis
 Abstinuit gressu procul, admonitusque recessit
 Tutus equos celeres, prouissaque praemia poscens
 Incassum, atque morâ producens tempora nulta.
 Bina Deûm atque hominum Phrygii perjuria regni
 Mente ferens tacitâ longo crescente dolore
 Mox abit Alcides, aliudque in tempus amaros
 Irarum servat stimulos, nec verba, nec ulla
 Perdere voce minas, nec equos petere ante negatos.
 Amplius, aut vultus potuit perférre pudendos
 Re, 5: at ingenti servans sub pectore justam
 Nocte dicque suis dignam quoque viribus iram,
 Distulit, atque secans coeptarum dulce viarum

485

490

495

500

505

510

515

520

525

**Fortis iter, magnas Euxini fertur ad undas
Cum sociis, magno sub Iästone, donec arenas
Phasidos, aeratque solum tetigere carinā.**

Desunt versus plus minus sexaginta.

- | | |
|---|--|
| Me pater ille Deūm supero tibi mittit olympos
Qui freta, qui terras, atque aurea sidera torquet.
Haec tibi ferre jubet non irrita jussa; sequareis
Quae velit: adventant Divūm genus inclyta Grajūm
Pignora, ab Haemoniis Colchas quos puppis ad oras
Prima Lycaoniam vexit delata sub Arcton.
Hos tibi commendat Divūm pater atque virorum;
Nam neque te regnō cupiunt spoliare Pelasgi
Antiquo, neque omnes trahit hac ea cura, nec ille
Tangit honos animum: verūm quae vellera Phryxi
Illa fuisse ferunt venēre ut forte reportent;
Quod vigil ille tamen nunquam permiserit anguis.
Quamquam aliis labor est tauros domuisse feroceis
Ante jugo, et terrae longos inducere sulcos.
Et melius fuerat quantum genitoris Iäson
Si parere sui jussis voluisset, abire
Dum vetat, ingenti qui nunc pia corda dolore
Concussus, multo gemitu suspiria tristi
Pectore fundit, enim nec adest spes ulla medendi,
Placandique mali: similem tibi cuncta renarro.
Nam tibi succurrat nati surgentis imago;
Qui tibi puppe novā Grajas si perget ad oras,
Qua sibi desertum moveat pietate parentem?
Sic ait, in tenuesque volans incognitus auras,
Fumus uti revolat, magnumque petivit olympum.
Olli autem subito torpore soluta rigescunt
Membra, metuque novo, superumque oracula Divūm
Accipit, et monitus tristi sub corde recondit.
Tum Venus aeterno mentem turbata dolore,
Omne genus claro Dea Sole perosa creatum,
Usque catenati repetens exordia lecti
Irarum magnos agitabat pectore fluctus.
Car odium incoepsum nondum exercere potestas
Progeniem in diram Solis, prolemque nocentem?
Quid non Fata sinant alios? cur gaudeat Oetes
P p p | 581
585
590
595
600
605
610
615 |
|---|--|

484

Sole satus magno? mea stet cùm filia serpens
Harmonie, Illyricis erret quae tristis in oris.
Et mihi fas aliquâ Divorum in parte locari.
Non potis Aesonides Fatis obstantibus : esto :
Auspicibus Divis patriae se reddere charae :
At potis insano Medeam incendere amore,
Aut avidis coecos immittere mentibus ignes.
Nam neque Pasiphië turpes expavit amores
Tiurorum, et Circe, et quidquid de Sole profectum
Est genere, incassum Venerem non sensit iniquam .
At posuere meae vires, et tela quiescunt
Jam gnati, matrisque faces; nulla arma movemus
Progeniem infandum contra: Critheus Iäson
Ne pereat certe magnâ ratione cavendum est .
Hei mihi quâm timeo ne te crudelibus Oetes
Objiciat monstris, ne stent tibi vellera magno
Aurea! at o potius poenas luit ocios ille
Qui meruit: poenas, violat qui jura Deosque ,
Ille luat, Graisque decus, laudemque remittat .
Dixit, et ingenti correpta furore per umbras
Noctis iter celerans ad Iäsona venit amatum :
Quem simul ac placido demissum lumina somno
Nacta Dea est, vultumque et virginis ora venusta
Induit, et medium sic intersata quietem :
O decus Hæmoniae, et procerum spes alta Pelasgum ,
Haud equidem invisus Superis ad littora, credo ,
Cæpta venis, magni quem filia diligat Oetae ;
Quam tibi si genitor Divis conjunxerit aequis ,
Felix illa viro, felix tu conjugé tali ,
Flumina quae sistit, nubes quae frenat aquosas ,
Quæ, quot alit tellus, eadem tot novit et herbas ,
Pervigilemque potest verbis sopire Draconem :
Quâ sine nequicquam possunt Phrycea revelli
Vellera; puniceis primùm cùm surget Eois
Aurora, et latum flammis lustraverit orbem ,
Phasidos ad ripas, adsuetaque littora ludo
Deveniet: sed tu, piucis comitantibus, olli
Obvius ire para, verbisque affare volentem ,
Et faciles aditus, et tempora quære loquendi :
Nunc ego Medeae referam me dulcis ad ora :
Quos ego, quos animos illi, quae corda movebo
Nutricem simulans, charae quae suadet alumnae
Omnia! te ignarae fixum sub corde relinquam .
Atque adeo, ne forte putas haec vana sutura ,
Pono habitum, in vultus et jam transformor aniles .

620

625

630

635

640

645

650

655

660

- 485
- Num Venus imperio Jovis hue ab sede profecta
 Aethereà : Superi facies mutantur in omnes.
 Sic exorsa leves incognita pervolat umbras ,
 Intravitque domos faciles mortalibus Oetae ,
 Et Pholoën simulavit anum , formâque , sonoque
 Atque gradu , ac thalamum Medeae ingressa profatur .
 Surge age chara mihi , thalamoque egressa parentem
 Alloquere , ut liceat placidas ad Phasidos undas
 Ludere luce novâ , Phoeboque vehente recentem
 Lampada , posce patrem veniam , tempusque morandi .
 Sic tibi dent Superi quodcumque optasse licebit
 Conjugium , atque virum , qualeum per somnia vidi .
 Sic ait : illa autem tenero confusa rubore
 Oraque , virgineumque notis turbata colorem
 Incipit insidiis Divae decepta moveri ,
 Auditumque virum tacitâ bibt inscia curâ .
 Proh ! Venus , infandum quid mentibus injicis ignem ?
 Foemina adhuc virgo , primâque ignara juventâ ,
 Dicitur in magnos furiarum perdita fluctus ,
 Auditoque semel capitur Medea marito ,
 Affaturque patrem , veniamque exorat eundi .
 Ergo ubi prima diem claris effudit Eois
 Lampas , et aetherei micuerunt lumina solis ,
 Cincta puellarique choro , matrumque coronâ
 Egreditur visu cunctis gratissima Colchis ,
 Ante alias , comitum densâ in flagrante catervâ
 Quadriugo in curru pilento invecta superbo .
 Devenitque libens gelidas ad Phasidos undas ,
 Ut Superis , patriaeque daret pia thura Dianaë ;
 Cui Venus occultâ carpebat pectora flammâ
 Inspirans toto magnum sub corde venenum .
 Nec minus Aesonides sociis et puppe relictâ ,
 Admonitu Veneris reginae occurrit , et olli
 Improvisus adhuc , medio venit obvius arvo ;
 Quem Dea divinâ totum complectitur aurâ ,
 Ambrosiaeque novo corpus contingit odore ,
 Laetitiam inducens membris , solidumque vigorem
 Omnibus , et gemino vestivit sidere frontem .
 Viribus ille super , formâ super ille Pelasgos
 Ibat , et egregium multâ se laude gerebat .
 Aequalis magnos Dîs immortalibus artus
 Fulgit in adversâ lucis clarissimus aurâ ,
 Ante illam : obstupuit vultu . Medea refixo .
 Pendentesque manu paulum comprœssit habenas ,
 Aesoniden magnum , magnos miratur et artus ,
- 665
- 670
- 675
- 680
- 685
- 690
- 695
- 700
- 705

Quantus erat , qualisque simul , simul ora decora ,
Atque Deo vultum similem , gressumque , comamque
Miratur : stetit ille virūm pulcherrimus ante
Mirantem , coramque loqui sic orsus , et infit :

O mihi ad optatas , Virgo gratissima , terras
Obvia facta prior , seu tu Dea magna Tonantis
Filia , seu Nympha es , castaeque ministra Dianaë ,
Aut mortale genus si sis sortita , beati
Felicesque super , qui te genuere , parentes :
Si mortale genus , dic quā , precor , urbe profecta ,
Quive parens tibi sit , nec tu , pulcherrima , quaeso ,
Dissimula , sed vera refer : si conjugē Grajo
Te dignare , vides illum quem maximus Aeson ,
Alcimedēque parens genuerunt urbe superbā
Thessaliae , medium cingunt quam florida Tempe .
Sum genus Aeolides , superūmque ab origine Divūm
Aeolidae certo deducimus ordine nomen .
Infractus longo per secula nostra labore
Advento , ignotis dum me committere ventis
Haud dubito , ac socios ventosa per aequora vecto ,
Ac veluti celsas sublimi vertice quercus ,
Noctes atque dies ventique imbruesque lacesunt .
Te supplex , Reginā , precor , quascumque sub oras
Venimus , edoceas : jactati a gurgite vasto
Ignari ferimur rerum simul atque viarum .
Praemia digna manent : nostras tua famā per urbes
Haemonidumque domos cunctis vulgabitur annis .

Sic ait , atque oculos lacrymae fecrē decoros ,
Nusquam etiam cūm non fuerit despectus läson .

Hic Medea vago vultum perfusa pudore
Fixa solo dudum despēctā lumina terrā :
O decus H̄eemoniae , tu nam mihi notus Iäson
Jām pridem , sortesque Deūm , promissaque noscō
Foedera ; nec fallunt Superi ; sum filia magni
Aeetae , qui Sole satus Colchaea ministrat
Imperia , et populos frenat ditione potentes .
H̄ec sunt regna patris , Scythia tenuis usque nivosā
Quae tenet : haud procul hinc urbs est augusta , verendi
Sunt ubi tecta patris ; quo si concesseris aequis ,
Credo e quideā , Superis haud te venisse pigebit :
H̄ospitibus nam jura piis praesentius illo
Qui servet Regum nemo est , nec laetior alter
Externos coluisse viros ; nec foedera Divūm
Abnuimus quae laeta dabunt , modo maxima Juno ,
Et pater Omnipotens , et tu , Cytherea , secundis

Auspiciis haec esse velis; nam Thessala Tempe
 Quis fugiat? Divumque genus, nomenque virorum?
 Teque adeo praestans animis, quem tollet olympos
 Gloria, inexpertas primus tentaveris undas
 Qui rate, et immensum sulcariis nave profundum?
 Virtutis ne prius tantae? num laeter honorum?
 Vade age, et ingentes socios ad moenia nostrae
 Urbis agens, te fam longaevo ostende parenti.

Dixerat: ille autem; tanto haud indigna parente es.
 Virgineum, Regina, decus; quae verba, quis oris
 Iste sonus? quae grata satis, quae praemia reddam?
 Quae meritis referenda tuis, quae munera contra
 Debita? dum caelum stellas, dum terra vagantes
 Ima viros, aer volueres dum plausus habebit,
 Nomen honosque tuum cunctis memorabitur horis.

Dixit, et ad socios per littora pergit Jason
 Multa vovens Phoebo pia munera, multa Lyaeo;
 Multaque Junoni patriam venturus Iolcon.

Illa autem nunc arva choris, nunc littora ludo.
 Curva legit, rapiturque ingenti concaita monstro.
 Ac veluti incutam jaculis cum forte Leaenam
 Maurus agit; fertur nemorosa per avia magno
 Cum fremitu, stant fixa cavo cui pectore tela;
 Phrisidis haud aliter subito de vulnere cura
 Nascitur, et tanto sub pectore pascitur ardor.

Hic vero ut Minya viderunt tecta superba
 Regis, et undantem populum, puerosque, patresque,
 Extemplo dulci perculsi pectus amore:
 Versantes animo quae quisque reliquit avitam
 In patria, natos dulces, carosque parentes,
 Et tecta, atque urbes, et limina cara suorum:
 Jamque ibat toto circumdatu agmine Jason
 Stipatus densa juvenum fulgente caterva
 Ante urbem magni Colchorum regis Oetae:
 Quem simul ac sensit Graja tellure profectum,
 Acciri jubet, et tectis invitat amicis.

Jamque adventabant proceres, urbemque tenebant
 Mirantes Colchos habitus, et barbara gentis
 Tegmini; Colchorum gens et mirata Pelasgos.
 Cornipedes exercet equos pars illa juventae
 Fisa bonae; pars nuda humeros ad dona palestrae;
 Canus honos, ac certa fides, longaeva senum vis,
 Jura ministrabat populis, legesque ferebat.

Ut primum magni tetigerunt limina regis,
 Aesonides laeta pacem testatur oliva.

Miratur pater Octa viros, miratūf et affīd ;
 Perfusasque auro vestes, habitusque , genusque ;
 Miraturque Duces tantos , praeque omnibus unum
 Aesonidem: quibus ortus avis , quae membra , quis ora
 Flos tegit, unde decus tantum mortalibus ullis
 Esse queat: tum sacra Jovi , Phoeboque parenti
 Ante alias , Superisque novos indicit honores ,
 Atque dies simul ipse novem dare sacra , dapesque
 Esse jubet populis taurorum viscera centum .

800

Tum natam (neque enim genitor securus in illa est)
 Longaeum arcessat Periphanta ad littora mittit ,
 Suspensus tristi tacitam formidine mentem ,
 Ne quis eam Grajorum adeat , qui puppe propinquā
 Castra locant : ignarus adhuc quod Iasona virgo
 Viderit , et subitos jam funditus hauserit ignes .

805

Ergo accīta gravi veniebat concita curā ,
 Obductum tacito volvens sub corde furorem
 Indigna indigna movens animo per cuncta voluto .

810

Ac velut indomitum vedit cūm forte juvencum
 Illa boum formā pulcherrima , mocsta per agros
 (Urget enim crudelis amor) mugitibus auras
 Impulit , et placitos captavit naribus Euros ;
 Ipsa incerta diu repeatat ne cubilia sylvae
 Assuetae , an ne furens aliena ad pascua tendat :
 Tali mente domum repetebat filia magni
 Regis , et ambiguo curam sub corde premebat .
 Post , ubi longaevi perventum ad tecta parentis ,
 Solvit equos curru famulūm manus ; ocios illa
 Matris adest sedem fidam , notosque recessus
 Tectorum , thalamoque , illi quem fecerat Oetes ,
 Multa morata , venit tandem ad convivia patris
 Incedens longe gressu Regina superbo .

815

Tum pictis sedere thoris Argiva juventus
 Colchorumque Duces , manibusque liquentia fundunt
 Flumina , purpureisque ferunt mantilia mensis .
 Hos , dapibus sacris ubi amor tenuatus edendi est ,
 Threicius vates fidibus permulcet acutis .
 Namque canit rerum causas , et semina mundi ,
 Astrorūs , Solisque vias , cur Pontus , et Aēr
 Ordine convenient uno , cur frigida Tellus
 Jungat Aquae se se sub frigore : siccus et ignis
 Telluri numero jungat se servidus uno :
 Utque super Lunam rerum quaecumque moventur
 Esse ferant semper Divūm immortalia tecta
 Intemerata situ spatiosis aetheris oris :

820

825

830

835

840

Hinc canit Heroum laudes, ac bella virorum,
Fortunaeque vices, et inevitabile Fatum.

489

Hic magnum Aesonides oculis scrutatur Oeten,
Atque caput canum, canamque in pectore barbam
Adspiciens, magno genuit genitoris amore
Aesonis, et mentem multa pietate reflexit.

845

Postquam vina Duces plena sumpsero coronam
Quantum animo sat erat, Colcheius incipit Oetes:
Quae te causa, virtutem fortissime, adegit, Iason,
Ignotum tentare fretum? tu numine Divum,
Imperio ne Jovis venisti? an laude superbam
Incensus? regnis an te fortuna paternis
Expulit? aut quae vis te linquere Thessala Tempe
Movit? an ut regni sedes pejoris adires?
Principio ex ipso, primaque ab origine cuncta
Dic age, neve animo cela, noscamus ut ambo
Diversos hominum mores audisse juvabit.

850

857

BASINI PARMENSIS ARCONAVTICON
LIBER TERTIVS FINEM CAPIT.

BASINI PARMENSIS
ARGONAVTICON
LIBER TERTIVS.



Postquam laeta manus procerum Colchaea relictis
Surrexere thoris, densam et fecere coronam,
Ac jussi coepto sederunt ordine Graii,
Incipit Aesonides, solioque ita fatur ab alto.

Rex sate Sole, Deum proles, si tanta cupido est
Errores audire vagos, et Iasonis ingens
Exilium, primaque juvat sub classe profundum
Sulcatum, et liquidos intrata per aequora cursus
Discere, jam referam, Peliae quae jussa secutus,
Quave via extrelos superarim denique casus.

Fama fuit nostris regionibus aurea Phryxi
Vellera perpetuum vigili servata Draconi:
Quae si rapta manu Grajas ego victor ad oras
Afferrem, patrio possem succedere regno;
Sin talem fortuna mihi invidisset honorem,
Regna pererrato quaerens aliena profundo,
Pellerer, Haemonias nunquam redditurus ad urbes.
Hinc incensa mihi primis spes arsit ab annis
Quaerere inexhaustum venturae laudis honorem.
Nec mihi mens placido requievit corde, sed ingens
Ardor edebat enim totas sine fine medullas,
Tum demum dubiae sedit sententia mentis
Pelion umbriferum spoliare fluentibus ornis,
Abjete tum caesa celsum nudare cacumen
Montis, et aerias deducere vertice pinus,
Et fabricare novam Minyis mirantibus Argo.
Inde rati juvenes curvam junxere carinam,
Transtra, forosque super malum, rostrataque longe
Adjiciunt capita, et virides ex arbore remos.
Frondosâ quondam, et fumo explorata sequaci

5

10

15

20

25

30

498

Robora deinde ferunt, velumque rudentibus aptant
Cornua tollentes longo surgentia malo.
Carpere tum primas pelagi tentavimus undas,
Ac vicina cavis evertimus aequora palmis,
Tentamusque vias, ignotaque scandimus arva.
Nec semel hoc nautae faciunt; nam Typhis agebat,
Atque gubernator navim, sociosque regebat.
Postquam visa ratis pelagi vaga dorsi profundi
Scandere posse satis, tuto et se credere ponto,
Alloquimur moestos supremà aetate parentes
Quisque suum, et lacrymis humectavimus ora profusis:
Nec pater abstinuit lacrymis longaevis in altis
Membra fovens stratis Aeson, nec verba sequuntur:
Deficit in gemitus, singultuque ilia tristi.
Crebra ferit; sed mater adest, multoque ululatu
Tecta paterna replet, curisque agitata molestis
Alcimede natum complexa profatur, et infit.
 O utinam ille dies, Peliae quo jussa tyranni
 Audit Alcimede infelix, foret ultimus illi,
 Ultimus ille dies miserae, quo, nate, sepulcro
 Ipse tuis manibus posses me condere gratis
 Exequis, manesque pios mandare sub umbras;
 Unus honos restat cunctis qui morte sepultis:
 Sed letho graviora manent, si serva Pelasgis
 Matribus Aesonidae genitrix deducar, et optem
 Ipsa tuum frustra redditum noctesque diesque,
 Infelix, cui dulce decus, cui gloria quondam
 Natus eras, uni potui cui solvere zonam;
 Nam multum Lucina mihi Dea maxima partum
 Invidit, quem jussa tamen crudelia Regis
 Abducunt Peliae, caraque a matre revellunt.
 Quin aliena petit pelago loca, pulsus Iolco
 Ignotos interque viros ignotus ut erret.
 Talibus illa animos dictis frangebat acerbis.
 Hinc ego, sic contra solabar voce querentem.
 Ne mihi, cara parens, tristes in mente dolores
 Inice, neum lachrymis curas injunge molestas.
 Detrimenta viris Superi tribuere nefanda;
 Quorum fata animo quanvis tamen aegra ferenda
 Duc genitrix, monitisque Deae tu Palladis aequis
 Freta, vel auguriis, quando mihi prospera Phoebus
 Signa viae, sortesque dedit, ne forte sinistrum
 Omen eas nato, tectis tranquilla paternis
 Usque mane, dum fata dabunt meliora recursus.
 Nam neque solus ego externas deducor ad oras;

Q q q

499

Nec pater abstinuit lacrymis longaevis in altis
 Membra fovens stratis Aeson, nec verba sequuntur:
 Deficit in gemitus, singultuque ilia tristi.
 Crebra ferit; sed mater adest, multoque ululatu
 Tecta paterna replet, curisque agitata molestis
 Alcimede natum complexa profatur, et infit.
 O utinam ille dies, Peliae quo jussa tyranni
 Audit Alcimede infelix, foret ultimus illi,
 Ultimus ille dies miserae, quo, nate, sepulcro
 Ipse tuis manibus posses me condere gratis
 Exequis, manesque pios mandare sub umbras;
 Unus honos restat cunctis qui morte sepultis:
 Sed letho graviora manent, si serva Pelasgis
 Matribus Aesonidae genitrix deducar, et optem
 Ipsa tuum frustra redditum noctesque diesque,
 Infelix, cui dulce decus, cui gloria quondam
 Natus eras, uni potui cui solvere zonam;
 Nam multum Lucina mihi Dea maxima partum
 Invidit, quem jussa tamen crudelia Regis
 Abducunt Peliae, caraque a matre revellunt.
 Quin aliena petit pelago loca, pulsus Iolco
 Ignotos interque viros ignotus ut erret.
 Talibus illa animos dictis frangebat acerbis.
 Hinc ego, sic contra solabar voce querentem.
 Ne mihi, cara parens, tristes in mente dolores
 Inice, neum lachrymis curas injunge molestas.
 Detrimenta viris Superi tribuere nefanda;
 Quorum fata animo quanvis tamen aegra ferenda
 Duc genitrix, monitisque Deae tu Palladis aequis
 Freta, vel auguriis, quando mihi prospera Phoebus
 Signa viae, sortesque dedit, ne forte sinistrum
 Omen eas nato, tectis tranquilla paternis
 Usque mane, dum fata dabunt meliora recursus.
 Nam neque solus ego externas deducor ad oras;

Q q q

500

Nec pater abstinuit lacrymis longaevis in altis
 Membra fovens stratis Aeson, nec verba sequuntur:
 Deficit in gemitus, singultuque ilia tristi.
 Crebra ferit; sed mater adest, multoque ululatu
 Tecta paterna replet, curisque agitata molestis
 Alcimede natum complexa profatur, et infit.
 O utinam ille dies, Peliae quo jussa tyranni
 Audit Alcimede infelix, foret ultimus illi,
 Ultimus ille dies miserae, quo, nate, sepulcro
 Ipse tuis manibus posses me condere gratis
 Exequis, manesque pios mandare sub umbras;
 Unus honos restat cunctis qui morte sepultis:
 Sed letho graviora manent, si serva Pelasgis
 Matribus Aesonidae genitrix deducar, et optem
 Ipsa tuum frustra redditum noctesque diesque,
 Infelix, cui dulce decus, cui gloria quondam
 Natus eras, uni potui cui solvere zonam;
 Nam multum Lucina mihi Dea maxima partum
 Invidit, quem jussa tamen crudelia Regis
 Abducunt Peliae, caraque a matre revellunt.
 Quin aliena petit pelago loca, pulsus Iolco
 Ignotos interque viros ignotus ut erret.
 Talibus illa animos dictis frangebat acerbis.
 Hinc ego, sic contra solabar voce querentem.
 Ne mihi, cara parens, tristes in mente dolores
 Inice, neum lachrymis curas injunge molestas.
 Detrimenta viris Superi tribuere nefanda;
 Quorum fata animo quanvis tamen aegra ferenda
 Duc genitrix, monitisque Deae tu Palladis aequis
 Freta, vel auguriis, quando mihi prospera Phoebus
 Signa viae, sortesque dedit, ne forte sinistrum
 Omen eas nato, tectis tranquilla paternis
 Usque mane, dum fata dabunt meliora recursus.
 Nam neque solus ego externas deducor ad oras;

Q q q

501

Nec pater abstinuit lacrymis longaevis in altis
 Membra fovens stratis Aeson, nec verba sequuntur:
 Deficit in gemitus, singultuque ilia tristi.
 Crebra ferit; sed mater adest, multoque ululatu
 Tecta paterna replet, curisque agitata molestis
 Alcimede natum complexa profatur, et infit.
 O utinam ille dies, Peliae quo jussa tyranni
 Audit Alcimede infelix, foret ultimus illi,
 Ultimus ille dies miserae, quo, nate, sepulcro
 Ipse tuis manibus posses me condere gratis
 Exequis, manesque pios mandare sub umbras;
 Unus honos restat cunctis qui morte sepultis:
 Sed letho graviora manent, si serva Pelasgis
 Matribus Aesonidae genitrix deducar, et optem
 Ipsa tuum frustra redditum noctesque diesque,
 Infelix, cui dulce decus, cui gloria quondam
 Natus eras, uni potui cui solvere zonam;
 Nam multum Lucina mihi Dea maxima partum
 Invidit, quem jussa tamen crudelia Regis
 Abducunt Peliae, caraque a matre revellunt.
 Quin aliena petit pelago loca, pulsus Iolco
 Ignotos interque viros ignotus ut erret.
 Talibus illa animos dictis frangebat acerbis.
 Hinc ego, sic contra solabar voce querentem.
 Ne mihi, cara parens, tristes in mente dolores
 Inice, neum lachrymis curas injunge molestas.
 Detrimenta viris Superi tribuere nefanda;
 Quorum fata animo quanvis tamen aegra ferenda
 Duc genitrix, monitisque Deae tu Palladis aequis
 Freta, vel auguriis, quando mihi prospera Phoebus
 Signa viae, sortesque dedit, ne forte sinistrum
 Omen eas nato, tectis tranquilla paternis
 Usque mane, dum fata dabunt meliora recursus.
 Nam neque solus ego externas deducor ad oras;

Q q q

502

492

Sed mihi fida manus procerum tot lecta Pelasgum
Pectora dant animos, socii qui sponte secuti.
Nec crudele virum petimus genus; arva sed ultro
Magnanimi regis facilis mortalibus Aetae.

Jamque vias populo plenas, et moenia liqui,
Littoraque attigeram multa Pagasea catervae.
Hic vero natique patres, natosque parentes
Complexi inter se lacrymas, gemitusque ciebant.
Hic aram primum Phoebo, geminosque sacravi
Vota ferens tuiros; hinc et, Neptune, nitentem
Mictabam tibi, magne, bovem; cunctique repente
Conscendere cavam, Superis hortantibus, Argo
Unanimes, raptosque manu in certamina remos
Ordine quisque suo primis misere sub undis.
Stant sua cuique viro simul arma; sed altior ipse
Alcides medio stat navis, et arduus Idas.
Illi clava jacet prope telum, illique bipennis,
Indefessa manu Martis dum bella geruntur.
Jam vero a patrio solvunt retinacula portu,
Terribilique sonat fremitu Pagaseus, et alta
Littora, terque gemit, ter Pelias adstrepit Argo.
Illâ autem primas linquenti littoris oras
Spumiferis credas elatam fluctibus omnem
Ire Paron, niveumque freto se attollere montem;
Nec minus et terrae tota cum mole revulsam
Delon, in errores ceu sit revoluta vetustos.
Tum lacrymans patria deflexi lumina terrae.
Ut juvenum tibi, Phoebe, chorum Pythoia circum
Moenia, sive Claron, Ismeni sive fluenta,
Ortygiamve penes, laetâ cinxere coronâ,
Usque civâ exciti cythara dum sacra frequentant
Citca aras, et templa; solum stravere reductis
Ordinibus: sic usque tuis sub cantibus, Orpheu,
Magnanimi proceres Argivae robora pubis.
Caerula spumiferis verrebant aequora tonsis.
Murmura rauca procul tractae insonuere carinae,
Heroumque tremunt impulsae viribus altae
Rohora navis, iter liquidum dum puppe facessunt.
Armaque purpuream fuderunt undique lucem
Ignibus aqua vagis, longarum et signa viarum
Silentis minore vides, tunc aethere ab alto
Dspectare ratem (vates sic ipse ferebat
Mopsus) et e caelo flexerunt lunina terris,
Semideumque virum vires mirantur, et ipsae
Carbasa Peliades viderunt vertice Nymphae

80

85

90

95

100

105

110

115

120

Montis, opusque novum stupuerunt Palladis omnes.
 Nec minus ante alios se vertice montis ab alto
 Phillyrides tulerat Chiron Centaurus, et ultiro
 Orabat redditum Minyis, et vela secunda.
 Illi autem velum tendentes cornibus altis
 Candida pœnitivago posuerunt linnea malo;
 Arrisitque fretum circum, ventique secundo
 Flamine jam zephyris portabant castra vocatis:
 Tiphys agebat enim clavumque a puppe tenebat.

128

Tisaeam super extremam primo agmine vecti
 Liquimus adstantes primis Magnetas arenis
 Magna pharetriferae cernentes templa Dianaæ.
 Jam Sciathos nemorosa patet, spectantur et altae
 Pyresiae, ac tumulus Dolopejus, inde profecti
 Sulcatis Meliboean aquis, Homolenque nivosum
 Cernimus obliquo semper decrescere visu
 Cedentem retro, dubiâque in nube cadentem:
 Inde Ossam, ac celsi spectare cacumen Olympi
 Fas erat; hinc Lemnon Sinteida cernimus altis
 Subnixam late muris, Athonque nivalem
 Excelsum capite, et pelago sine fine minantem.
 Huc ubi proiecti, turres atque alta Myrines
 Moenia conspicimus, nec dum Sol aureus altum
 Scandebat medius caelum, cum littora gentis
 Lemniadum, optatasque diu captavius oras.

135

Hic suspecta Venus matres viduavit, et arma
 His dedit in thalamos: neque enim vetus ira sinebat
 Cypridis esse viris gratas, cui sacra negassent,
 Nec dare thura Deae, Venerique placere studerent.
 Ergo Diva virum stimulos avertit ab illis,
 Captivisque simul vires infudit amoris
 Omnibus, in praedam dederat Fortuna maritis
 Threiciâ quas ire plugâ, quos nocte soporâ
 Dum vino somnoque graves Deus imbut artus,
 Aggressae ferro, facinusque immane secutae
 Lemniades captiva simul connubia rumpunt
 Caede novâ, ac pariter Thressasque, virosque trucidant.

140

Illa autem multâ pietate Thoanta recepit
 Cladibus e tantis animo ingenioque parentem
 Lemniadum Hypsipyle decus, et regina, paternum
 Imperium cui turba sinit, dehinc caetera gentis
 Foemineae muliebre nihil, nec virginis annis
 Conveniens: sed regna gravi ditione, metuque,
 Justitiâque, diu cui sunt et praelia cordi,
 Paxque bona, ac patriis inimicos pellere terris

155

160

165

Q q q 2

494

Thracas, et ad subitos primae capere arma tumultus ;
Sollicitant nam regna animum ; quae prima volantem
Vidit ut e pronis descendere fluctibus Argo,
Extemplo tristi mentem turbata timore
{ emniadesque ciet, curvoque in littore sistit
Innumerat : quales latebroso e pumice densae
Effunduntur apes , tardi cum ad limina fuci
Admovere acies , aliena irrumpere casta
Cum tentant , si forte ferat fortuna regressum ;
Illae autem contra magnis clangoribus iras
Effusae exacuant , densaeque in bella feruntur :
Omnibus hūd aliter portis se Lemnia fundunt
Agmina : Thracas enim metuit Regina profectos .
Extemplo Aethaliden praeconem ad littora misi ,
Nunciet Aemonios cursus , et amica Pelasgām
Vela ferat , nec bella geri : tum littore coetus
Foeminei excedunt , patriamque feruntur ad urbem
Una omnes , quibus in mediis Regina profatur .
Munera ferre viris , fuerint quae visa decora ,
Nunc melius , quam forte ruant in tecta , vel urbem
Diripiant : nam fama viros odisse vagatur
Lemniadas : quod si qua animo meliora paravit ,
Consilium pandat , mentisque arcana revelet
In medium , propter quod vos Regiuia vocavi .
Vix ea : cum canis surgit longaeva Polyxo
Crinibus ora tegens , tremulaque ita voce locuta est .
Munera digna viris , visum est tibi ut , Hypsipylea ,
Ferre quidem melius ; neque enim mora longa fruendā
Sole super , neque enim vitam tuerimur inermem
Quaeque diu , nisi quis caelo Deus aequus ab alto
Respiciat : si finitimi gens effera Thraces
Improvisi adsint , ceu nunc incognita classis
Haec venit ; quae multa cadunt mortalibus acta ;
Nam quae fida satis fuerit fortuna ? senescunt
Lemniadum pars multa , perit pars multa juventū
In mediā infelix , primisque absuntur annis ,
Nec partu pars apta creat , nec sanguinis ultra
Protrahitur series , quod dat natura vel ipsis
Altibus , mutisque simul : quaecumque vagantur
In terris , pontoque creant : vos fortia corda ,
Ac plusquam muliebre genus , clarissima turba ,
Non dulces saltem natas , spes una futuri
Quae datur imperii , medio exoptetis in aevo ?
Quippe ita Amazonides (vera est si fama) feruntur
Connubia et dulces optare in pignora natas ,

170

175

180

185

195

200

205

210

495

Ut genus immortale habeant, aeternaque surgat
 Progenies; nec bella timent, aut hospitis arma
 Ullius, aeratasque ferunt in bella secures,
 In manibus vestris quarum spectatur imago.
 Quare agite hospitibus, ducunt quos fata Pelasgis;
 Pandite tecta viris, urbemque volentibus omnem.
 Nunc decus aeternum vobis, nunc tutu futura
 Resque salusque simul, veniat si fama per aures
 Hostibus haec, si semideos in foedera reges
 Accipiant venisse, paret quis praelia contra?
 Queis obstare Deos possum vix credere, quales
 Fama refert. Sic fata gradu titabat anili
 Versa retro, ac mediâ sedit defessa coronâ
 Lemniadûm, nec spreta tamen; cunctisque repente
 Dicta placent, Regina inter quas deinde locuta est.
215

Si mora Grajorum cunctis est grata, vocemus
 Illum ipsum, quem fata ferunt, quem tanta sequuntur
 Agmina, quisquis is est lectorum ductor Achivûm;
 Atque adeo, Iphinoë, celerans i nuncia, et illi
 Haec refer: urbe velint Graii e forte morari,
 Tecta domosque damus, veniant in foedera laeti.
220

Nec mora, et Iphinoë celerans mandata Pelasgis
 Attulit Hypsipyles: placuitque ex ordine cunctis
 Tecta subire; ratem, paucis cessantibus, ipsam
 Maximus Alcides servabat littore nudo.
225

Tunc epulis genioque vacent Regina jubebat.
 Templa Deûm multâ visit simul omnia pompa.
 Hospitii tum multa dabant monumenta vocatis
 Lemniades, hetoque simul convivia coetu
 Multi parans Regina, die labente volebat
230

Scire viae quae causa viris, cur Thessalî linquunt
 Littora, cur profugi terris cedamus avitis.
 Talibus illa animum dictis tentabat amicis.
 Esse virum precibus conata, Thoantis et urbem
 Accipere, atque viris viduam non linquere Lemnon,
235

Temnere neve solum vellem, quo nulla refuso
 Laetior Aegao foecundis insula terris.
 Contra ego longaevi ludabam regna Thoantis,
 Cetera nec spernens terram mirabit opimam;
 Sed tamen imperiis Peliae certamina duris
 Me retrahant, caraque vetent consistere terrâ.
240

Hic tamen alma Venus, niveo quae gratia Baccho
 Magna fuit, spoliata foret ne stirpe virili
 Lemnos, et incultae squalerent sentibus arae,
 Omnibus in furiis animum dedit ire Pelasgis,
245

Q q q 3

250

255

Lemniadumque novo succedit pectus amore :
 Atque hic longa dies Grais consumpta, morantem
 Me quoque cum sociis (veniam da) deinde teneret,
 Ni bonus Alcides monitu (sic ipse ferebat)
 Palladis, oblitos magnae virtutis adiret ,
 Amotisque choro muliebri dura dedisset
 Jurgia. tale genus prohibet vos talis , Achivi ,
 Sanguis , ait , turpi trivisse cupidine tempus
 Laudibus aversos patriis . an conjugis iste
 Indigus usque adeo Graiis se miles ab oris
 Huc tulit ? infimi cuperent servire catervae
 Lemniadum ut proceres delectae robora pubis ?
 Sponte Deus ne aliquis dabit aurea terga Pelasgis
 O Minyae ? quin dulce decus nonenque futurum
 Quaerite , et in thalamis , si quos ea forte voluptas
 Detinet , unum illum , atque duos linquamus inertes ,
 Oblitosque sui : non deerunt dulcia nobis
 Conjugia , advectos cum Thessala terra videbit .
 Nec genere inferior , nec forma , aut moribus illie
 Cuique aderit Conjur ; animos sic ille momordit
 Cunctorum : at subito glomerantur littore Graji
 Unanimes ; sensere simul de vertice summo
 Le nuides , effusa ruuat simul agmina portis ,
 Amplexaeque viros gemitu lacrymisque morantur :
 Usque adeo promissa fides dum pectora firmat
 Foeminea , ut rediles expectent denique cursus .
 Hospitiu monumenta sui tum plurima densae
 Dona ferunt , abeuntque viris donata Pelasgis
 Munere Lemniadum pars multa , morataque multa .
 Dum supremum abeunt proiecti a littore Graii ,
 Sicut apes circum flores funduntur , et alba
 Lilia , purpureosque fremunt vaga turba per agros
 Murmure cum tenui crebros levis ala susurros
 Increpat , et fragili transverberat aethera pulsu .
 Hic Regina mihi , memori quae mente tenerem ,
 Dicti dabat lacrymans : navim concendimus omnes ,
 Vastaque spumiferis evertimus aequora palnis .
 Nec procul Electres Atlantidos arva videmus ,
 Insula pontivagis dicta est Samothracia nautis .
 Exultavit humus proceres ut vidit Achivos ;
 Indigenis nam sacra damus pia munera Divis .
 Hinc Thracum trans arva levi dedit aura susurro
 Currere , et extremam velis superavimus Imbrum ,
 Cherresum , atque Helles Athamantidos alta fluenta ,
 Idueamque super tellurem dextra videmus

260

265

270

275

280

285

290

295

300

Littora: Dardaniam linquentes ventus Abydon
Impulit; hinc liquidas spectamus Aburnydos undas;
Percotensque retro totis decrescere terris,
Porrectumque vadis divisimus Hellespontum.

Nec procul a Phrygiâ se vasta Propontidos ora
Ostendunt, Arctonque ferox vocat incola montem,

Insula quem parvis attollit in aethera terris.

Hunc agreste genus contemptoresque Deorum

Terrigenae, visu monstrum mirabile cunctis

Finitimis, habitant: stant sex conexa lacertis

Brachia, sexque manus, humeri sex cuique gigantum:

Ex armis duo nam duris stant brachia nervis,

Quatuor haec infra lateri confinia utrique.

Isthmon enim campum colûtere Doliones armis

Insignes, quos imperijs Aeneius heros

Temperat, et duris defenlit Cyzicus armis,

Cyzicus Eusori genuit quem filia quondam

Aeneate: hos autem non oppressere gigantes,

Terribiles quamvis, et prodigiosa latronum

Agmina: at auxilio Neptuni turba virorum

Tuta fuit: nam ab stirpe tua, Neptune, feruntur

Deduxisse genus gentemque Doliones acrem.

Huc delata manus Graiorum, et fluctibus Argo

A pronis pelagi portus suscepit cuntem,

Obviaque ad pîrvum dejecta est anchora saxum

Consilio Hagniadie, mediisque relicta sub undis

Fonte sub Artio: Grajos tum Cyzicus ipse

Ut genns audivit, pubemque agnovit Achivam

Hospitioque viros, tectisque invitat amicis.

Hic taurum sacer mactamus Apollinis aris.

Duna iubet Rex ferre viris, tum vina ceresque

Tosta forcis posita est, Graiae spes magna carinae;

Nam neque bellî pirat fatis prædictus iniquis,

Nam Lyciae dederant sortes responsa petenti,

Ne tentare velit bello quos ire per undis.

Viderit Heroas, neu classem invadere ferro,

Neve armare manum flamasque immittere castris,

Ergo inter se se magno amplexantur amore

Indigenae nostrique viri; tum Graia juventus

Gente super quâcumque habitent ei littora circa

Multa rogant, urbesque virum moresque genusque.

Illi ausem Pelie que sint præcepta, quis Argo

Struxerit, atque undis ignoti invexerit arva.

Dindymon interea sumptis concendiimus armis

Ut mare caeruleum specula spectemus ab alta.

305

310

315

320

325

330

335

340

345

Terrigenae sed enim jam verticē montis ab alto
 Funduntur , vallesque tenent , portaque propinquant
 Unanimes : sensēre viri quicumque reficti ,
Alcides , paucique alii ; contraque ruentes
 Ut vidēre , manu rapuit Tirynthius arcum ,
 Incurvansque simul densos in littore acervos
 Terrigenū sternit populorum : clmor ad aures
 Inde meas mixto gemitu pervenit , et omnes
 Implevit Minyas : rapido tum Dindyma cursu
 Linquimus , et medios telis incurrimus hostes ,
 Pugnamusque manu , totamque in funera pubem
 Vertimus ; atque metu populos vi martis amicos
 Solvimus : arva simel cuncti planxere cadentes .
 Ac velut e celsis cùm montibus icta dedere
 Ligna gravem gemitum , cùm caesa securibus omnis
 Silva cornas posuit , viridesque in littore truncos .

350

Hinc avecta volat subitis ut fluctibus Argo ,
 Multam hyemem ac vastos passa est ut forte labores
 Nocte superjectā nimbis ut **caeruleus imber**
 Fluctibus incumbens nigris increbuit undis ,
 Huc unde avecti versus impellimur auris ,
 Ignarosque loci rerum sors inscia portat
 Curva Dolioniae reduces ad littora terrae .
 Nec populo ex illo quisquam cognovit Achivos ,
 Micriæisque putant hostes , subitoque tumultu
 Densantur passim raptis ad littora telis .
 Stat clypeus clypeo , galeæ galea alta recumbit ,
 Assimilesque ignis flammæ virgulta sequenti
 Sicca ruuat , hastisque sonant , densique feruntur
 Ad portum : ac primus fortes invadit Achivos
Cyzicus ; hunc contra , liceat mihi vera fateri ,
 Excipio ignotum , bibulâque secutus arenâ
 Dejicio : inde alias per lata Dolionas arva
 Sternimus : Alcides Teleglea , Megabrontenque ,
 Sphodrin , Aeaste . premis , Peleus Promea atque Gephyrum ,
 At Castor Phlogium , Pollux Zelynque Thoumque ,
 Itymunéa ferox Oenides , quemque secuti
 Quisque suum Minyaे letho misere superbos .
 Caetera per noctem sylvis erravit in altis
 Turba metu , donec nitidum jubat extulit alto
 Lucifer Oceano , cùm clarior expulit aether
 Nubila : fusa dies primâ cum lampade terras ,
 Et cava caeruleis despexit littora ab undis ,
 Agnovere viri clades , manifestaque Regis
 Funera : continuo magnus dolor occupat ambos ,

355

360

365

370

375

380

385

390

Indigenas Graiosque viros ut corpus ibi atro	499
Sanguine foedatum fusi videre Tyranni ,	
Tresque adeo totosque dies , noctesque per illas	
Erravere plagas simul omnis turba Pelasgum ,	
Cyziciique duces , mixtique impune gemebant ,	300
Turpantesque genas , fletus lacrymasque ciebant,	
Donec humo exustos texere , micantibus armis	
Accincti proceres , clypeis atque aere decori .	
Nec jam Rege diu extincto Meropeii regis	
Filia erat Cleite , sterilisque , exsorsque laborum ,	400
Lucinae : nuper patriis Percosius oris	
Quam dedit ire Merops thalamis ut nuberet aequis :	
Quae simul atque Virum foedatum sanguine , et atro	
Pulvere , et ingenti trajectum vulnere pectus	
Conspexit , lacrymis oculos turbata micantes	405
Deficit in gemitus , totoque dolentis ab ore	
Descendent lacrymae , fletusque extrema secutus	
Ossa repente lavit , totoque a corpore sudor	
Liquitur : esse loci Nympham miserata dederunt	
Numina , fonsque fuit , Cleite qui nomine Nymphae	410
Dictus adhuc : talem casum nox atra malignis	
Attulerat tenebris . Ut amicas linquere terras	
Ventus , et expulsae caeli sivere procellae ,	
Provehimur portu , pelagoque volamus aperto ;	
Rursus in obliquum flabris animosus eois	415
Eurus , et adversi feriunt cava carbasa venti :	
Luctantur ptoceres remis contraria frustra	
Rumpere dora maris ; tanto magis aura fatigat	
Obnixa , ac fessis nequicquam vela lacertis	
Cornibus altarum deducimus antennarum .	420
Ecce duae interea Hyleyones caput undique supra	
Stridentes volitare alis , et vocibus , ipse	
Quas notat Ampycides , vatesque probissimus ultro	
Littoreas agnovit aves , sociosque paventes	
Extemplo alloquitur : Socii , tuque inclyte regum	425
Aesonide , sinite ire , vocant quo fata , carinam ,	
Et captas dudum nunc puppe recurrite ad oras ,	
Cunctorumque simul Matrem placate Deorum ,	
Vertice Dindymio bifori quae carmine laeta	
Det facilesque vias , undamque insternat amicam ;	430
Tympana quin etiam corybantiaque aera per omnem	
Deat strepitum montem : sic desinet aura procellis	
Ipsis versa , cadet pelagi sic ira sonori .	
Sic ait ; at Socii velis remoque volentes	
Imperio Ampycidae versi referuntur amicum	435
Rrr	

900

Protinus ad portum, montisque cacumine tauros
Mactamus geminos, Cybelenque in sacra vocamus
Idaeumque Jovem: tibi enim, Neptune, nitentem
Straverit Ampycides taurum, cum vincula primum
Dura Dulsionio lixarat littore vates.
Tympana quin etiam, corybantiaque aera per omnem
Dant strepitum montem; hisori tum carmine lueta
Vertice Dindymio genitrix placata Pelasgis
Dat facilesque vias, undamque insternit amicam.

440

Hinc dapibus postquam sacris epulata juventus,
Cernimus et Thracum montes, et littora utrinque
Europaeque Asiaeque simul, tenebrosus et alte
Bosphorus appetet, segetum tum Mysia mater,
Macriadesque super speculae, post terga fluentum,
Aesepi hinc campos, Nepeiaque arva videmus.

445

Postquam laeta quies pelago caeloque sereno
Reddita, tum proceres vocat in certamina virtus,
Quis validis melior fluctus superare lacertis,
Quisve ratem scopolis ducere fortior altis.
Quim simul ac celeri rapuerunt remige portu,
Non ipsi venti, non illam anteire jugales
Neptuni, aut lapsu possint superare volucres:
Uique adeo proni remis, et fortibus armis
Incubare viri fluctus evertere, et altum
Aequor, ut incurvae flectantur pondere tonsae.
Tum clamore ruunt omnes, atque aethera rumpunt
Vocibus. Alcides dum fortior omnibus unus
Aequora spumiferè verrebat caerulea palmæ
Decidit in transtrum; Socii risere cadentem
Surgentemque simul, frustaque in bella ruuentem;

455

Non fracto juvenis defecerat aequore remo.
Risit et ipse simul, navem per summa laborum
Praelia, perque virum certamina magna volantem
Mysorum tellus gremio suscepit amico;
Rhynchacidasque simul ripas, Aegaeonis altum
Venimus ad tumulum, terramque Cynida ad alti
Usque fluente Cii Mysi cerealia dona,
Vinique, ovesque simul centum misere Pelasgis.
Hic dapibus proceres, ut amor cogebat edendi,
Expleri Alcides postquam præcepit, ad altam

465

Tendebat gressum sylvam, ut renum ipse virentem,
Si qua abies pinusve manus impleret acuto

470

475

Desunt versus plus minus 60.

Ni bonus Ampycides clamasset ab agmine Mopsus
 Increditan: quae causa metus? quid in arma, Pelasgi,
 Itis, ait, sine mente Jovis, sine mente Novercae
 Illius: imperiis non huc Perseus iniquis
 Miserat Eurystheus, cui parens ipse per omnes §35
 Bissenos repetet Tyrinthius astra labores.
 Nec quisquam Aesonidae noxam hanc objectet ut illum
 Liquerit, ille sui laudem ne forte laboris
 Demeret, aut tanto spoliaret victor honore.
 Non ea causa; vetat sed enim Fortuna, Deumque
 Fata, Jovisque retro revocat saevissima conjux. §40
 Talibus Ampycides animos sedabat Achivum,
 Aecidenque simul Telamona: nec ille monentem
 Reppulit, atque mihi dictis haec reddit amicis.
 (Primus enim tales dictis cumulaverat iras.). §45
 Ne mihi succense, Graium fortissime, si quid
 Hercule pro magno subitas accensus in iras
 Triste tuli ante alios; neque enim de vilibus agris,
 Aut grege caprigeno, taurisve agitatur abactis;
 Quilia sollicitant murtales damna minores:
 Sed super ammisso contendimus Hercule, qualem
 Terra tulit nullum cunctos immensa per annos. §50
 Hunc ego complexus laeva dextraque volentem
 Accipio, atque animum placido cum foedere firmo. §55
 Non equidem, Aeacide, dictis irascor amicis,
 Hercule pro magno vacuas quae fundis in auras:
 Haud secus et pro me faceres, si fata dedissent.
 Interea nox atra cavâ caelum induit umbrâ.
 Littore Bebrycio noctem non amplius illam
 Duximus insomnes; neque enim gentemque nefandam,
 Infusque manus Amyci nescimus, et atra
 Imperia, et leges, scelerati et pacta Tyranni;
 Hospitibus quae jura ferat, qua mente Pelasgos
 Accipiat: nam cuncti mihi memoraverat heros
 Cyzicus. At postquam pelago prospexit ab alto
 Phoebus, et aerii rubuerunt laimpide montes, §65
 Arrisitque fretum, et tremulas vibrata per undas
 Lux nova, purpureumque super nitor enat aequor,
 Cernimus arma, viros, fusamque in praelia gentem.
 Quos ubi conspicunt cuncti fremuere Pelasgi,
 Armamusque manum, clypeosque ex aere sonantes
 Aptamus laevae, destramque in bella paramus,
 Umbrisferasque manu stantes attollimus hastas.
 Hic Amycus rex ante alios procurrit, et altâ
 Voce tonans Minyis leges aperibat iniquas. §70
 R r r a

502

Audite errantes pelago quicunque profecti,
Gens aliena, ad nos, quae lex est reddita cunctis
Externis: ne quisquam abeat de littore nostro,
Ni prius ille mihi duris sub caestibus artes
Otentet patrias; neque enim certaninis expers
Ullus abit, centumque mihi dant laudis honorem
Illisi ferro, subitoque in marte sepulti.
Quare agite eximium virtute et viribus unum
Praestantem electum modiae dimittite pugnae,
Huc caput objectet, solique in praelia solus
Certet, et egregiis Amycum miretur in armis:
Sin nostras leges, ac jura resolvere nostra
Venistis, quam mox armis pugnate coactis,
Et pacem bellumque, placet quod utrumque, volentes
Quam primum accipite, atque animis adsumite laetis.

580

585

590

595

600

605

610

Dixerat, atque fremens animis elatus et irâ
Adverso totam spectabat lumine pubem,
Expectans si quisquam adeat: tum denique Pollux
Tyndarides animo praestans et viribus, ulti,
Indignatus enim, contra ruit, atque ita fatur:
Advenio quem, saeve, vocas justissimus ulti
Umbrarum centum, memoras si vera, nec altis
Viribus inferior, nec sanguine degener ipso
Te magis. Omnipotens genitor si Jupiter ambos
Castora, Pollucenque creat, Bithynide Nymphâ
Neptunoque satus; contra genus arma Tonantis
Sæva para, et vero mecum te accinge labori:
Jam nosces cui bella viro, cui praelia poscas.

Dixit, et ex humeris totos dejecit amictus,
Purpuream chlamydem, quam neverat una micanti
Stamine Lemniadum formâ pulcherrima Nesse,
Caestibus et crudis dextram devictus, onusto
Pendentem ferro, tauri quae terga sacrati
Arma dabant, Amycum justas accensus in iras
Alloquitur: quo verba tibi fugere paventes
Quaeis terré prius sperasti, perfide, Grajos?

Dixit, et in digitos arrectus in aethera dextram
Tollit, et ante volans Amycum petit altior ipso
Enchelado, montique pares extensus in artus
Insequitur geminans per tempora cruda genasque
Vulnera dura cavas, crepitantque in verbere dentes
Assiduo: ille autem spirans immaniter, altis
Ictibus et dirâ minitatur vulnera pugnâ.
Sed vigil Oebalides oculis ardentibus heros
Praevidet ingentes ictus, inimicaque vitat

615

620

- Arma celer , fessumque gravi sub marte Tyrannum
 Eludit gyro , volitatque in proxima circa
 Sponte loca : utque lupus , nivibus cum terra sepulta est ,
 Nocte canem opperiens , tectis excivit et astu ,
 Nunc sequitur , nunc tergi refert , ille acrius instat
 Donec in avulsum tectis incurrit , et illum
 Dissipat , atque albos lacerum dispergit in agros :
 Sic Pollux Amycum circum se dicit , et errans
 Littore sponte cavo multaque involvit arenâ
 Figentem gressum , et vestigia tarda moventem .
 Ille indigna ferens ludibria certa , suâ stans
 Mole , gravem attollens dextram sublimis ad auras
 In digitos arrectus abit , juvenemque morantem
 Dum ferit , ipse celer venientem defugit ictum
 Lapsus humili , ac toto revolutus corpore cessit .
 Ille autem multa jacuit perfusus arenâ :
 Pondere quo graviter Graiae sonuere carinae
 Rostra , gravique novum strepitu gemuere rudentes ,
 Vicinumque fretis subitus tremor impulit aequor .
 Conclamant Minya , laetumque ad sidera tollunt
 Murmur : Bebrycibus solvit genua inscia torpor .
 Ille genu genibus , manibusque manum usque repellens ... 642

Desunt multæ.

Sequuntur aliquot fragmenta.

- N**on sic Europen gestabat pondus amoris
 Taurus , Agenorei dum navigat aequora ponti ,
 Ut mihi durus amor diversa per omnia mentem
 Raptat , et incertis agitat mea pectora curis .
 Non sic cera igni calido vicina liquescit ,
 Ut labefacta novo languent mea pectora amore .
 Nunc sciat hoc tellus , caelumque hoc desuper amplum ,
 Et maria , et fontes , fluiisque , amnesque , lacusque ,
 Et cava sub terras Ditis testata fluenta .
 Nec minus in somnis Medeam visus Iason
 Affari , ac ruptam medio in sermone quietem
 Obstupuit , non falsa putans quae viderat ora ,
 Aut sibi quos gemitus , aut quae suspiria virgo
 Cum somno fugiens e pectore duxerat imo .
 Inde fluenta citi magnumque frementis Araxae
 Ex quo Thermodoon , Phasis , Tanaisque creati .

R r r 3

De profugis Colchis

Pars in Arimineo consedit littore fessa,
Unde etiam Collis flavà vestitus olivà
Plurimus insurgit, caeloque occurrit aperto;
Cui Colcho nomen, cui fama et gloria monti.

Anne sinam juvenem medià in florente juventà,
Aequalemque meo capiti, nostraeque saluti,
Atque magis carum longae quam gaudia vitae,
Extingui, ac duris lacerari viscera tauris?
Totque etiam armatis obstare gigantibus unum,
Candidaque adversis laniari pectora telis?
Hoc ego si patiar credam me marmore natam,
Aut silice, aut ferro, aut tauris quos mittere tentat
Sub jugi, praeque istis adamantina vincula cordi
Objecta, ut nunquam possit mitescere pectus
Ullius, ut Superos videam praedura gigantum
Vincula pati, atque Jovem caelo delibier alto.

Istria namque manus rapidum subiecta per Istrum,
Legissent quod aquas Aquilegiz dicta colonis,
Phasiacis lecto de flumine nomen adeptis.

Sic effata, metu mentem turbata per umbras
Nondum Deucalide, Divum genus, arva tenebant
Graja, novumque vagis subductum fluctibus orbem,
Oceanique sacris jam tum se a fontibus Ister
Solverat, atque caput Rhypheà abruperat aulà,
Nullaque vivebant illis animalia terris,
Ipse cavus cùm jam gremio suscepérat alnos
Nilus arenosas foecundans flumine glebas.
Felix sole suo, frugum generosa, virumque,
Ignotis Aegyptus aquis, quas sacra refusi
Unda dat Oceani, seu terra immensa recludit
Fontibus a variis, latebrosoque mittit in arva.
Terra antiqua viris, dictu mirabile, primis.

Nam quis honore magis, famaque augstior Aete est?

Utque animum Phryxi implevit viventis imago,
Libitur, ac dulci se lit libefacta tremore:
Vos ne, mei gnati, Grais venistis ab oris
Orchomenon patriam linquentes, fera voluptas
Chalciope? in perata quidem sed debita matri
Gaudia: quis Deus huc, quae vos fortuna revexit?
Incolumes quis casus agit? certissima Phryxi
Progenies illo novi vos mente reducto:
Talis et ille pedes, talis caput, ora, manusque,
Talis erat patriis exul cùm venit ab oris.
Nam tria lustra abeunt, et quo pater Aeta Pelasgis
Reddidit, heu! prius, patriumque remisit ad urbem.
Interea invisae fluxerunt tempora vitae
Dura mihi: me nulla dies, nox ulla meorum
Oblitam potuit duris subducere curis.
Sic miseros acuit natorum cura parentes.

Sed vos interea , careae mea pignora matris ,
 Obliti ne ambo tectis mansistis avitis ?
 Sic effata humeros natorum mater habebat
 Amborum , et pariter lacrymas gemitusque ciebat .

Quid tantum , Virgo , solum me sola vereris ?
 Non ego talis enim , quales tibi forte videntur
 Esse viri , quos nullus amor , nec gratia tangit
 Conjugii , nec qualis eram cum littora primum
 Deserui patria : hoc tenerum depone pudorem ,
 Neve rubescere loqui que mens jubet , atque referre
 Singula , et Aesonidae gemitus audire precantis .
 Vera feram , tu vera refer : Perseii juxta
 Limina sancta Deae : neque enim peccare sacrato
 Fis Regina loco : sed tu promissa sorori
 Chalciope auxilia , atque herbas exsolve petitas .
 Per te ego , perque tuos oro , miserere , parentes ,
 Per Superos , Hecatenque precor , perque alta Tonantis
 Numinia magna Jovis , qui foedera ad aequa vocatis
 Hospitibus dat jura suis veneranda periclis .
 Hinc animam serva miserae solamina matri
 Alcimedae , quae restat adhuc spes una parenti .
 Non erimus meriti immemores , nec parva dabuntur
 Praemia , nec donis abolescat fama caducis ;
 Verum aeternus honos , et longae gloria famae ,
 Nomen , et auxili decus immortale Pelasgis ,
 Cum servasse viros terris diceres Achivis ,
 Conjugibusque virum caris et matribus actis
 Accipies jam vota sacris , quae littore flentes
 Thessalico exspectant reddituros semper Achivos .
 Nec tu sola virum magnos miserata labores
 Juveris auxilio Graios , Regina , precantes .
 Thesea si solvit duro certamine virgo
 Minois , dum semiviro crudelia tauru
 Fata parat , quam Pasiphæ sata Sole creavit ,
 Praemia cui superi posuerunt aethere in alto ,
 Signa Ariadneam dicunt quae clara coronam :
 Sic tibi magnus honos et gratia summa seretur ,
 Si tantam classem et primos servari Achivos .
 Nec tibi forma minor , tibi nec prudentia , Virgo ,
 Inferior , si mente Deas , si vultibus aeques .
 Talia magnificans Medeiam futur Iason .
 Nectireum ridens oculos demissa decoros
 Ante quidem vultus lieto iam corde serenos
 Fixit in adversa visu pulcherrima terra .

Orpheus Calliope genuit permixta superbo
 Oceano , quem Threicio Pimpleidos altâ
 Pieriae specula , me norant quem montibus altis
 Indomitus cinctes movisse ad circumna docte
 Vix auditi lyrae , fluviorum et rauca fluenta
 Sopisse , et quercus fidibus traxisse canoris .

Tali dicentem mors occupit ultima longo
 Frigore , viti gemens quem lesgit ad syngos undas ,
 Moesta virum linquens , et robora sua juventae .

Hei mihi ! quale oculis monstrum spectare videtur ?
 Terribiles vultus taurorum , et ahena ferorum
 Ora , cavis rapidos efflantes naribus ignes .
 Hos domitare tamen , curvoque injungere aratro ,
 Donec humo tegerem dentes serpentis aduncos ,
 Unde virum subito gens edita sumeret arma .

Ad Medeam

Sum genus Aeolides animi praestantis Iason
 Insignis forma , patriae regnator avitae .
 Primis inexpertas ausus maria alta per undas
 Tentare , ac dubiis animam committere ventis .
 Quod si forte genus longinquum ab origine nostrum
 Scire vacat , paucis hoc te , Regina , docebo .

Medea ad Jasonam

O decus Aemoniac , lux o clarissima Grajum ,
 Ignatas secuisse vias quem Numina cogunt ,
 Et terris statuere bonis quem fatu Deorum ;
 Haud equidem invisus Superis ad littora , credo ,
 Nostra venis , magni quem filia diligit Oetae .

Quas urbes ? quae regna virum , germana , videbis ?
 Quod genus Argolicum ? Superisque sinillima regum
 Vultibus ora , sonis quibus , aut qua voce loquuntur ?
 Aut quae bella gerunt quanta est audire voluptas ?

Ut ventum innuptae templum ad nemorale Dianae ,
 Haec procul e horribus trepidas jubet ire ministras ;
 Obscuram in nebula namque ipse latebat Iason :
 Quaque magis latuit , tanto magis illa furore
 Acta gravi expallens , calido sub pectore flammis
 Condidit , et stimulus ingentibus addidit iras
 Protinus , ac secum sic indignata profatur :
 Ardet amore novo mihi pectus , et aestuat intus
 Toto in corde calor longe , totisque vagatur
 Ossibus , atque imas carpit sera flamma medullas :
 Quoque magis peream latet heu ! pulcherrimus ille ,
 Nec venit ut nobis fidus promiserat Argus .
 Forsitan has metuit famulas ne cernere se se
 Possint , et duro referant post visa parenti :
 Quo sit ut orba precor , dum non sit filia tali
 Orba viro : sed adest , video , metuoque , tremoque ,
 Horrescoque videns ...

P O E M A T U M
 B A S I N I P A R M E N S I S
 F I N I S.

filmed 1914
Preservation Office

AV

